UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

urn:nbn:de:hbz:466:1-66293

Visual Library

Th. 5178.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLAUDII FLEURII
ABBATIS
HISTORIA ECCLESIASTICA

PRIUS
AB
A. R. P. BRUNONE PARODE
Ordinem S. Benedicti Ettalæ professo, Sub - Priore ac Bibliothecæ Præfecto,
MODO
A
P. DOMINICO ZIEGLER
Ejusdem cœnobii Sacerdote, SS. Theologiæ Candidato
Examinato, Approbato
LATINE REDDITA.

Colleg. S.t Bad. 1764

TOMUS XXIV.

AB ANNO CHRISTI 1351 USQUE AD ANNUM 1414.



Cum Approbatione & Consensu Superiorum.

AUGUST. VIND. ac OENIPONTI
IMPENSIS JOSEPHI WOLFF. MDCCLXVIII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONSPECTUS
TOMI XXIV.
DISSERTATIO VIII.
IN
HISTORIAM ECCLESIASTICAM
DE RELIGIOSIS.

§. 1. Origo Monachorum Ægypti. Pag. 1
§. 2. Regula S. Benedicti. Canonici. 9
§. 3. Ordo Cluniacenſis. 12
§. 4. Ciſtercienſis Ordo. 18
§. 5. Fratres laici. 19
§. 6. Monachorum ſtudia. 24
§. 7. Ordinum religioſorum multiplicatio. 28
§. 8. Religioſi Mendicantes. 31
§. 9. Paupertas Evangelica. 39
§. 10. Religioſorum Mendicantium diſciplina ſolutior. 42

§. 11. Fratrum Minorum discordia. 48
§. 12. Religiosæ disciplinæ remissio generalis. 51
§. 13. Exemptiones. 61
§. 14. Infirmatio Theologiæ Moralis. 68
§. 15. Nova pietatis genera. 71

LIBER XCVI.

§. 1. Palamitarum concilium Constantinopolitanum. 79
§. 2. Concilii confecutiones. 86
§. 3. Epistola Papæ ad Patriarcham Armeniæ. 88
§. 4. Martyres Damasceni. 91
§. 5. Papæ cum Arragonum Rege pactio. 92
§. 6. Inquisitio in Francia. 94
§. 7. Concilium Bliterense. 95
§. 8. Papæ ægrotans. 97
§. 9. Epistola cacodæmonis. 98
§. 10. Hæretici in Delphinatu. 100
§. 11. Beneficia ecclesiastica in Anglia occupantur. 101
§. 12. Poloniæ Rex absolvitur. 102
§. 13. Mors Clementis VI. 104
§. 14. Sanctio Cardinalium. 106
§. 15. Innocentius VI. Papa. 107
§. 16. Alduinus Audebertus Cardinalis. 108
§. 17. Papæ decreta. 109
§. 18. Ægidius Albornius Papæ in Italia Legatus. 111
§. 19. Nicolaus Laurentius Romam redit. 113
§. 20. Ecclesia Germanica. 115
§. 21. Joannes Rusbrœchius, 118

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONSPECTUS TOMI XXIV.

§. 22. Matthæus Cantacuzenus Imperator. 120
§. 23. Mors Nicolai Laurentii. 124
§. 24. Errores in Francia & Anglia. 129
§. 25. Fratricelli plectuntur. 130
§. 26. Institutum Gentilii Spoletini abrogatur. 133
§. 27. Imperator Carolus IV coronatur in Italia. 135
§. 28. Joannes Cantacuzenus imperatoriam dignitatem abdicat. 139
§. 29. Ioannis Palæologi cum Papa fœdus. 141
§. 30. Initia S. Petri Thomæ Carmelitæ. 144
§. 31. Venetiis constringuntur Inquisitio. 147
§. 32. Bertholdus hæreticus Spiræ concrematur. 148
§. 33. Frater Joannes Rupicæsius fanaticus. 150
§. 34. Cleri Gallici querelæ de imperatis sibi decimis. 151
§. 35. Creantur Cardinales. 152
§. 36. Disceptatio inter Clerum & FF. Mendicantes. 156
§. 37. Principes Religiosis Mendicantibus se adjungunt. 163
§. 38. Subsidium Papæ denegat Germania. 164
§. 39. Imperatoria sanctio pro Clero. 169
§. 40. Continuatur Petri Thomæ legatio. 170
§. 41. Albatæ centuriæ per Galliam grassantur. 174
§. 42. Creantur Cardinales. 177
§. 43. Mors Innocentii VI. Urbanus V Papa. 182

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 44. Concilia Cantuarienſia. 185
§. 45. Galliæ, Cyprique Reges veniunt Avenionem. 186
§. 46. Conſilia pacis cum Barnaba Pro-Comite agitantur. 188
§. 47. Mors Regis Joannis. Carolus V Franciæ Rex. 194
§. 48. Rex Daniæ, ac Imperator Carolus Avenionem adveniunt. 195
§. 49. Ægidius Albornius calumniis appetitur. 198
§. 50. Imperantur concilia provincialia. 199
§. 51. Alexandria capta relinquitur. 201
§. 52. Conatus adverſum Saracenos. 204
§. 53. Deſignantur Cardinales. 206
§. 54. Papa Romam ire ſtatuit. 207
§. 55. Chriſtianæ fidei mirificum in Bulgaria incrementum. 210
§. 56. Pariſinæ Univerſitatis diſciplina inſtauratur. 212

LIBER XCVII.

§. 1. Papa venit in Italiam. 215
§. 2. Jeſuatarum ſocietas. 218
§. 3. Tumultus Viterbienſis. 221
§. 4. Concilium Eboracenſe. 222
§. 5. Papa Romam intrat. 223
§. 6. Capita SS. Petri & Pauli. 226
§. 7. Concilium Vaurenſe. 228

§. 8. Papa Monte Flaſconis commoratur. 230
§. 9. Creantur Cardinales. 232
§. 10. Imperator Carolus IV Romæ verſatur. 234
§. 11. Errores in Anglia damnati. 236
§. 12. Dionyſio Sulechati retractatio. 238
§. 13. Imperator Græcorum Romæ agit. 241
§. 14. Chriſto adjunguntur Valachi &c. 244
§. 15. Mons Caſſinus inſtauratur. 246
§. 16. Papa diſcedit Roma. 247
§. 17. S. Birgitta Sueca. 249
§. 18. Urbanus V obit. 250
§. 19. Gregorius XI. Papa. 252
§. 20. Deſignat Cardinales. 254
§. 21. Quæſtiones de auguſtiſſimo Sacramento. 256
§. 22. Apoſtolica expeditio in Boſnia. 258
§. 23. Condemnantur errores. 260
§. 24. S. Andreas Corſinus. 261
§. 25. Cenſuræ contra Pro-Comites. 263
§. 26. Pax inter Neapolim & Siciliam. 265
§. 27. Turlupini hæretici. 266
§. 28. S. Birgittæ obitus. 268
§. 29. Sanctiones pro Candia. 269
§. 30. Feſtum oblatæ in templo Virginis. 270
§. 31. Angliæ beneficia eccleſiaſtica. 272
§. 32. Eccleſia Polonica. 273
§. 33. Petrarcha Poëta. 276
§. 34. Papæ ad Cantacuzenum epiſtola. 279
§. 35. Gregorius Romam ire decernit. 280

§. 36. Hæretici capiuntur. 282
§. 37. Creantur Cardinales. 285
§. 38. Papæ litteræ contra Raymundum Lullum. 288
§. 39. Gregorii litteræ adverſum Florentinos. 290
§. 40. S. Catharina Senenſis. 293
§. 41. Wenceslaus Romanorum Rex. 295
§. 42. Papæ iter. 296
§. 43. Is Romam intrat. 300
§. 44. Apoſtolicæ litteræ contra Wicleffum. 302
§. 45. Mors Eduardi III. Richardus II Angliæ Rex. 304
§. 46. Papa Gregorius Anagniæ commoratur. 305
§. 47. Curriculum vitæ conficit. 308
§. 48. Romanorum poſtulatio. 310
§. 49. Eligitur Urbanus VI. 313
§. 50. In ſolio ſupremo ponitur. 317
§. 51. Coronatur. 320
§. 52. Cardinales commorantur Anagniæ. 322
§. 53. Urbano adverſantur palam. 326
§. 54. Eligitur Clemens VII. 328
§. 55. Urbanus novos Cardinales creat. 329
§. 56. Clementem agnoſcit Francia. 332
§. 57. Urbani litteræ contra Clementem. 334
§. 58. Mors Caroli IV. Wenceslaus Imperator. 336
§. 59. Cardinales Clementini. 337
§. 60. Cordubenſis Epiſcopus a Clementinis capitur. 339

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 61. Clemens Avenionem petit. 342
§. 62. Triſtes ſchiſmatis effectus. 345
§. 63. S. Catharinæ Senenſis obitus. 347

LIBER XCVIII.

§. 1. Papa Urbanus accerſit Carolum de Pace. 351
§. 2. Regina Neapolis adoptat Andegaviæ Ducem. 354
§. 3. Carolo V Gallorum Regi ſuccedit Carolus VI. 354
§. 4. Joannes Caſtiliæ Rex Clementem agnoſcit Papam. 356
§. 5. Carolus de Pace verſatur in Italia. 359
§. 6. Rusbrœchii deceſſus. 361
§. 7. Seditio ruſticorum in Anglia. 365
§. 8. Cædes Simonis Archiepiſcopi Cantuarienſis. 369
§. 9. Wicleffi propoſitiones. 370
§. 10. Londinenſe concilium. 372
§. 11. Papæ Urbani litteræ contra Caſtiliæ Regem 376
§. 12. Ludovicus Andegaviæ Dux in Italiam venit. 378
§. 13. In Anglia claſſicum ſacrum contra Clementem canitur. 381
§. 14. Urbanus Neapolim venit. 383
§. 15. Novi Cardinalis Clementini. 385
§. 16. Franciſcus Batillus Urbani nepos ex fratre. 387

§. 17. Urbanus Nuceriæ commoratur. 388
§. 18. Ludovicus Andegaviæ Dux moritur. 389
§. 19. Religioſorum privilegia conſtringuntur. 390
§. 20. Conſpiratio in Urbanum. 391
§. 21. Sex Cardinales in carcerem mittuntur. 393
§. 22. Urbanus piorum cœtu movet Neapolis Regem &c. 395
§. 23. De Cardinalibus habetur quæſtio. 397
§. 24. Novi Cardinales Clementini. 404
§. 25. Papa Urbanus Genuam venit. 407
§. 26. Creat Cardinales. 409
§. 27. Seditio contra Clerum in Anglia. 412
§. 28. Concilium Salisburgenſe. 413
§. 29. Jagellonus Poloniæ Rex. 414
§. 30. Carolus de Pace perimitur. 416
§. 31. Sigismundus Hungariæ Rex. 417
§. 32. Eremita fanaticus. 418
§. 33. Cardinales captivi enecantur. 420
§. 34. Lithuani Chriſto adjunguntur. 421
§. 35. B. Petrus Luxemburgius. 425
§. 36. Status Regni Neapolitani. 429
§. 37. Joannes Arragonum Rex Clementis partes ſuſcipit. 432
§. 38. Errores fratris Joannis Monteſonii. 435
§. 39. Florentinorum mens de ſchiſmate. 437
§. 40. Scelera Lollardorum in Anglia. 438
§. 41. Wicleffus moritur. 440
§. 42. Turcarum progreſſus. 443
§. 43. Urbanus redit Romam. 445

§. 44. Concilium Palentinum. 445
§. 45. Joannes Monteſonius condemnatur. 446
§. 46. Mors Papæ Urbani. 450
§. 47. Rex Galliæ Carolus VI Avenionem petit. 451
§. 48. Bonifacius IX Papa. 452
§. 49. Novi Cardinales. 453
§. 50. Deliberationes de ſchiſmate. 455
§. 51. Rex Navarræ partes Clementis ſuſcipit. 457
§. 52. Ladislaus ut Rex Siciliæ coronatur. 459
§. 53. Ludovicus II Andegavenſis Neapolim venit. 460
§. 54. Romæ agitur annus ſacer. 462
§. 55. Diſtributio beneficiorum. 464
§. 56. Paulus Tigrinus deceptor. 465
§. 57. Bonifacii exactiones. 467
§. 58. Decretum de beneficiis Angliæ. 467
§. 59. Annus ſacer in Germania. 472
§. 60. Continuatio belli Neapolitani. 473
§. 61. Impugnantur Cleri privilegia. 475
§. 62. Carthuſiani ad conciliandam Eccleſiæ concordiam adhibentur. 477
§. 63. Plectitur falſus Epiſcopus. 478
§. 64. Continuatur negotium concordiæ. 479
§. 65. Bonifacius Romam redit. 483
§. 66. Joanni Caſtellæ Regi ſuccedit Henricus III. 484

LIBER XCIX.

§. 1. Nicolai Clemangii epiſtola de concordia Eccleſiæ. 485

§. 2. Clemens moritur. 492
§. 3. Conclave Avenionenſe. 494
§. 4. Petrus Lunius eligitur in Papam. 495
§. 5. Concilium Pariſinum. 499
§. 6. Principum legatio ad Benedictum. 502
§. 7. Aliæ legationes ob concordiam. 505
§. 8. Quæſtiones Doctorum Pariſienſium. 508
§. 9. Beneficiorum indices prohibentur. 510
§. 10. Wicleffi errores. 512
§. 11. Legatio pro concordia. 515
§. 12. Conſpirationes in Bonifacium. 517
§. 13. Martinus Arragonum, ac Siciliæ Rex. 518
§. 14. Univerſitas Benedicto parere excuſat. 519
§. 15. Imperatores Conſtantinopolitani. 522
§. 16. Prælium ad Nicopolim. 525
§. 17. Negotia ſchiſmatis extinguendi. 526
§. 18. Petrus Aillius verſatur Romæ. 529
§. 19. Francia obedientiam Benedicto denegat. 532
§. 20. Philippus Villetius Abbas Dionyſiofanenſis. 536
§. 21. Petrus Aillius Avenione agit. 537
§. 22. Bucicaltus huic admovet copias. 540
§. 23. Benedictus obſidetur. 542
§. 24. Caſtilia parere huic renuit. 543
§. 25. Idem libertatem recipit. 544
§. 26. Bonifacii nundinatio ſacrorum. 545
§. 27. Annatæ, ſeu beneficiorum vacantium reditus annui. 546
§. 28. Continuatio mercatus beneficiorum. 547

§. 29.

§. 29. Bonifacii cauſam defendit Anglia. 549
§. 30. Hujus Regi Richardo II ſuccedit Henricus IV. 550
§. 31. Alia conſpiratio contra Bonifacium. 551
§. 32. Pœnitentes albati. 552
§. 33. Sacer annus 1400. 554
§. 34. Imperatoris Græci Manuelis iter in Occidentem. 556
§. 35. Wenceslaus gradu movetur, Rupertus Imperator. 556
§. 36. Bonifacii avaritia. 559
§. 37. Initia Joannis Huſſii. 562
§. 38. Bajazet moritur. 564
§. 39. Benedictus liberatur. 564
§. 40. Huic obedire denuo jubetur Francia. 567
§. 41. Beneficia conſervantur. 569
§. 42. Sigismundus Hungariæ Rex. 570
§. 43. Benedictus Legatos mittit ad Bonifacium. 573
§. 44. Mors Bonifacii IX. Innocentius VII Papa. 574
§. 45. Hujus initia. 576
§. 46. Exemptorum ſtatus tempore ſchiſmatis. 578
§. 47. Papæ Innocentii litteræ. 579
§. 48. Molitio contra Clerum Angliæ. 581
§. 49. Novi Cardinales Innocentii. 583
§. 50. Romani quidam necantur. 586
§. 51. Innocentius Viterbium petit. 587
§. 52. Benedictus venit Genuam. 588

§. 53.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 53. Negotium concordiæ retardatum. 589
§. 54. Innocentius Romam redit. 591
§. 55. Conventus Parisinus concordiæ causa factus. 592
§. 56. Universitatis Tolosanæ epistola condemnatur. 593
§. 57. Alter conventus Cleri. 596
§. 58. Mors Innocentii VII. 599
§. 59. Gregorius XII Papa. 601

LIBER C.

§. 1. Gregorius, ac Benedictus per litteras colloquuntur. 603
§. 2. Gallorum Regis litteræ patentes. 605
§. 3. Conditiones congressus. 607
§. 4. Legati Gallici Romæ agunt. 610
§. 5. Gregorius Senis, dein Lucæ commoratur. 611
§. 6. Aureliæ Dux occiditur. 613
§. 7. Gregorii Cardinales novi. 614
§. 8. Cardinalium antiquiorum appellatio. 616
§. 9. Benedicti litteræ injuriosæ 620
§. 10. Damnantur, & concerpuntur. 621
§. 11. Epistolæ ad Cardinales Romanos. 624
§. 12. Benedictus fugit. 625
§. 13. Gregorius se defendit. 625
§. 14. Litteræ Cardinalium concilium indicentium. 626
§. 15. Gregorius concilium convocat. 630

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 16. Puniuntur ii, qui litteras injurioſas attulerant. 633
§. 17. Alii Cardinales Gregorii. 634
§. 18. Cardinales Benedicti. 637
§. 19. Cardinalium Piſanorum litteræ. 638
§. 20. Concilium Pariſinum. 639
§. 21. Perpinianenſe concilium. 643
§. 22. Comitia Francofordiana. 644
§. 23. Piſanum concilium. 646
§. 24. Legatio Regis Romanorum. 648
§. 25. Hujus Legatorum provocatio. 652
§. 26. Æmuli utriusque factorum puncta. 653
§. 27. Seſſiones ſexta, ſeptima, & octava. 654
§. 28. Nona decima, & undecima. 656
§. 29. Duodecima, decima tertia, & decima quarta. 658
§. 30. Seſſio decima quinta. Sententia contra æmulos. 659
§. 31. Seſſiones decima ſexta, & decima ſeptima. Arragoniæ Legati. 661
§. 32. Alexander V Papa. 665
§. 33. Seſſiones decima octava, & decima nona. 666
§. 34. Concilii Piſani dimiſſio. 670
§. 35. Continuatio concilii Perpinianenſis. 672
§. 36. Bonifacius Ferrerius Carthuſianus. 674
§. 37. Initia S. Vincentii Ferrerii. 675
§. 38. Concilium Aquilejenſe. 677
§. 39. Gregorius fugit. 680
§. 40. Alexander V potitur Roma. 682

§. 41.

§. 41. Imbecillum illius regimen. 683
§. 42. Errores Joannis Huſſii. 685
§. 43. Alexander rogatur, ut Romam eat 689
§. 44. Moritur. 691
§. 45. Joannes XXIII. Papa. 691
§. 46. Ejus initia. 694
§. 47. Ruperti mors. Sigismundus Imperator. 697
§. 48. Papæ Joannis Cardinales novi. 698
§. 49. Tumultus Pragenſis. 700
§. 50. Papæ Joannis pactum cum Ladislao. 701
§. 51. Altera Gregorii fuga. 703
§. 52. Continuatio turbarum Bohemiæ. 704
§. 53. Ladislaus Romam occupat. 707
§. 54. Conſtantia eligitur ad concilium. 708
§. 55. Lollardorum motus in Anglia. 710
§. 56. Joannes Parvus Pariſiis condemnatur. 714
§. 57. Congreſſus Laudenſis. 716
§. 58. Continuatio turbarum Angliæ. 718
§. 59. Rex Ladislaus decedit. 719
§. 60. Papa Joannes urbem Conſtantiam adit. 720
§. 61. Schiſma Colonienſe. 722
§. 62. Flagellantes hæretici. 724

HISTO-

DISSERTATIO VIII.

IN

HISTORIAM ECCLESIASTICAM.

De Religiosis.

§. I.

Origo Monachorum Ægypti.

Totum per decursum historiæ hujus de origine ac progressu vitæ religiosæ, prout occasio tulit, locutus meas tantæ rei considerationes unam in dissertationem colligen-

das censui; eamque posui decimo quarto in seculo, quod maxime inclinatam vidit tam sanctam institutionem.

Quisquis Evangelii mentem novit, haud potest dubitare, quin Deus instituerit religiosæ vitæ professionem, utpote cujus cardo vertatur in sequendis duobus Christi consiliis colendæ integræ continentiæ ac paupertatis omisso matrimonio, abdicatisque bonis profanis. Strenue id feciſſe cernimus SS. Antonium, Pachomiumque, ac reliquos Ægypti Monachos, quos & priscorum ætas omnium perfectissimos agnovit, &, quod consequitur, cunctis seculis imitari debent ii, qui religiosam perfectionem promotam volunt.

Matth. c. 19. v. 11. 21.

Præter singulares vitas permultorum his e Sanctis habemus in operibus Cassiani, præsertim in ejus *Institutionibus* sedulo descriptam illorum rationem vivendi: quam in Historia memoravi; & quæ quatuor rebus præcipuis continetur; solitudine, labore, jejunio, ac precatione.

L. 20. §. 3. 4. &c.

Soli-

Solitudinem, a qua Monachorum nomen traxerunt, amabant tantam, ut non modo aliorum hominum ſocietatem, ſed & loca frequentia fugerent, agerentque in deſertis. Hæc autem non erant, ut multi putant, ſylvæ ampliſſimæ,vel aliæ terræ derelictæ, quæ ſubigi, colique potuiſſent. Erant loca non inculta tantum, verum etiam inhabitabilia ; immenſæ planities ſabulorum arentium, ſteriles montes, rupesque ac ſcopuli. Hærebant in locis, ubi videbant aquam; & ex juncis, aliave materia levi cellulas ibi ſuas conſtruebant : quo ut veniretur, multorum ſæpe dierum iter faciendum erat per ſolum vaſtisſimum. Nemo illis obſiſtebat: nullo cujuspiam conſenſu in collocandam ibi ſedem habebant opus : nec niſi multo poſt, cum in urbes usque perveniſſent Monachi, Concilium Chalcedonenſe prohibuit, nequod monaſterium ſine permiſſu Epiſcopi conderetur. *Hiſt. l. 27. §. 22.*

Labor manuum cum vita monaſtica arctiſſime connexus cenſebatur:

Hist. l. 19. *c.* 25. & ob laboris fugam potissimum damnati sunt Massaliani hæretici. Veri Christiani considerabant, hominem primum ut innocentem a Deo in *Gen. 2. v.* 15. paradiso terrestri positum, ut istum coleret, deinde in peccati pœnam *c.* 3. *v.* 19. arare terram, & in sudore vultus pane vesci jussum esse; maximos legis antiquæ Sanctos fuisse pastores & agricolas; Christum denique ipsum mortalis vitæ suæ dimidium in arte seria & operosa egisse, sancto cum Josepho laborantem. Nec enim apparet eum aliud feciisse a duodecimo ætatis anno usque ad trige- *Marci* 6. *v.* 3. simum. Et vero non solum fabri lignarii filius, sed faber ipse vocabatur. Ita nos exemplo suo docuit universum genus humanum vocatum esse ad laborandum in silentio; nisi nos accersat Deus ad quandam functionem publicam in bonum proximi.

Hi primi Monachi suo in labore duos maxime spectabant fines; scilicet ut evitarent otium, tædiumque solitudinis alioqui non levandum, & ut

ut lucrarentur, unde viverent nemini graves. Nam S. Pauli dictum, *Si quis non vult operari, nec manducet*, accipiebant ad litteram, non interpretationem, non expositionem quærentes ullam. Eligebant vero labores faciles, & cum tranquillitate animi sociabiles; qualis erat confectio storearum & corbium apud Monachos Ægyptios. Syri S. Ephremo teste faciebant etiam funes, chartas, telasque. Immo haud pigebat aliquos versare molam, ut mancipia miserrima. Agellos qui tenebant colebant ipsi: sed malebant artes, quam fundos, quippe qui postularent curas capiendarum ex se frugum, querelasque ac lites acciirent.

2. Thess. 3. 10

Hist. l. 17. §. 3 Ephr. paran. 47.

Redeo ad Ægyptios omnium perfectissimos, optimeque cognitos ex relationibus Cassiani. Jejunium servabant totum per annum exceptis dominicis ac tempore Paschatis. Sive autem adhibebant jejunium, sive non: ex pane & aqua constabat omnis eorum victus, quem post longa

Hist. l. 20. §. 8 Cass. Coll. 21. c. 23.

experimenta ſtatuerant. Etiam quantitatem panis decreverant pro quavis die, nimirum libram Romanam, ſeu duodecim uncias, quas comedebant duabus in cœnulis: alteram hora nona (quæ nobis eſt tertia pomeridiana) alteram ſub crepuſculum ſumebant. Diſcrimen dierum, qui non erant eſuriales, conſiſtebat in anticipatione prioris cœnulæ ſub meridiem; neque pani addebant quidquam: volebant vero quotidie alimentum capi.

Hæc erat omnis eorum afflictatio: nec cilicia, nec catenas, nec ferrea geſtabant collaria, ut quidam Monachi Syri: nam de flagellorum ictibus nulla adhuc mentio facta fuerat. Ægyptiorum ſeveritas ſita erat in perpetua æquabiliſſimæ vitæ ratione, quæ naturæ durior accidit, quam ſummarum aſperitatum, & relaxationis cujuspiam viciſſitudo. Certe in bello miles omne fatigationum genus tolerat, dum ſperat diem quietis ac lætitiæ.

Pari

Pari moderatione constituta erat precatio Monachorum Ægypti. Ad preces communes intra horas viginti quatuor bis solummodo conveniebant, nempe vesperi ac noctu. Utroque tempore recitabant duodecim Psalmos; cuilibet addebant precationem; & in fine duas lectiones e sacris litteris subjungebant. Duodecim Fratres in medio conventu stantes suum quisque Psalmum per vices canebant: cæteri cuncti auscultabant sedentes alto in silentio, ne pectus, aut corpus reliquum fatigarent; quod eorum jejunium, laborque continuus non permittebant. Ad preces convocabantur per inflatum cornu bubulum serviens pro ære campano, & in silentio vastarum solitudinum sufficiens: ac stellæ, quæ in Ægypto semper conspiciuntur, illis erant pro horologio: cum eorum paupertate omnia congruebant. Reliquo die in cellulis *l. 2. c. 14.* suis fundebant preces inter laborem, perbene gnari nihil ad figendas cogitationes, nihil ad arcendas evaga-

tiones mentis aptius esse assiduis occupationibus: ita tendebant ad animi puritatem, cujus præmium foret
Matth.5.8 conspectus Dei. Eorum pietas pyramidibus, ut ita dicam, cæterisque veterum Ægyptiorum operibus erat similis; nempe grandis, simplex, ac solida. Talem ducebant vitam hi Monachi a Sanctis maximis in tanto
Hist.l.14.§.1 Ep.79. habiti pretio. Divus Basilius, qui eos per se ipsum cogniturus tam longa suscepit itinera, dicebat illos vivere velut in carne aliena, & per effectus monstrare, quid sit esse peregrinum in terra, & civem cœli. Vi-
Hist. l.19. §.4.8. disti, quomodo S. Joannes Chrysostomus eos prætulerit ethnicis Philosophis, & contra vituperatores ipsorum instituti per tres libros hac su-
§.17. per re scriptos defenderit. S. Au-
§.31. gustinus illos dilaudabat in diversis locis suorum operum, speciatim in commentatione Morum Ecclesiæ catholicæ, illic provocans Manichæos ad impugnanda, quæ de illis assereret, mirabilia.

§. II.

§. II.

Regula S. Benedicti. Canonici.

Vita monaſtica ſe per univerſum brevi orbem Chriſtianum extendit: ac multitudo Monachorum tanta fuit, ut in Ægypto ſola, ubi tam perfecti erant, a fine ſeculi quarti amplius ſeptuagies ſexies mille numerarentur ſine iis, quorum recenſionem non habemus. S. Benedicti Regula nos clare docet vitæ monaſticæ ſtatum in Occidente: &, quod memorabile, magnus hic Sanctus non eam dabat ut exemplar perfectionis, ſed duntaxat ut parvum quoddam principium longe diſtans a perfectione ſeculorum ſuperiorum. Quæ res indicat; quantum remiſerit fervor poſtea, cum hæc Regula videretur ſevera nimium; & quam remoti a ratione inſtituti ſui fuerint illi, qui tot mitigationes ei adhibuerunt.

Hiſt. l. 32. §. 14.

Reg. S. Ben. prolog. & cap. ult.

S. Benedictus credebat magna ſe indulgentia fuiſſe uſum concedendo

Monachis parum vini, duosque cibos præter panem, nec totum per annum eos ad jejunium adstringendo: & S. Gregorius Papa, qui vivebat eodem seculo, & hanc regulam observabat, speciatim laudat ejus moderationem. Sed natura corrupta malas semper rationes invenit, ut blandiatur sibi, & laxamento tribuat authoritatem. Nos eas postmodo examinabimus: hic solum addo satius esse manere in statu vitæ communis, quam tendere ad perfectionem per viam imperfectam.

Interim formata multis in Ecclesiis erant collegia Clericorum agentium vitam, quæ ad similitudinem vitæ monasticæ accedebat, quatenus haud obstabant eorum functiones. S. Eusebius Vercellensis suum Clerum sic vivere primus, quem sciamus, docuit: & S. Augustinus sequebatur illius exemplum, ut apparet ex duobus ejus sermonibus de communi vita. Hi Clerici vocabantur Canonici: atque sub medium seculum septimum S. Chrodogangus Metensis Epis-

Hist. l. 13. § 14.
Hist. l. 24. §. 40.
Hist. l. 43. §. 37.

Episcopus eis tradidit regulam: quam postmodum receperunt Canonici omnes, sicut Benedictinam cuncti Monachi. En duo Religiosorum genera, Clericorum alterum, alterum laicorum: nam tales erant Monachi plerique. Hi ex suo instituto incumbebant in privatam salutem suam, seu conservando innocentiam, seu vitam licentius actam acriter vindicando. Clerici communiter viventes imitabantur vitam monasticam, ut sibi caverent a tentationibus vitæ actuosæ, & consuetudinis cum hominibus profanis.

Ineunte seculo nono, ac trecentis fere post S. Benedictum annis Monachi ab accurata observatione regulæ longissime recedebant: quia monasteria totum per Occidentem sparsa, cum sui singula juris essent, diversos sensim usus rerum in regula non scripturarum, veluti coloris ac formæ vestium, & qualitatis ciborum recipiebant, obtendebantque disciplinæ laxamento. Ad medendum malo Aquisgrani anno 817, cum regnare *tom. 7. Conc. p. 1505.*

gnare cœpiſſet Ludovicus Pius, præſcriptum condidit S. Benedictus Abbas Ananienſis cum multis aliis Abbatibus ex toto Imperio Gallico. Commendatur ibi labor manuum, quo ne Abbas quidem eximitur: & pauci adhuc Sacerdotes fuiſſe inter Monachos videntur. Anno priore 816 multi Epiſcopi eodem in loco præſentes Canonicis tradiderant regulam, quæ velut extenſio quædam eſt illius, quam S. Chrodogangus compoſuit; miſſaque totum per Imperium, & pluribus ſeculis obſervata fuit.

Hiſt. l. 46. §. 28.

Ibid. n. 22.

§. III.

Ordo Cluniacenſis.

At reliquo ſeculo nono, & ineunte decimo vaſtationes Normannorum, & univerſales inter Chriſtianos hoſtilitates evertebant multas Eccleſias, & pleraque monaſteria: ut liquet ex querelis Concilii Troslejani anno 909 habiti. Obſervatio diſciplinæ monaſticæ in Occidente propemo-

Hiſt. l. 54. §. 44.

to. 9. Conc. p. 510.

pemodum extincta erat: cum ſuſcitati a Deo Viri Sancti velut novum ei principium ardente ſtudio dederunt. Sequente anno 910 Guiliel- *Ibid. p. 565.*
mus Aquitaniæ Dux Monaſterium Cluniacenſe condidit, & Abbati Ber- *Hiſt. l. 54. §. 45.*
noni gubernandum commiſit: qui utens ope Monachi Hugonis ex Auguſtodunenſi ad S. Martinum cœnobio evocati, Benedictinæ Regulæ obſervationem puriſſimam a majoribus ad poſteros transmiſſam, nonnullis in monaſteriis conſervatam, & quodammodo per manus traditam excepit.

Bernonis ſucceſſor S. Odo Cluniaci conſtitutionem perfectam red- *Hiſt. l. 55. §. 24.*
didit, illique junxit multa cœnobia, quibus præerat; & ubi eundem teneri ordinem, eandem ſcilicet obſervationem curavit: unde poſtea profectum eſt nomen Ordinis, & applicatum variis ſocietatibus eandem ſequentibus regulam: velut dicitur Ordo S. Benedicti, S. Auguſtini, S. Franciſci, & aliorum. Cluniacenſi celebritatem ingentem conciliarunt primi

Abbates

Abbates ſui S. Majolus, S. Odilo, S. Hugo virtute ac doctrina illuſtres. At ducentis poſt annis in magnam obſcuritatem delapſus eſt: nec ibi video Virum eximium ab ætate Petri Venerabilis.

Duas rei cauſas comperio, divitias, & multiplicationem precum vocalium. Primis Cluniaci Abbatibus ſingularis præſtantia ſua comparavit exiſtimationem amoremque Principum, Regum ac Imperatorum, qui beneficiis eos cumularunt. Horum numerus a tempore S. Odonis erat tantus, ut eorum membranæ veteres centum octoginta octo ſuperſint. Timendum, ne hi Sancti non ſatis reputaverint ſecum difficultates opum tam bene memoratas in Evangelio, ipſisque Philoſophis ethnicis cognitas. Locupletes natura ſuperbiunt, perſuaſum ſibi habentes, ſe neminis egere auxilio, nec aliquid unquam ſibi defore. Quapropter Apoſtolus Timotheum monet, ut exhortetur divites, ne magnos ſumant ſpiritus, nec ſuam ſpem ponant in opibus

Hiſt. l. 55. §. 24.

1. Tim 6. 17.

pibus incertis. Multa bona multas accerſunt curas, ut conſerventur: & iſtæ curæ vix jungi poſſunt cum tranquillitate contemplationis, quæ debet unicus eſſe finis vitæ monaſticæ: ſic in cœnobio divite ſaltem Præpoſitus & illi, qui eum in tractandis negotiis adjuvant, ſe pæne non amplius eſſe Monachos vident; ſi ſenſum animi habent cum inſtituto ſuo congruentem. Accedit, quod ſæpe amor ſui ſe obtegat ſpecioſo ſub nomine boni communis; & Procurator, ſive Cellarius ſuam propenſionem ad rerum congeriem aut parſimoniam ſequatur, nihil inde peculiare ad ſe redire perhibens.

Opulentia communis etiam privatis eſt periculoſa. In Abbatia viginti Monachorum tricies mille libras quotannis percipientium quilibet eſt ſuperbior, quod ſe tam magni reditus participem ſciat; ſentitque ſtimulos ſpernendi ſocietates pauperes, ac Religioſos ex inſtituto ſuo mendicantes. Vult ex opibus domus ſuæ capere fructum, & privatum com-

commodum: vult ali, veſtiri, & habitare tam bene, quam licet; ac interdum melius. Id accidit Cluniaci, ut patet ex defenſione S. Bernardi. Monachi victitabant, quam ſine carnibus poterant, lautiſſime; ſummique pretii pannos ad veſtes adhibebant ſuas: Abbates faciebant itinera cum equeſtri famulorum turba, præclaroque apparatu: templa erant exſtructa magnifice, ac ſplendide ornata; & monaſteria ſecundum proportionem.

Hiſt. l. 67. §. 49. Opuſc. 5.

Altera laxatæ regulæ cauſa erat multiplicatio precum, pſalmorum cantus ſcilicet, aliarumque precationum vocalium: nam multas addiderant illis, quas S. Benedicti regula præſcribit: ut apparet ex Cluniaci conſuetudinibus quas S. Udalricus litteris mandavit ſub finem ſeculi undecimi ſuperſtes. Adjunxerant inter alia officium pro mortuis, cujus authores erant; & quod per annum totum canebant. Longus hic pſalmorum cantus eis adimebat tempus laboris manuum, ut fatetur Petrus Vene-

Hiſt. l. 63. §. 60. Spicil. to. 4. p. 21.

Venerabilis ad ea, quæ S. Bernardus objecerat, reſpondens. Regula, inquit ille, duntaxat eum præcipit otii fugiendi cauſa: quod vitamus complendo tempus noſtrum ſacris exercitiis precum, lectionis, & pſalmorum cantus. Quaſi vero S. Benedictus non ſat ſpatii eis aſſignaſſet; nec ſolidas habuiſſet rationes ſtatuendi plus ſeptem horas integras laboris. *Hiſt. l. 67. §. 50.*

Forſitan Petrus Venerabilis & illi, qui cum eo ſentiebant, fallebantur præjudicata opinione ſui temporis; & corporis laborem cenſebant eſſe occupationem abjectam & ſervilem. Non ita judicabant Veteres: ut alibi oſtendi: atque ut Iſraëlitas, aliosque ad Ortum populos omittam: Græci ac Romani eum honori ducebant ſibi. At Germani & barbari ad ſeptem triones venationibus tantum bellisque ſe occupare ſoliti agriculturam & artes deſpicatui ſemper habuere: ut in moribus noſtrorum Nobilium etiamnum cernimus. *Mor. Iſr.*

§. IV.

Ordo Ciſtercienſis.

Poſt ducentos annos a condito Cluniacenſi cœnobio ſuſcitati a Deo alii Viri magni primitivum Benedictinæ regulæ vigorem reſtituerunt, ſcilicet Authores Ordinis Ciſtercienſis, præſertim S. Bernardus, quem ſui ſeculi miraculum cenſeo. Videbatur fuiſſe Deo complacitum in eo ſolo conjungere omnia naturæ & gratiæ præſidia, nobilitatem, virtutem parentum, pulchritudinem corporis, animi perfectiones, ingenium acutum & perſpicax, judicium ſubtile ac ſolidum, generoſam indolem, excelſas cogitationes, fortitudinem non vincendam, voluntatem rectam, & conſtantem. Adde his naturæ dotibus probam educationem, litterarum ſtudia, quam tum collocari poterant, optima, ſeu artes ac ſcientias humanas, ſeu religionem ſpectes, divini codicis meditationem continuam, creberrimam lectionem Patrum,

Hiſt. l. 64. §. 64. l. 66. §. 21.

trum, eloquentiam vividam & nervosam, dicendi formam revera ornatam nimium, sed illius seculi genio accommodatam. Adjunge effectus gratiæ, demissionem profundam, charitatem nullis terminis circumscriptam, flagrans honoris divini studium, denique facultatem edendi opera humanis majora viribus.

Fatendum tamen eum non temperasse satis fervori suo in iis, quæ ad valetudinem attinebant: hanc enim nimia inclementia celeriter afflixit: & vidimus, quæ illius cura suscipienda fuerit illustri amico suo Guilielmo Camposio. Facio pluris Ægyptios, cæterosque Monachos antiquos, qui afflictationes corporis tam bene aptare sanitati noverant, ut multi centum fere annos viverent. *Hist. l. 61. §. 24. 43.*

§. V.

Fratres laici.

Sanctus Bernardus admodum amabat laborem manuum apud Ci-

ſtercienſes ſerio inſtauratum: ſed inducta inter eos fuit res nova, quæ poſtea diſciplinam minuit, ſcilicet diſcrimen inter addictos choro Monachos, & fratres laicos. Regula nullam ejus mentionem facit: & usque ad ſeculum undecimum Monachi præſtabant ipſi omne ſibi mutuo ſervitii genus, & iisdem cuncti laboribus ſe occupabant.

Hiſt l.61. §.4 l.63 § 58.

S. Joannes Gualbertus in Vallis Umbroſæ monaſterio, quod ſub annum 1040 condiderat, Fratres laicos inſtituit primus. Ratio probabiliter fuit ignorantia laicorum etiam nobilium, maxima ex parte legere neſcientium: ut adeo, cum ſermo Latinus non eſſet communis amplius ſicut tempore S. Benedicti, nec pſalmos memoriæ mandare, nec e lectionibus divino ſub officio conſuetis capere fructum poſſent: contra vero Monachi plerique tunc erant Clerici, aut ad ſacros Ordines deſtinati. Sed ii, qui diſtinctionem iſtam introduxere, haud conſideraſſe videntur, ad ſummam perfectionem perveniri poſſe

Mabil. præf. 2. Sac. n. 9. Annal.

posse sine ulla litterarum notitia. Pars major veterum Ægypti Monachorum, & omnium primus S. Antonius non sciebant legere: ad quos profectus S. Arsenius, Calleo, ajebat, Græcorum, Romanorumque scientias: sed hujus senis, quem tam rudem creditis, alphabetum adhuc ignoro. Igitur hi fratres laici laboribus manuum, curandis rebus rusticis, negotiisque extraneis occupabantur: pro quavis parte pensi ecclesiastici præscriptus eis erat certus numerus recitationum precationis dominicæ: quem ut observarent, gerebant grana filo trajecta: unde ortæ sunt globulorum sacrorum series. Vestiebantur paulo aliter, ac Monachi, promittebantque barbam, ut laici reliqui. Ejusmodi fratres jam inde ab initio habebant Carthusiani, Grandimontanique Monachi, sicut Cistercienses: & cuncti Ordines religiosi postea nati exemplum eorum sequebantur. Tandem id etiam in parthenones transiit; ubi discrimen sit inter Virgines designatas ad chorum, & soro-

res famulas: quamvis non ibi par sit ratio: cum plerumque non illæ magis quam istæ linguam Latinam intelligant.

Hæc, inquam, Regularium distinctio multum diminuit disciplinam. Monachi ad chorum destinati, cum fratres laicos infra se cernerent, eos tractabant ut rudes, incultos, servosque suos: se vero Dominos putabant: sic enim sonat *Dom* imminutum *ex Dominus* sive *Domnus*; quod in Italia Hispaniaque adhuc est titulus Nobilium. Neque hunc credo inveniri datum privatis Monachis ante seculum undecimum: saltem regula S. Benedicti soli eum Abbati tribuit. *Reg. c.* 63. Itaque hoc maxime tempus est, a quo laborem manuum se indignum censebant, satis se precationibus ac litterarum studiis occupatos rati.

Ex altera parte fratres laici obstabant perfectæ concordiæ in monasteriis, cum ex duobus corporibus tam diversis essent composita. Fratres

tres carentes litteris, ac ſæpe minus liberaliter educati dominari interdum volebant velut cœnobio magis neceſſarii ob curam rei domeſticæ, quippe ſine qua ſpiritualis conſiſtere nequeat, cum vivere ſit opus, antequam precibus ac litteris opera detur. Vidiſti Lector, quid acciderit in Ordine Grandimontano ſub Papa Innocentio III; & quomodo hic coactus fuerit reprimere inſolentiam fratrum etiam rem ſpiritualem ordinare cupientium. Nec unquam ſatis ex illo diſſidio ſe recollegit Ordo. Talibus exemplis probabiliter adſcribendum, quod cuncti generatim Religioſi ſoleant fratres laicos in omni ſubmiſſione arctiſſime continere: quod difficulter ita faciunt, ut ſe ſupra eos non efferant: tutior erat æqualitas regulæ Benedictinæ conſentanea.

Hiſt. l. 75. §. 28.

§. VI.

Monachorum ſtudia.

Monachi omiſſo labore manuum ſtudia litterarum eſſe occupationem ſe digniorem exiſtimabant: præterquam quod illos per quandam neceſſitatis ſpeciem ad ea impelleret inſcitia ſecularium etiam Clericorum. Decebat illos potiſſimum divini codicis & Patrum lectio, verbo, Theologia: qua in re S. Hieronymum, aliosque Monachos veteres imitati eſſent: verum a ſeculo octavo & nono litterarum genus omne amplexi ſunt: ut inter alios in Alcuino cernimus. Jungebant Theologiæ Canones, quæ partem eruditionis eccleſiaſticæ faciunt, ſed Epiſcopis, ac Sacerdotibus ad regendos populos deſtinatis convenientiorem. Monachi tamen huic ſe ſtrenue impendebant: ut videmus in celebri Gratiano ſcriptore Decreti: atque hoc ſtudium accerſiit commentationem Juris Civilis, præſertim poſt reper-

ta

ta Digesta, cæterosque Justiniani libros.

Sed & aliud a suo statu alienius studium nempe Medicinæ capessebant Monachi. Rigordus Monachus Dionysiofanensis erat Physicus, sive Medicus Regis Ludovici Crassi, cujus historiam scripsit: & S. Bernardus loquitur de Monacho sui Ordinis hac ex arte clarissimo. Crediderim cœpisse Monachos huic operam tradere per charitatem in ægros: sed hos invisentium animi semper in cogitationes varias distrahebantur. Idem dicendum de Jurisprudentia, quæ saltem consultationes acciebat.

Si vero hæc studia inchoaverant per charitatem, continuarunt ob commodum; sive ut bona cœnobii, aut sanitatem servarent suam; sive ut pecuniam lucrarentur: veluti fecissent homines profani. Id nos docet concilium Remense anno 1131 a Papa Innocentio II actum, quod Monachos Canonicosque Regulares

Can. 6. Hist. l. 68. §. 9

vetuit leges civiles aut medicinam discere; & adjunxit: Avaritia est, quæ eos inducit, ut Advocati fiant, & causas æquas injustasque agant sine discrimine. Avaritia est, quæ illos impellit ad spernendam curam animarum, ut sanent corpora, & oculos figant in partibus, quas ne memorari quidem patitur pudor. Has inhibitiones repetiit concilium Lateranense anno 1139 ab eodem Papa habitum; & insuper concilium Turonense an. 1163 ab Alexandro III celebratum. Religiosis tantum, non Clericis secularibus interdixere artis medicæ ac Jurisprudentiæ professionem: quia ad utramque inhabiles erant laici, utpote illiterati.

Hist. l. 68. §. 54.

Hist. l. 70. §. 63.

In principio sequentis seculi Religiosis licebat fungi munere Causidici pro Regularibus: ut videmus in concilio Parisiensi, cui Legatus Robertus Corsonius an. 1212 præerat: & hoc ipsum concilium notat magnam disciplinæ remissionem in cœnobiis utriusque sexus. Magis eam cernimus frequente in concilio Late-

Hist. l. 78.

Lateranenſi tribus poſt annis habito: quod ut malo mederetur, comitia generalia quovis triennio celebrari juſſit. Sed hoc remedium juvabat parum: & ab illo tempore Monachi & Canonici Regulares ſuis ab inſtitutis magis magisque deſciſcere pergebant usque ad ultimas correctiones. Præterea comitiis generalibus ſuæ ſunt difficultates: & major eſt mentium evagatio, itinerum comes individua: quæ quo longiora ſunt, eo majores ſumptus poſtulant. Idcirco monaſteriis imponi tributa debent: unde naſcuntur murmura & querimoniæ. Et quisnam horum fructus eſt comitiorum? Fiunt nova præſcripta; novæ legationes Inſpectorum, qui ea executioni mandanda curent; ſcilicet multiplicantur itinera & impenſæ: ſed omnia parum juvant: ut ſeculorum quatuor uſu compertum habetur. Nec vero S. Benedictus quidquam ſimile præcepit, tametſi multa ſimul cœnobia regeret: ſuus cuique Abbas præerat: & quemlibet Abbatem ſuus reco-

recognoscebat Episcopus: qui cum in propinquo esset, præ quovis alio poterat ad observandam regulam illum adigere.

§. VII.

Ordinum religiosorum multiplicatio.

Can. 13. Ne nimia. extr. 9. extr. de relig. dom.

Idem concilium Lateranense anno 1215 noluit excogitari novas congregationes sive Ordines; ne nimia eorum varietas confusionem gigneret in Ecclesia; sed, quisquis Ordinem amplecti cuperet, illum jam approbato dare nomen jussit. Hæc inhibitio erat sapientissima, purissimæque antiquitatis genio congruebat. S. Basilius in suis institutionibus quærit, an expediat eodem in loco esse duo cœnobia? Non agit de duobus Ordinibus, sed tantum de duabus domibus ejusdem instituti: ac respondet negando duabus ex rationibus. Prior, ait, est, quod non facile unus aliquis Præses egregius, multo difficilius duo tales inveniantur: altera, quod cœnobiorum multipli-

Reg. fus. n. 36.

tiplicatio ſit cauſa diſcordiæ. Initio non niſi laudabilem ad imitationem ſui ſtimulabit illud, quod regulam melius obſervabit: dein æmulatio vertetur in invidiam, contemptum, alienationem animorum: alterum nocere alteri, & ignominiam inurere ſtudebit: tanta eſt naturæ corruptio. Ipſi ethnici pro fundamento civilis prudentiæ ſtatuerunt, ut Respublica, quatenus poſſet, eſſet una, & omne diſſidii ſemen ex civitate removeretur. Quanto plus enitendum, ut hoc a malo defendatur Chriſti Eccleſia fundata in concordia & charitate perfecta! Conficit corpus unicum, cujus ille caput eſt; & cujus membra inter ſe omnino conſentire, aliaque aliis nihil non debent ignoſcere.

Plat. Respubl. lib. 5. p. 418. gr.

Quot autem dantur Ordines religioſi, totidem ſunt corpora, & quaſi totidem Eccleſiæ parvæ in Eccleſia univerſali. Ex communi hominum ſenſu nequit fieri, ut Ordo aliquis inſtitutum aliud tanti æſtimet, quanti ſuum facit; & ut quemlibet Religioſum amor ſui non impellat

ad

ad præferendum, quod elegit, vitæ genus; ad exoptandam ſocietati ſuæ, quam cuiquam alii, majorem opulentiam & nominis celebritatem; & ad compenſandam hoc modo moleſtiam, quam natura capit ex privatione rerum omnium privato jure poſſidendarum. Quivis Religioſus id bona fide a ſe ipſo perquirat, velim. Solius æmulatio virtutis ſi ferveret, num lites de primis partibus, ac de honoribus cerneremus, & tam acres controverſias, cujus Ordinis fuerit hic Sanctus, vel author iſtius libri pii?

Sapientiſſime proin vetuerat Lateranenſe concilium, ne novi Ordines inſtituerentur. Sed decretum ejus tam parum obſervatum eſt, ut multo plures admitterentur poſtea, quam cunctis ſeculis prioribus. Motæ ſunt hac de re querimoniæ in concilio Lugdunenſi ſexaginta poſt annis habito: repetita ibidem interdictio: ſuppreſſi quidam Ordines novi: deinde vero introducti alii, & aucti ſemper fuere.

Hiſt. l. 85. §. 48.

§. VIII.

§. VIII.

Religiosi Mendicantes.

Nisi novorum Ordinum inventores plerique adscripti Sanctis fuissent: possemus suspicari, amore sui deceptos voluisse præstare aliis, & cogitare subtilius. Sed salva Virorum sanctitate possumus diffidere eorum perspicaciæ, ac timere, ne non omnia sciverint, quæ scire illos decuisset. S. Franciscus suam regulam esse merum Evangelium credebat, adhærens his maxime verbis: *Nolite possidere aurum, neque argentum; non peram in via, neque calceamenta &c.* Matth. 10. v. 9. 10. cumque Papa Innocentius III approbare hoc institutum tam novum cunctaretur, Cardinalis Paulosanensis Sabinensis Episcopus ad eum dicebat: Cave ne rejiciendo hujus viri pauperis petitionem rejicias Evangelium. At hic bonus Cardinalis, & Sanctus ipse non satis consideraverant verba, quæ ibi præeunt, ac sequuntur. Christus suos duodecim Apo- Hist. l. 76. §. 54.

Apoſtolos ad promulgandam doctrinam ſuam mittens, primum ad eos ait: *Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones ejicite: gratis accepiſtis; gratis date!* Tum inquit: *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, &c.* Volebat ſolummodo, ut manifeſto patet, eos avertere ab avaritia & cupiditate capiendi ex dono miraculorum lucri, quod haud omiſiſſet Judas: & quid non datum fuiſſet pro mortui revocatione ad vitam? Chriſtus adjungit: *Dignus enim eſt operarius cibo ſuo.* Quaſi diceret: Non eſt, cur metuatis, ne vobis deſit quidpiam, & ii, quos ſanitati aut vitæ reſtitueritis, vos emori fame patiantur. En verum ſenſum hujus loci Evangelici!

At inde non conficitur communibus impenſis alendos eſſe bonos homines ſine miraculis, ſine ſignis miſſionis extraordinariæ per orbem euntes, ac ſuadentes pœnitentiam: populique poſſent dicere: Satis onerati ſumus, dum ſuſtentamus paſtores ordinarios, quibus decimas, cæterasque

rasque pensiones solvimus. Igitur virtutibus S. Francisci, & primorum ejus discipulorum propriis tribuenda est benedictio, quam Deus laboribus eorum impertiit; sic remunerans ardens animarum salutis studium, perfectam oblivionem commodi privati, profundam demissionem, & patientiam insuperabilem. Peropportune venerunt seculo corruptissimo, ut charitatis & simplicitatis Christianæ formam reducerent, ac supplerent, quod deerat pastoribus ordinariis, quorum plerique inscitia laborabant & ignavia; multi exempla nequitiæ præbebant.

Plus, ut videtur, profuisset Ecclesiæ, si Episcopi ac Summi Pontifices minime vocatis in auxilium his adventitiis gregibus Clerum secularem ad sanctimoniam primorum quatuor seculorum revocare serio studuissent; ita ut duo tantum genera sacrorum Deo hominum darentur; & alterum quidem conficerent Clerici ad erudiendos regendosque Christianos destinati, ac Episcopis prorsus

ſus obnoxii; alterum vero conſtaret ex Monachis extra profanas ſocietates poſitis, ac unice attentis ad precandum Deum, & ad laborandum in ſilentio. Hujus perfectionis forma ſeculo decimo tertio in oblivione erat: dolebantque, qui cernebant indignas res, Cleri avaritiam, luxum, vitamque mollem ac voluptariam, etiam cœnobia dotata maculantem.

Videbatur itaque remedium ab oppoſita extremitate petendum, & abdicanda eſſe bonorum poſſeſſio non tantum privata ſecundum regulam
§. 33. S. Benedicti hac in re tam ſeveram, ſed communis etiam, ita ut monaſterio nullus ſit reditus fixus. Talis erat ſtatus Monachorum Ægypti: nam quem proventum accipere potuiſſent e ſabuletis aridis, quæ incolebant? Qui autem carent reditu, de lucro, vel mendicato vivere debent. Stipem rogitare Monachi deſertis in locis haud poterant: igitur laborandum erat: ut faciebant.

Sed Fratres Minores, cæterique Religioſi ſeculo decimo tertio inſtituti

ſtituti elegerunt mendicationem. Non erant Monachi, ſed deſtinati ad verſandum inter homines profanos, ut errantes in viam reducerent: ita non deerant viri ac fœminæ, a quibus ſtipem ſperare poſſent. Præterea ſuam vitam vagam, & neceſſitatem præparandi ea, quæ dicerent ad populum, ſociari cum labore manuum poſſe non putabant. Denique mendicitas eis videbatur abjectior, tanquam ſocietatis humanæ ſtatus ultimus, ipſisque bajulis, ac mercenariis quibusvis inferior. Et vero Religioſi ſanctiſſimi illam ſpreverant eatenus, ac reſpuerant. Venerabilis Guigo in conſtitutionibus Carthuſianorum odioſam vocat mendicandi neceſſitatem, & Pariſienſe concilium anni 1212 voluit Religioſis iter facturis porrigi, unde viverent, ne in dedecus ſui Ordinis petere ſtipem cogerentur.

c. 70. *Hiſt. l. 67.* §. 58.

Verum eſt: S. Franciſcus ſuis diſcipulis laborem præceperat, haud permittens mendicationem, niſi ut poſtremum perfugium. Volo labo-

c. 11. *Hiſt. l. 77.* §. 6 *Hiſt. l. 79.* §. 26.

rare, inquit in teſtamento ſuo : volo firmiter, omnes Fratres reliquos quendam ſibi laborem honeſtum ſumere, ac ignaros diſcere : nihil ſolvitur nobis ? confugiamus ad menſam Domini Noſtri, vitæ ſubſidia oſtiatim quærendo ! Concludit ſuum teſtamentum per apertam inhibitionem, ne Fratres a Papa privilegium aliquod, aut explicationem regulæ ullam poſtulent. At litigandi, diſputandique ardor tunc regnans hanc ſimplicitatem non admittebat.

§. 63. A morte ſancti Viri tantummodo quadriennium effluxerat : cum Fratres Minores in comitiis anno 1230 habitis a Gregorio IX impetrarunt litteras declarantes ſe non adſtringi ad obſervandum illius teſtamentum, ac regulam multis in capitulis explicantes. Sic labor manuum, adeo commendatus in divinis legibus, & ab antiquis Monachis tanti æſtimatus incurrit in odium : ac mendicitas antea exoſa, evaſit honorabilis.

Fateor

Fateor huc multum contuliſſe virtutem ac doctrinam Fratrum Mendicantium. Correctionem improborum, Chriſtianorumque omnium eruditionem eſſe inſtituti ſui finem rati litterarum ſtudia pro primario munere ſuo habebant; & in eis plerosque ſui temporis Academicos ſuperabant: quia puriorem ſibi fructum proponebant, ſolam Dei gloriam, & ſalutem proximi ſpectantes: contra vero reliqui ſeu Clerici, ſeu Monachi ſæpe vacabant litteris, ut beneficia & dignitates eccleſiaſticas obtinerent. Ita Dominicani Fratresque Minores ab incunabulis ſuorum Ordinum tantam collegerunt exiſtimationem in vix natis Univerſitatibus Pariſina & Bononienſi: ubi velut ſeculi ſui lumina colebantur Albertus Magnus, Alexander Alenſis, ac poſtea SS. Thomas & Bonaventura. Qualia in ſe ipſis fuerint hæc litterarum ſtudia, hic non perquiro: id alibi egi: ſufficit hos ſanctos Religioſos in eis majores feciſſe progreſſus, quam cæteros Academicos. *Diſſ. 5. §. 1.*

Cunctorum simul hominum amorem & observantiam Fratribus Mendicantibus conciliabant virtutes suæ; modestia, paupertatis amor, contemptionis desiderium, propagandæ fidei ardor, per quem adibant ethnicos, Christum sanguinis sui pignore testaturi. Quapropter tam cito & Summis placebant Præsulibus, a quibus tot privilegia impetrabant; & Regibus in deliciis erant, usque adeo, ut S. Ludovicus diceret, si duas in partes dividere se posset, fore, ut Dominicanis alteram, alteram Francisci filiis daret. Uterque Ordo jam inde ab initiis suis Episcopos, ac brevi Cardinales habuit.

Hist. l. 86. §. 6

G. de Bello Loco. c. 12.

Dominicani primum non tam Ordinem novum, quam novum quendam cœtum Canonicorum Regularium conficiebant. Et vero Jacobus Vitriacensis scriptor coævus illos appellat Canonicos Bononienses. S. Dominicus, antequam relinqueret Hispaniam, condereque Ordinem cogitaret, agebat Canonicum Regularem cathedralis Ecclesiæ Auximanæ: atque

Hist. 1. 78. §. 54.

Hist. Eccl. c. 27.

atque Toloſanus ad S. Romanum Prior dicitur in prima inſtituti ſui approbatione; per quam hæc Eccleſia confirmatur in poſſeſſione ſuorum bonorum omnium. Tum demum, cum prima comitia generalia anno 1220 cum Fratribus ſuis celebraret Dominicus, perfectam omnes paupertatem amplexi fundos, certosque reditus abdicarunt exemplo Fratrum Minorum: unde factum, ut horum inſtar ſtipem colligerent. At ſimplicius paupertatem, ac nobilius colebant: nec inter eos video diſputationes frivolas de dominio, nudoque uſu facti, quæ Fratres Minores tam atrociter diſtrahebant, ac denique produxerunt hæreſim Fratricellorum.

Hiſt. l. 76. §. 28. L. 78. §. 5. §. 34.

§. IX.

Paupertas Evangelica.

Hic eſſet locus accuratiſſime pertractandi paupertatem Evangelicam: nec poſſemus in hac diſquiſitione meliorem ſequi ducem, quam

Combef. auct. bibl. PP. p. 163.

S. Clementem Alexandrinum ab Apoſtolorum diſcipulis eruditum. Scripſit librum ſuper hac quæſtione: Quis eſt dives, qui ſalvus fiet? ibi ſic differit: Opulentia eſt in ſe indifferens, veluti pulchritudo & robur corporis: hæc ſunt quædam ſpecies bonorum, & inſtrumenta, quæ bene aut male adhiberi poſſunt. Bona profana, quorum copia divitias facit, neceſſaria ſunt materia multorum operum piorum, quæ Chriſtus imperavit. Si recte credentes cunctos illa relinquere juberet, ſecum ipſe pugnaret: ac revera id non præcepit Zachæo: conſenſit, ut ſervaret dimidium. E contrario ſumma inopia ex ſe malum eſt potius quam bonum aliquod: eſt impedimentum virtutis, & mater multarum tentationum vehementium, injuſtitiæ, corruptionis, impudentiæ, ignaviæ abjectionis animi, ac deſperationis: hinc illa vota: *Mendicitatem, & divitias ne dederis mihi!*

Luc. 19 v. 8.

Prov. 30. v. 8.

Itaque præceptum vendendi bona omnia non eſt craſſe accipiendum,

nec

nec ſtrictius, quam illud de parentibus odio habendis. Num verum odium in patrem præcipere poſſet Chriſtus, qui vel inimicos diligi jubet? Per tam nervoſam loquendi rationem tantum docere nos vult, etiam chariſſimos poſtponendos Deo, atque ſi opus ſit, deſerendos eſſe, ut nos ei addicamus. Sic opes abdicare nos jubens ſolum adſtringit ad comprimendos animi motus ab iis concitari ſolitos, ſuperbiam, contemptum pauperum, amorem voluptatum ſenſibus blandientium, deſiderium magis ſemper magisque diteſcendi, cæterasque hujusmodi cupiditates. Dives opibus recte utens ſuis, & inſtar Jobi eas ſine querela perdere nunquam non paratus eſt verus pauper ſpiritu, ſive ſecundum mentem. Ita cenſebat hic magnus Doctor ſecundi Eccleſiæ ſeculi: & hæc illius placita longiſſime præſtant hodiernis Theologiæ ſcholaſticæ ſophiſmatibus.

§. X.

Religiosorum Mendicantium disciplina solutior.

Omissis ratiocinationibus spectemus experientiam! Ab obitu S. Francisci effluxerant anni triginta: cum notata jam est magna remissio disciplinæ Ordinum Mendicantium. Non afferam querimonias vel Matthæi Paridis, vel Petri de Vineis Clerum secularem tuentis: erant partes, quarum res intererat. Contentus ero S. Bonaventuræ testimonio, quod nequit esse suspectum. Inest epistolæ, quam anno 1257 ut Ordinis Minister Generalis ad cunctos Provinciales & Custodes scripsit. Conquerebatur multitudinem negotiorum, ad quæ pecuniam poscerent, quorundam Fratrum dissidiam, vitam vagam, importunitatem in petendo, ædificiorum amplitudinem, & aviditatem dandi sepulturas, ac obtinendi testamenta: singula merentur considerationes aliquas.

Hist. l. 82. §. 7

Hist. l. 84. §. 43.

Opusc. to. 2. p. 352.

Fratres

Fratres Mendicantes sub charitatis obtentu se immiscebant omnis generis negotiis publicis & privatis. Scrutabantur arcana familiarum: suscipiebant executionem testamentorum: obibant legationes ad agitanda consilia pacis inter civitates ac Principes: præsertim Summi Pontifices perlibenter illis imponebant ministeria tanquam hominibus ad ea facillime adhibendis, supremæ sedi addictissimis, & parvo sumptu proficisci solitis: interdum eos pecuniam colligere jubebant. Sed maxime illos distinebat Inquisitio: cujus exercitium tametsi ad conservandam fidem spectans eosdem Prætoribus similes faciebat: consueverunt enim quærere de criminibus, capiendos curare reos, addicere carceri, tormentis subiicere, damnatos proscriptis bonis exuere, aut pœna pecuniaria, vel probrosa, & sæpe capitali per lictores Magistratus profani afficere. Non poterat, initio saltem, non mirari, quisquis cernebat Religiosos demissionem profundissimam, paupertatemque

Hist. l. 82. §. 45.

temque profeſſos ſummam ſubito converſos eſſe in Magiſtratus, habere apparitores, ac domeſticos armatos ſeu cuſtodes, theſaurosque in poteſtate ſua, & omnibus ſe terrificos reddere.

Contemptus laboris manuum deſidiam inter Mendicantes, ſicut cæteros inter Regulares induxit. Haud facile cognoſcas, an tempus deſtinatum precationi mentis, ac litterarum ſtudiis fideliter impendatur. Innixi genibus, & in membrorum ſitu ad contemplanda divina aptiſſimo poſſumus cogitare, quidquid volumus. Religioſus in ſua cellula poteſt, quaſi litteris navet operam, legere libros, non dicam malos, ſed inutiles, ac ſoli curioſitati explendæ habiles: denique oſcitare poteſt, ac obdormiſcere. Aliter ſe res habet in labore: ſentitur iſte; ac opus reſtans ei fidem facit. Sed neque communia ſunt ingenia litteris idonea: plerique homines parum amant ratiocinationem, meditationemque continuam; nec multum curioſi ſunt, niſi

forte

forte in perquirendis rebus novis, & ignobilibus privatisque factis, quæ judiciis temerariis, & obtrectationibus dare materiam solent. Veteres litteraturam colere sciebant, & melius, quam hodierni: ut illorum scripta testantur: & tamen SS. Basilius & Gregorius Nazianzenus in solitudine sua non dedignabantur labores viliſſimos. Potest honoris aura captari ex composito libro egregio: sed nulla unquam laus quæsita fuit e storeis aut fiscinis: talia opera possunt per diem totum fieri: non ingenium serenum, non animum sedatiorem postulant. *Hist. l. 14. §. 2.*

Tertius error, quem S. Bonaventura Fratribus suis exprobrat, est vaga multorum vita, qui ut suis corporibus, ait, levamentum afferant, oneri & offensioni sunt hospitibus suis, quibus exemplo esse bono deberent. Hoc incommodum creant frequentia nimis itinera; dum præbent ansam excedendi modum in victu & somno per speciem refectionis virium; ac æquabilitatem vitæ regularis

ris dissolvunt. Quartus error est importunitas in petendo, quæ facit, ut nostrorum Fratrum, veluti prædonum occursus metuatur, inquit S. Bonaventura. Reapse hæc importunitas est quædam violentiæ species, cui pauci resistere norunt; præsertim si veniat ab iis, quorum vestis & institutum reverentiam poscunt, sed & naturalis est effectus inopiæ. Nam denique oportet alere vitam: principio fames, ac reliquæ necessitates urgentes efficiunt, ut vincatur educationis honestæ verecundia: quo obice semel convulso, qui plus industriæ, quam alius, ad corrogandam stipem adhibet, id laudi sibi & honori ducit.

Ampla & visenda ædificia, pergit S. Doctor, nostram obturbant solitudinem; incommodant amicis nostris; & acerbis hominum judiciis nos exponunt. Fratrum tranquillitati officiunt per curas & operam, quam Præsides & ab his designati sibi sumere debent, ut diversas ædium adumbrationes seu descriptas lineis

figuras

figuras examinent; ut invigilent executioni; ac præcipue, ut sumptus suggerant certo reditu destituti: & hoc est, quod molestiam amicis exhibet. At quamdiu continuatur opus, totam congregationem impediunt materia & operarii. Amara hominum judicia de his domibus satis exprimit Petrus de Vineis inquiens: Hi Fratres in ortu religionis suæ gloriam vanam calcare pedibus vili contemptum resumunt fastum; & nihil habentes possident omnia, ipsis divitibus ditiores. Denique S. Bonaventura Fratribus suis objicit humationum testamentorumque aviditatem, quippe quæ ipsis indignationem Cleri, & maxime Parochorum accersat. Qua de re Matthæus quoque Paris ita queritur: Moribundis Proceribus ac viris bene nummatis non sine damno pastorum ordinariorum sedulo adsunt in lucrum intenti, occultaque testamenta extorquent, solum Ordinem suum commendantes, quem reliquis cunctis præferunt.

lib. 1. Epist. 37. Hist. l. 82. §. 4.

p. 541.

§. XI.

§. XI.

Fratrum Minorum discordia.

At post obitum S. Bonaventuræ Fratrum Minorum disciplinam haud modice laxavit infausta dissensio Ordinem dividens Fratres Spirituales inter & Fratres Communis Observationis. Bonus Papa S. Cælestinus studiosior disciplinæ quam prudentior hoc dissidium authoritate firmavit sua; dum congregationem pauperum Eremitarum Fratri Liberato parentium approbavit. Ad summam vero acerbitatem discordiam deduxit notissima disceptatio de dominio rerum usu pereuntium, qualis est panis victusque reliquus. S. Bonaventura ipse asseruit Fratres Minores abdicare hoc dominium, idque transire ad Papam & Romanam Ecclesiam: quod etiam accepit Papa Nicolaus III. Sed Joannes XXII rejecit hoc dominium imaginarium; & declaravit simplicem usum facti (intra quem continere se volebant falsi Spiri-

Hist. l. 89. §. 3. 31.

Hist. l. 86. §. 2.

Hist. l. 87. §. 33.

Hist. l. 93. §. 14.

Spirituales) esse usum iniquum, utpote omni exutum jure.

Affirmavit obedientiam esse Regularium virtutem præcipuam & paupertati anteferendam. Nam hi fratres indociles contendebant non esse parendum Præsidibus, quando id, quod præciperent, obstaret perfectioni. Is erat fructus disputationum scholasticarum, in quibus hi Fratres assidue se exercebant: tractabantur ibi novæ quotidie quæstiones: & quæcunque excogitari poterant, subtilitates; ac disceptandi rationes subdolæ adhibebantur. Quærebatur exempli gratia, an regula obliget sub peccato gravi, aut leviore? an adstringat ad consilia Evangelica sicut ad præcepta? an id, quod præscribit ad modum moniti, aut exhortationis, vel doctrinæ, obstringat pariter ac illud, quod verbis imperantibus effert? Inde venit consuetudo scrutandi minutius præcepta Dei ac Evangelium.

Hist. l. 92. §. 34.

Car. de verb. sign. in 6. Clem. Exivi eod.

Effectus harum disputationum futilium nimio plus graves ac serii fue-

Hist. l. 93. §. 53.

re. Cum Papa Joannes XXII hos fratres indociles damnare ausus esset; tantum authoritatis arrogabant sibi, ut eum dicerent hæreticum, ab ejusdem sanctionibus ad futurum concilium appellantes. Demum eo usque processit seditio, ut isti Fratres Minores ab Imperatore Ludovico Bavaro suffulti curarent Joannem XXII exauthorari, & in ejus locum substitui antipapam e suo numero Petrum Corbarium: qui ut dignitatem sustineret suam, corrogare, quæ poterat, undecunque coactus est: huc recidit illorum fratrum demissio, ardens studium paupertatis, ac perfectio Evangelica.

Hist. l. 93. §. 46. 47.

Cæterum, etsi Religiosorum mendicitatem non ante seculum decimum tertium authoritate sua firmavit Ecclesia; inventio tamen illius haud fuit nova. Omni tempore conspecti sunt mendicantes etiam sub obtentu philosophiæ aut religionis. Victum precario conquirebant philosophi Cynici: cernebaturque aliquando Diogenes stipem a statua petens, se in repulsa feren-

Diog. Laërt. Har. 80. n. 4 5. 6.

ferenda exercendi gratia, ut ajebat. Hæretici Maſſaliani S. Epiphanio præbebant anſam notandi mendicantium difficultates; turpe ſtudium placendi habentibus opes, etiam ſi male ſint partæ, officioſas aditiones mutuas, aſſentationes, colloquia de rebus novis, aliisve argumentis profanis, omniumque obſequiorum peſſimum, nempe facilitatem abſolvendi a flagitiis, & infirmationem Theologiæ moralis. Guilielmus Durantius Episcopus Mimatenſis in ſuis monitis ad concilium Viennenſe ſpectantibus magni eſſe ſibi Fratres Mendicantes ſignificat: ſed addit eorum inopiam levari debere ita, ut ſufficientes reditus communes poſſideant, aut ex labore manuum ſuarum vivant velut Apoſtoli.

Hiſt. l. 19. §. 25.

Hiſt. l. 91. §. 52.

§. XII.

Religioſæ diſciplinæ remiſſio generalis.

Monachi cæterique Religioſi veteres magnum in contemptum veniebant ex illo tempore, quo intro-

ducti sunt Mendicantes. Non illos amplius, ut olim, venerabiles reddebant suus amor solitudinis, sua frugalitas, sua commodorum oblivio: plerique indulgebant otio & mollitiæ: atque ipsa litterarum studia, quæ pro labore manuum substituerant, admodum languebant: verbo: Ecclesiæ haud multum prodesse videbantur. E contrario Fratres Mendicantes tenebant scholarum templorumque cathedras; ac per indefessos labores suos Præsulum cæterorumque pastorum negligentiam & inscitiam supplebant. Is contemptus Monachos antiquos ad sublevandas inter se disciplinas excitavit: ut vidimus in collegio Cisterciensium Parisiis condito: & Papa Benedictus XII in litteris ad corrigendos Monachos Nigros editis late in horum studia excurrit.

Hist. l. 82. §. 47.

Hist. l. 94. §. 48.

At quia extra Universitates fructuosa litteris opera dari posse tum temporis non credebatur, illuc mittebantur Monachi: sic rursus horum disciplinam laxabant mentium evagationes inter itinera, inevitabilis congressus

greſſus cum Academicis ſecularibus ex parte maxima parum bene moratis, vanitas graduum honoris ex doctrina, & prærogativæ, quas hi dabant, in cœnobiis. Generatim vero Monachi non magnæ ſolum regulæ, ſed Cluniacenſes etiam, ac Ciſtercienſes a priſtina & ſevera inſtitutione jam multum deſciverant. Etenim, ut nos edocet concilium anno 1238 Conaci habitum, Monachi & Canonici Regulares pro victu veſtituque ſuo pecuniam accipiebant, ita, ut eorum munia eſſent veluti parva quædam beneficia. Monachi non dubitabant ſine permiſſu Præſidum exire foras, comedere in domibus civium, ibi ſe abdere, pecuniam quaſi propriam tenere, ſuo nomine mutuam ſumere, pro aliis prædes agere, veſci carnibus, ſubuculis linteis uti, pernoctare in cellulis ſive cubiculis peculiaribus.

Hiſt. l. 81. §. 12.

Hic mihi videtur eſſe locus diſcutiendi cauſas ſeu potius obtentus remiſſæ diſciplinæ cœnobiticæ, quorum communiſſimos inter ac ſpecioſiſſimos

fiſſimos eſt naturæ imbecillitas. Corpora jam non ſunt talia, inquiunt, qualia fuere ante annos millenis plures tempore SS. Antonii ac Benedicti: homines jam non vivunt tamdiu; nec pares habent vires. Eſt opinio jam antiquitus impreſſa animis, & quæ in Homero ac Virgilio legitur; ſed nempe mera eſt opinio, non tantum carens fundamento, ſed factis conſtantibus everſa. Ætate Moyſis abhinc annos ter mille ac plures vita humana continebatur annis centum, aut centum viginti; & tamen
Pſal. 89. v. 10 in pſalmo illius nomen præferente redigitur ad ſeptuaginta, vel octoginta annos. Percurre hiſtorias omnes! vix unum ibi hominem, qui intra poſteriora triginta ſecula diutius vixerit, invenies, niſi forte antiquos Monachos: atque ut in Gallia maneamus: intra tredecim monarchiæ ſecula, Regum noſtrorum nullus tamdiu vixit, ut hodierni anteceſſor proximus.

Igitur deponenda eſt hæc opinio popularis, quæ tantam diſciplinæ remiſſio-

missionem non solum inter Religiosos, sed in totam induxit Ecclesiam. Hoc ex errore profluxit libertas quatuor aut quinque horis anticipandi cœnam dierum jejunii, eique addendi alteram. Seculo duodecimo Petrus Venerabilis, ut inclinatam Cluniacensium disciplinam excusaret, naturam humanam post ætatem S. Benedicti debilitatam esse dicebat: & tamen S. Bernardus eodem tempore testabatur Christianos adhuc omnes jejunii verni diebus sumptionem cibi usque ad vesperum distulisse. Nihilominus ob hanc opinionem falsam cœna translata fuit a vespere in nonam (sive tertiam pomeridianam) ut erat tempore S. Thomæ Aquinatis, & a nona ad meridiem, ut etiamnum est: nec ulla congregatio regularis, quantumvis severa, priscum retinuit morem.

Hist. l. 67. §. 50.

S. Th. 2. 2. q. 147. a. 7.

Religiosæ disciplinæ remissæ causa generalissima est levitas ingenii humani, & raritas hominum in susceptis consiliis constanter manentium. Ea naturæ mobilitas ut comprimeretur,

tam ſapienter introducta ſunt vota, in quibus cardo regularium inſtitutorum vertitur. Ne autem vota hæc eſſent temeraria, pari ſapientia præſcripta erant rigida experimenta. Tantum aberat, ut antiqui ad vitam religioſam homines profanos allicerent (quod non licitum modo, ſed dignum cœlo credidit ætas ultima) ut etiam omnes adhiberent modos idoneos deterrendis iis, quibus hunc vitæ gradum non aſſignaſſet Deus: & S. Benedictus illud diſerte præcipit. Nempe haud opus eſt dari Religioſos in Eccleſia: ſed quando dantur, debent tendere ad perfectionem: nec eis licet amplius eſſe Chriſtianos mediocres. Beatus Guigo Carthuſianus merito ajebat: Cum arcta ſit via, quæ ad vitam ducit, & pauci eam inveniant: Ordo religioſus, qui recipit pauciſſimos, eſt optimus, ac ſublimiſſimus: & qui plurimos admittit, eſt minime omnium æſtimabilis.

S. Th. 2. 2. q. 189. art. 9. Caſſ. l. 4. Inſtit. c. 3.

Reg. c. 58.

c. 80. n. 12.

Hiſt. l. 67. §. 58.

Itaque Monachus in obſervanda regula ſua remiſſus ſecum ipſe perpetuo pugnat. Spopondit Deo vi-

tam

tam in ſolitudine, ac ſilentio ducendam: & quærit ſocietates atque colloquia: res novas ſcitatur, & ſpargit ipſe. Promiſit fore, ut accuratam coleret paupertatem, ac intra neceſſaria ſe contineret: gaudet tamen habere ſe privatim librum aliquem, modicam ſupellectilem quandam, nonnihil pecuniæ, cubiculum aliis elegantius & commodius. Intereſt rei divinæ, ſed occaſiones ſubducendi ſe amat: vel illam celeriter conficit, quaſi poſtea geſturus negotium majoris ponderis. Omitto diſciplinæ laxamenta magis ſubjecta ſenſibus: taceo de Religioſis, qui ſuam veſtem, ſuumque inſtitutum erubeſcere videntur, ac ſe obtegunt, ut, quam poſſunt, proxime accedant ad ſpeciem hominum profanorum; & qui ſe faciunt lepidos ac facetos menſarum atque itinerum ſocios, ſeque curant quæri ad condicendum locum ac tempus oblectationum.

Alii magis ſerii dexteritate quadam ſingulari pollere cupiunt: hic novit arcana toti facultati medicæ in-

cognita: ille excellit in mathematicis, in architectura, vel alia in arte, ob quam expetitur: tertius scit tractare negotia tum publica, tum privata; nec familiis solum, sed civitatibus etiam regendis par est, aut esse videtur sibi. Hos omnes pono in numero illorum, qui retro respiciunt, postquam ad aratrum manum miserunt suam. Cur enim res terrenas reliquerunt, eoque postea per tot portas redeunt? Nihil præterquam obliviſci hominum profanorum, & iis prorsus esse in oblivione vult verus Monachus, ac secundum proportionem quivis alius Religiosus.

Luc. 9. v. 62.

S. Thom. Introd. S. Fr. S.

Inter disciplinæ remissæ causas refero relaxationes animi postremis temporibus introductas: etenim nec Benedictina, nec alia ulla, quam sciam, regula vetus de illis vel unico verbo meminit. Hic mos videtur niti sententia quorundam Theologorum recentium, qui post applicationem ingenii colloquium liberum ac hilare, instar quietis post laborem corporis, esse levamen necessarium credidere;

didere; usumque bonum illius relaxationis appellarunt virtutem, nominatim Eutrapeliam. Sed non viderunt hanc virtutem commentitiam ex Aristotele depromptam a S. Paulo inter vitia poni sub eodem nomine Eutrapeliæ. Fallebantur scilicet, cum ignari linguæ Græcæ in Latina interpretatione D. Pauli tantum conspicerent vocem *scurrilitas*, quam ipsi quoque vitiorum nominibus annumerarunt: sic idem S. Pauli vocabulum Latine vitium, Græce virtutem significat. En relaxationum animi fontem, si bene conjicio. S. Th.

Reapse abest a vero, colloquium esse opus, ut nos ab applicatione ingenii recolligamus. Plus eo confert motus corporis, veluti ambulatio, vel moderatus labor aliquis: quia talis commotio collectos & agitatos in cerebro spiritus animales in remotas partes avertit. Contra vero colloquium continuat, ac sæpe auget hanc spirituum agitationem: ut silentio præteream tentationes, quibus exponit, amaros sales, obtrectationes, teme-

temeraria judicia de rebus Eccleſiæ aut regni: nam ex publicis rerum novarum commentariis ſæpe capiuntur argumenta recreandi animos. Provoco ad experientiam, & oro Regulares, ut cogitent, quænam ſit conſuetiſſima materia ſuarum confeſſionum tam frequentium.

Metuo quoque, ne corporis afflictationes poſtremis ſeculis tam uſitatæ dederint anſam remittendæ diſciplinæ. Nec enim certa ſunt virtutis indicia: ſine demiſſione, ſine charitate poſſumus ire nudis pedibus, geſtare cilicium, ac tergum flagellis cædere. Amor ſui, qui corrumpit omnia, infirmæ mentis homini perſuadere poteſt, ipſum eſſe ſanctum hæc exteriora pietatis genera exercendo: atque ut rependat ea, quæ inde ſuffert, forſan tentabitur ad petendum aliunde levamen aliquod vel oblectamentum licitum. Sunt demum, qui putent ſe poſſe compenſationem quandam facere, ut ille Italus, qui rogatus, quid ageret, reponebat: Nonnihil boni, tantundem mali:

mali: nobis veniam dabit misericors Deus. Aliter divinus codex loquitur: *Declina a malo*, inquit, *& fac bonum!* nos jubet absistere a peccando, antequam faciamus bona opera, si hæc nobis esse utilia velimus. Denique veterum Ægypti Monachorum ratio vivendi sibi constanter similis mihi pluris est quam vita Religiosi discalceati, qui, postquam flagris castigavit corpus, magno convivio lætus assidet, ibique festivo ingenio nitere studet. *Ps.* 33.

§. XIII.

Exemptiones.

Ex præcipuis religiosæ disciplinæ remissæ causis una fuerunt sine dubio exemptiones: ut S. Bernardus optime notaverat. Legisti, quid de his dicat, in duobus præsertim locis, scilicet in sua ad Henricum Archiepiscopum Senonensem epistola de officiis Episcoporum; & in suo ad Papam Eugenium libro de Consideratione: in illa de Abbatibus & Mona- *Opusc.* 2. *c.* 35. *Hist. l.* 67. §. 57. *c.* 4. *Hist. l.* 69. §. 57.

Monachis exemptiones obtinentibus, in hoc de Papis eas concedentibus conqueritur. Quin eo usque procedit, ut dubitet, an Papa earum potestatem habeat: cujus fundamentum revera vix cerno nisi, quam decretales falsæ præbuerunt, opinionem confusam, Papam posse omnia. Sed incommoda exemptionum sub sensum cadunt. Non habent superiorem, qui tam remotum habent & tam occupatum rebus majoris ponderis: sic offertur occasio spernendi Episcopos atque Clerum eis obnoxium: sic fit discordia in Ecclesia, dum formatur hierarchia singularis. Vide controversiam tempore concilii Viennensis hac de materia motam inter Ægidium Romanum Bituricensem Archiepiscopum exemptiones Monachorum impugnantem, & Abbatem Challiacensem eas tuentem.

Hist. l. 91. §. 53.

At hic Abbas strenue oppugnabat exemptiones Mendicantium Clero seculari odiosissimas propterea, quod hi Fratres ex suis privilegiis fa-

ctita-

ctitarent plerasque functiones ecclesiasticas: quibus se tunc Monachi parum immiscebant. Et vero Fratres Mendicantes erant ii, qui Papæ authoritatem nimium quantum protendebant. Inspice, quæ attuli, excerpta ex Augustino Trionfo Augustiniano, & ex Alvaro Pelagio Ordinis Minorum. Papæ potestatem extollendo nimium faciebant exosam, dum contendebant, illum non modo dignitate præstare cunctis Regibus, verum etiam reipsa posse erigere, transferre, aut supprimere regna & imperia, instituere, corrigere, vel exauthorare summos Principes; ita, ut ex illorum systemate unicum in orbe toto daretur supremum caput, quod potestatem sacram per se ipsum & Clericos, quibus partem ejus aliquam committeret, profanam vero per laicos exerceret, in quos eam deonerare vellet. Hoc non est Evangelii systema, nec dogma primis a seculis ad nos transmissum.

Hist. l. 93. §. 43.

l. 94. § 25.

Nova

Nova Regularium exemptorum hierarchia moleſtos habuit effectus & in corpore ſuo, & in tota Eccleſia. Intus occupabat illos magnopere ſuorum regimen, celebratio comitiorum generalium partim, partim provincialium, electio Præſidum, ac reliquorum, qui gererent munera. Religioſi facti ſunt ſagaces in rebus adminiſtrandis, attentiores ad negotia Ordinis, vel congregationis, quam ad privatam perfectionem ſuam, & ſalutem proximi, ſi ad hanc promovendam vocati ſunt. Conflant conſpirationes, ut acquirant officia, huc provehant, vel excludant inde alios: dant operam, ut tranſeant aliud ad cœnobium, ac ſequantur Præſidem amicum ſibi, aut evitent ingratum: quæ omnia labefactant ſolitudinem, ſilentium, & animi tranquillitatem, vitæ regularis cardinem. His tentationibus potiſſimum expoſiti ſunt Fratres Mendicantes, & cæteri, qui ſæpe alios accipiunt Præſides, nec fixam habent ſedem: nihil ſtabilitate priſcorum ſapientibus. Qui amant muta-

mutationem, actionemque, inter homines profanos maneant!

Animi demissionem minuit discrimen inter Fratres. Ordinis Præpositus Generalis se suspicit quasi Præsulem quendam ac Dominum: & aliqui hos sibi titulos, iisque consentaneum rerum apparatum asciscunt. Præses Provincialis se putat propemodum dominari in totum provinciæ suæ populum; & nonnullis in Ordinibus finito tempore suo servat titulum *Exprovincialis*. In electionum intervallis propinqua comitia agitant animos: sunt, qui clandestina consilia fœderaque ineant pro se vel pro aliis, interdum vero ducti studio curandi emolumentum Ordinis, exactamque sacrarum legum observationem; sæpe per amorem sui, aut naturalem inquietudinem pii fervoris nomine tectam: & hæc inquies est filia desidiæ.

Posteaquam labor manuum in contemptum & oblivionem venerat, Regulares dotati plerique pigritiæ atque crapulæ se dederunt præsertim

frigidis in regionibus. Mendicantes, maxime in terris, ubi acriora & novarum cupidiora rerum ſunt ingenia, ſecuti ſunt ſtudia curioſa, argutias & ſubtilitates Theologiæ ſcholaſticæ, vel occultas artes & aſtutias politiæ monaſticæ, de qua loquor. Ordini religioſo nomen datur amplificandæ fortunæ gratia. In Italia, exempli cauſa, Dominicanus quidam litteris operam impendit ſuam, ſperans ſe futurum eſſe Romæ Theologum Cardinalis cujuspiam, Conſultorem in congregatione aliqua, Inquiſitorem, Epiſcopum, Nuncium, ac denique Cardinalem: vel ſi ſuum intra Ordinem ſe continet, concipit ſpem ibi gradatim aſcendendi ad dignitates primarias: atque is dicitur magnum habere animum & induſtriam.

Diſciplinæ remiſſio generalis produxit mitigationes ſeu per ſolam tolerantiam, ſeu per claras conſtitutiones datas duritiæ mentium, & importunitati Regularium, ac ex parte maxima fundatas in credita infirmatione naturæ: quem obtentum ſatis con-

confutaſſe me arbitror, ac demonſtraſſe, non corpora ſed animos eſſe fractos. Imperfecti Religioſi credebantur eſſe pluris, quam plerique homines profani: & qui amplexi ſunt regulam mitigatam, plerumque ſatis habent non infra eam cadere. Hæc non eſt mens Evangelii, Chriſtus ad omnes diſcipulos ſuos, ſcilicet cunctos ad Chriſtianos inquit: *Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt:* Ac iterum: *Contendite intrare per anguſtam portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt.*

Matth. 5. v. 48.

Luc. 13. v. 24

Ajo proinde, cum quilibet Chriſtianus tendere ad perfectionem pro ratione ſtatus ſui debeat, ſatius eſſe inter homines profanos manere, ac paſſus quotidie aliquos ad perfectionem facere, quam intra perfugium monaſticum & ſub veſte religioſa conſidere in otio, quaſi nuncupatio votorum ſalutem jam certam reddidiſſet. Hos Regulares tepidos, &, quod ad perfectionem attinet, indifferentes vix pluris facio, quam mor-

tuos amictu religioso indutos per pietatem Hispanicam. Regulam profiteri, & imperfecte solummodo observare est quædam assimulatæ virtutis species; est quærere honorem vitæ supra communem probæ, sed nolle onera ejus perferre, quod illius dignitatem efficit. Dum perfectionem status sui extollebant Regulares, ad perfectionem veram eniti omittebant: putabant, ut videtur, se hanc cum veste sua induisse. Hac opinione ducti spernebant cunctos a legibus religiosis liberos, etiam Sacerdotes ac Episcopos, quibus carere se posse credebant extra consecrationis ceremoniam.

§. XIV.

Infirmatio Theologiæ Moralis.

Regularium tepor sine dubio multum nocuit Christianis omnibus. Homines profani ajebant: Si hanc & hanc rem sibi permittunt ii, qui præbere perfectionis exempla debent, nobis plus indulgere possumus: si non malam judicant istam, & istam actio-

actionem, haud oportet nos esse scrupulosiores. Eodem ex fonte manasse censeo infirmationem Theologiæ Moralis per quatuor aut quinque secula factam. Qui postremis his seculis de moribus scripserunt, plerique erant Religiosi, & Mendicantes quidem, qui fere soli possessionem litterarum tenebant, ac pœnitentiam administrabant. Mendicitas vero magnopere obstat severitati & constantiæ adversus Mecænates suos.

Præterea hi Theologi Morales de vetere disciplina pœnitentiæ nihil noverant nisi modicum illud, quod cernitur in decreto Gratiani: nec enim altius rem repetebant, ut patet ex scriptorum locis, quos proferunt. Nec antiquos de pœnitentia canones, nec varios ejusdem gradus sciebant, nec solidas rationes, ob quas hi erant positi. Sic regnare peccata præter mentem sinebant suam excusando pleraque, & absolutionem ab illis reddendo facilem. Tollit peccatum, saltem in opinione hominum, quisquis hos docet id, quod pro delicto habe-

bant, non esse noxam: hoc Theologi hodierni voluerunt facere per suas distinctiones ac subtilitates scholasticas, præsertim per doctrinam de probabilitate.

Peccatis, quæ nequeunt excusari, mederi se putant facili absolutione, quam nunquam denegant, ac ne differunt quidem, quotiescunque iterentur lapsus. Ita voti damnatur homo vitiis coopertus, & agit, quod vult, postquam audiit se revera peccare, sed remedium esse facile; ac se posse peccare quotidie, si quotidie confiteatur. Sed hæc absolvendi facilitas videtur necessaria in terris Inquisitioni obnoxiis; ubi flagitiis assuetus homo, qui se non vult corrigere, Paschatis tamen tempore officio suo deesse non audet, ut ne denuncietur cœtu piorum motus, post anni spatium suspectus de hæresi declaretur, & tanquam talis exagitetur in judicio. Et vero iisdem in regionibus vivebant illi Theologi, qui morum habenas maxime remittebant.

Hæc

Hæc absolutionum facilitas quodammodo in nihilum redigit peccatum: quia ejus horrorem abolet, facitque, ut id habeatur pro malo non communi tantum, sed etiam inevitabili. Quis timeret febrim, si hanc depelleret exhaustum vitrum aquæ? Quam crebra essent furta vel homicidia, si pro eis satisfieret per lavationem manuum! Confessio est propemodum æque facilis, si sufficit Sacerdoti verbum in aurem dicere; si nec dilatio absolutionis, nec satisfactio ardua, nec occasionis vitandæ necessitas metui debet. At sine sensu a proposito digredior.

§. XV.

Nova pietatis genera.

Adjungam tamen etiam nova quædam pietatis genera per quosdam Religiosos introducta feciſſe ad minuendum horrorem peccati, ac negligendam morum emendationem. Gestare Mariani mancipatus tesseram scapularem, quotidie SS. Virginem salutando sacram coronam absolvere,

aut aliquam precationem celebrem dicere poteſt, qui non ignoſcit inimico ſuo, non reſtituit bonum male acquiſitum, non abdicat concubinam: en pietatis genera populo chara, ſed mores non corrigentia. Et tamen quia ea exercent, ſe pluris æſtimant quam alium, qui hæc omittit, blandiunturque ſibi ob eadem bonam ſperando mortem: nec enim ad frugem redeunt, quamdiu ætate florent, & commoda utuntur valetudine: res nimis magno conſtaret. Unde fit etiam, ut auguſtiſſimam Euchariſtiam externa pietate colant, ac expoſitam adorare, comitarique in ſupplicatione publica, quam decenter ſuſcipere malint.

Sublato labore manuum Regulares ſummopere extulerunt mentis precationem; quæ profecto eſt anima religionis Chriſtianæ: cum ſit verum exercitium præſcriptæ ipſo a Chriſto adorationis *in ſpiritu & veritate.* Sed facile fit abuſus ejus: atque in hoc præcipue conſiſtebat Maſſalianorum hæreſis quarto ſecu-

Joan. 4. v. 23.

lo

lo damnata: quibus Catholici maxime exprobrabant contemptum laboris, ac mendicitatis. Ultimorum temporum Fratricelli illis erant simillimi: & ipsi Catholici precationem mentis multis erroribus prætexuerunt. Quando inter precandum storeas semper ac fiscinas conficiebat Monachus Ægyptius, patebat satis eum non perdere suum tempus: at solus cognoscit Deus, ad quid hoc impendat ille, qui per horam unam vel duas genibus innitens, brachiis inter se commissis effingit crucem. *Hist. l.* 19. §. 25.

Porro hæc pietas otiosa, ideoque ambigua per quingentos circiter annos fuit communissima, præsertim fœminis natura pigrioribus, acrioremque habentibus phantasiam. Hinc factum, ut vitæ Sanctarum his postremis seculis celebrium, S. Birgittæ, S. Catharinæ Senensis, B. Angelæ Fulginiatæ solas fere cogitationes ac sermones ipsarum contineant sine ullo facto memorabili. Hæ Sanctæ sine dubio multum temporis insumebant in animi sensus intimos

aperiendos conſcientiæ Moderatoribus: qui favore in filias, quarum virtutem noverant, præoccupati facile cogitationes earum pro arcanis divinitus cognitis, &, quæ iis extraordinaria contigerant, pro miraculis accipiebant.

Moderatores illi Theologiæ ſcholaſticæ tunc regnantis methodum ac ſubtilitates, quibus eruditi fuerant, applicabant ad mentis precationem; ex qua artem longam & difficilem faciebant, volebantque diverſos ſtatus precationis, & gradus progreſſionis ad perfectionem Chriſtianam accurate diſtinguere. Et quia diuturnus mos ferebat quoslibet divini codicis locos in ſenſus figuratos, cum litterarius neſciretur, avertere: hi Doctores inveniebant ibi, quæ cupiebant, omnia: ſic formata eſt Theologia myſtica, quam videmus in ſcriptis Rusbrœchii, Tauleri, authorumque ſimilium. Affectando argutias ſæpe adhibebant duras eloquendi rationes; & proferebant paradoxa, quibus ægre dabatur ſenſus ſanus:

nus : illa, quæ Ecardus Dominicanus propoſuit, Papa Joannes XXII condemnavit. *Hiſt. l. 93. §. 59.*

Hæc immoderatio protenſa longius ineunte eodem ſeculo produxerat errores Beguardorum ac Beguliorum in concilio Viennenſi damnatos : nec abs re dixerim, dæmonem cunctis temporibus eadem arte fuiſſe uſum, ut homines ſub obtentu altiſſimæ perfectionis in vitia craſſisſima & probroſiſſima immergeret. Talis ſecundo ſeculo erat Carpocras cum falſis ſuis Gnoſticis : & talis noſtra ætate fuit Molinius cum Quietiſtis ſuis. Alius tantæ immoderationis effectus eſt ſuperſtitio fanatica; qualis decimo quarto ſeculo tenuit Gregorium Palamantem & Monachos Græcos montis Athonis ; nulla ibi mollities, ſed ſuperbia, & pertinacia cernitur inſuperabilis. *L. 91. §. 58.* *l. 3. c. 20.* *l. 95. §. 9.*

Redeamus igitur ad adorationem in ſpiritu & veritate, ſcilicet ad precationem ſimplicem ac ſolidam, qualem videmus in Eccleſiæ temporibus

bus primis, verſantem, & fundatam in veritatibus fidei, ac litteris divinis, non in opinionibus ſcholæ, hiſtoriis fabuloſis, aut expreſſis rerum imagi-

Hiſt. l. 86. §. 3 nibus, quales ſanctus Bonaventura exhibuit; precationem denique conſiſtentem potius in affectibus animi,

Epiſt. ad Prob. quam in cogitationibus, ut ait S. Auguſtinus, ac recta tendentem eo, ut nos reddat meliores.

Dicamus etiam verbum de precatione publica, quæ ante aliquot ſecula facta eſt præcipua Religioſorum occupatio. Petamus a Deo, ut hæc ſit precatio vera; ut cantum ac externas ceremonias ſuſtentet & animet ſincera pietas; ut poſſimus

1. Cor. 14. 15. cum S. Paulo dicere: *Pſallam ſpiritu, pſallam & mente*; ſcilicet ut naturalem actionem animæ motus gratiæ comitetur: alioqui cantus eſt mera functio pectoris, & ſonus ſimilis ſono organi pneumatici, cæterorumque inſtrumentorum muſices inanimatorum, nec amplius eſt precatio. Ut ſit precatio ſeria, obſervanda potius verba ſunt, quam notæ muſicæ: diſcen-

ſcendus ſedulo ſenſus litterarius pſalmorum, ac reliquarum divini officii partium, ut intelligantur ſaltem, quæ dicuntur.


Debemus, quantum poſſumus, cavere, ne hæreticis relinquamus obtentum aliquem, ſub quo fingerent pietatem eſſe novum inventum Monachorum utilitatis cauſa, vel ex aliis incitamentis humanis introductum. Igitur usque ad prima Eccleſiæ ſecula redeundum eſt, atque conſideranda vita, quam S. Clemens Alexandrinus in ſuo Pædagogo Chriſtianis omnibus propoſuit, ac perfecti (Gnoſticum vocat) Chriſtiani imago, quam in Stromatibus pinxit ſuis: fecit autem utrumque opus, antequam darentur Monachi. Ibi cernimus veram pietatem non eſſe aſtum poſtremorum temporum, ſed uſum doctrinæ ab Apoſtolis traditæ, ac perquam fideliter tranſmiſſæ ad poſteros. Ibi videmus pietatem fervidam, nobilem, ſolidam, & maxime diverſam a minutiis, quæ abeunt in ſuperſtitionem; pieta-

Hiſt. l. 4. §. 37. 41.

pietatem denique iis ſolis propriam, qui ſerio volunt fieri meliores.

Hic finio meas conſiderationes ſtatus Regularium: & cum ſatis videam rem eſſe triſtem eos relinqui in diſciplinæ remiſſione ſub initium ſeculi quinti decimi regnante; ſignifico Lectori, per ſequentia tria ſecula plerosque Ordines e diſciplina ſolutiore ad veterem ſanctimoniam revocatos eſſe, ac præbere nobis exempla optima.

HISTO-



HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

LIBER XCVI.

CLEMENS VI, TUM INNOCENTIUS VI, DEIN URBANUS V SUMMI PONTIFICES.
CAROLUS IV OCCIDENTIS, JOANNES PALÆOLOGUS, JOANNES, AC MATTHÆUS CANTACUZENI ORIENTIS IMPERATORES.

§. I.

Palamitarum concilium Constantinopolitanum.

Imperator Joannes Cantacuzenus per quadriennium promittebat convocationem concilii generalis ad sedandas Saecul. XIV. A.C. 1351.

Eccle-

Sæcul. XIV. A. C. 1351.

Eccleſiæ turbas præſertim in Græcia per Gregorium Palamantem excitatas. At, quia Conſtantinopolitano Imperio ſola reſtabat Thracia, hujus tantum provinciæ Epiſcopos, ac ne illos quidem omnes accerſiit, ſed ſtudentes Palamanti, ex maxima parte agreſtes & indoctos Monachos. Nicephorus Gregoras Imperatorem a propoſito congregandi concilii dimovere fruſtra conatus, cum pro tuenda religione ſe cuivis periculo exponere ſtatuiſſet, monaſticam veſtem induit, ut ſe de aula decedere monſtraret. Poſtquam venerat concilii dies (quæ fuit vigeſima ſeptima Maji anno 1351) bene mane multi catholici Gregoram adibant: plerique horum a longo tempore vitam ducebant monaſticam: quidam ſenio confecti erant: cuncti flagrabant ſtudio propugnandæ veritatis.

Niceph. Greg. l. 18. c. 3. Cantacuz. l. 4. c. 23.

Greg. c. 4.

c. 5.

Eminebant inter eos Metropolita Epheſinus amplius octoginta annos natus, ſed adhuc vegetus corpore animoque; & Archiepiſcopus Ganenſis venerabilis pariter ſenex, at pridem de ſede depulſus ſua. Epiſcopus Tyrius tenebat manu decreta contra Palamantis errorem quondam a Patriarcha Antiocheno facta, cujus mentem viva voce exponendam ſuſceperat. Aderant Gregoræ ſectatores, horumque diſcipuli, & alii plures, quos nunquam viderat. Numerum augebant ii, qui

qui ad palatium euntibus se adjungebant. Sæcul.XIV. A.C.1351.

Hoc dum intrant sub octavam horam matutinam, accurrunt cum fascibus virgarum ac securibus lictores; in vestibulo illos a progressu arcent; Imperatorem esse impeditum asserunt. Nempe sedebat ad mensam cum Palamitis, quos ad lautum adhibebat convivium. Meridies erat, cum Gregoras & comites ejus admissi sunt in exedram Alexinam, ubi jam consederant Palamitæ; ac Evangelium in medio positum fuerat. Quod veneratus Imperator sedem capiebat, & capere jubebat catholicos: tum habebat sermonem; cui juramenta immiscens, sibi, suisque liberis male precabatur, uni si parti magis quam alteri faveret. Declamabat acriter in Barlaamum, Acyndinum, cæterosque Palamantis adversarios: ac severiorem, quam hactenus fuisset, se fore minitans, vel eis in Barlaami damnatione acquiescendum, vel una cum ipso condemnandos esse contendebat. c. 6.

Deinde Gregoras conversus ad Imperatorem multa faciebat verba, dicebatque inter alia: Palamas assidue nomen Barlaami adhibet, quasi hic esset causa erroris, quem ille defendit; eoque artificio, ut simplicibus imponat, utitur, gnarus Barlaamum ob Latinorum religio-

Sæcul. XIV. A. C. 1351.

nem in odium Græcorum omnium incurriſſe. Verum Palamas hoc errore captus, antequam Barlaamus Conſtantinopolim veniret, coram me multisque aliis affirmavit, divinam naturam per oculos corporis a ſe ſpectari: & idem aſſeruit Magiſter ejus Gregorius Drimys. Ambobus ſuam inſulſitatem ac inſcitiam per ſacras litteras, prout per tempus licuit, demonſtrando pudorem incuſſi. Cum exinde Barlaamus a patria ſua Calabria, ut inter Græcos ageret, adveniſſet, cognitus & ob eruditionem ſuam acceptus magnis Principibus fuit præſertim tibi. Haud multo poſt per publicum rumorem late jam ſparſum comperi, Barlaamum inventis Theſſalonicæ quibusdam Palamantis ſermonibus improbaſſe, quod is aperte ſcripſiſſet naturam divinam per corporis oculos a ſe conſpici. His perpenſis quomodo poteſt uti nomine Barlaami, qui, cum viveret, ejus amicus erat, & poſt mortem factus eſt inimicus: ego autem huic extero vivo & mortuo nunquam non palam ſum adverſatus. Cæterum Palamantis abſolvendi ratio non eſt, quod accuſatus a Latino fuerit. Non ideo, quod Latini ſint, alieni ab eis ſumus, ſed ob certas objectationes; quibus remotis cæterarum rerum omnium communionem cum illis habere haud recuſaremus.

ſupra.

p. 589. *n.* 29.

n. 31.

Tum

Tum Gregoras insistebat Palamantis damnationi per Patriarcham Joannem factæ. Hortabatur Imperatorem, ut Ecclesiæ pacem redderet ad ignem condemnando Palamantis librum obscurissimum pro stylo hæreticorum errores suos permagna cura tegentium: cum e contrario veritas esset simplex ac perceptu facilis. Longam orationem suam finiebat spondendo fore, ut explicaret se fusius, cum plus libertatis haberet. Palamantis, addebat, est optio vel amplexandi nobiscum simplicitatem fidei, vel pacate ferendi nostram sui fugam. Nec enim Ecclesiæ mos est vel iis, qui, ut ipse, nolunt veram religionem sequi, vel illis, qui eam nobiscum colunt, ullam inferre violentiam: is agendi modus foret tyrannicus.

Sæcul. XIV. A. C. 1351.

n. 35 supra. n. 29. 40.

n. 52.

Imperator hoc sermone graviter offensus, tria Gregoræ exprobrabat; quod quæstionem averteret, callide vitans mentionem de lumine Thaboris; quod materias theologicas tractari nollet; denique, quod pervicacia inflexibili obfirmasset animum. Gregoras potissimum objectationi de lumine Thaboris, quæ reapse disputationis caput erat, se obvertens, Hæc quæstio, inquiebat, cui Palamas insistit, nunquam agitari debuit; nec is affert ullam Patrum authoritatem, qua suam opinionem fulciat. A lon-

c. 2.

c. 3.

Sæcul. XIV. A.C 1351.

go tempore versatur in errore Iconoclastarum perhibentium, transformati Domini Nostri carnem fuisse mutatam in
n. 4. lumen corruptionis expers, & in divinitatem increatam. Sed quid est hoc lumen? Estne substantia, & res per se ipsam subsistens? vel qualitas incorporea, reique alteri adhærens? Si est substantia, num Angelica est, aut Divina? Si Divina est, quomodo mutata fuit in divinitatem?

Gregoras, vel potius Author, quem laudat, excurrit in hanc, quam audivimus, ratiocinationem. At neuter videtur satis distinxisse substantiam corpoream a spirituali, quarum altera in alteram mutari nunquam potest. Palamantem Gregoras multo brevius refutasset dicendo, lumen Thaboris non fuisse minus corporeum & creatum, quam lumen solis; atque hoc in miraculo solum lucis producendæ modum excessisse naturæ vim & ordinem. Nihil ad ista solidum reponere Palamas potuisset.

L. 20. c. 1. Alterum ad punctum Gregoras respondit in hanc sententiam: Secundum canones debemus de rebus divinis timide loqui: neque cuivis licet de iis differere: atque certa est inhibitio, ne patrum nostrorum leges examinemus curiosius, ac limites ab illis in Ecclesia positos concutiamus. Hanc in rem multa Patrum testimo-

teſtimonia attulit: ac perrecturus erat: cum Imperator eum interpellavit, qui, poſtquam proluſerat aliquamdiu, hanc materiam Palamanti reliquit pertractandam. Is, quid opponeret, ignarus rediit ad punctum, quod libentiſſime agitabat. Quando in Patribus lego, ajebat, lumen Salvatoris fuiſſe increatum, aliamque divinitatem, & operationem aliam a natura Dei; nequeo inducere animum, ut dicam operationem & naturam Dei eſſe rem eandem: ac pro increatis habeo cuncta hujus operationis miracula, etiam Balaami aſinæ vocem humanæ ſimilem. Prima concilii ſeſſio ſub noctem denique finita, & proxima in diem tertiam dilatata fuit. Cum ſuam quisque domum ſe reciperet, Palamitas execrationibus onerabat populus, ac ejus adverſarios laudibus cumulabat: ut refert Gregoras. Sed contra Palamantem & Cantacuzenum tam impotenti exardet animo, ut fidem magnam non faciat.

Secunda Seſſio habebatur præfixa die 30 Maji. Gregoram nolentem eo trahebant ſectatores ſui: at cum intraſſent locum, minis Imperatoris territi paulatim ſe ſubmovebant. Detinere primum homines volebat Imperator; ſed Palamantis ſuaſu diſcedere ſinebat. Abeuntes igitur ſequente Gregora, Palamitæ veluti victores, quod libebat, egerunt.

Sæcul. XIV. A C. 1351.

c. 2.

n. 4.

c. 3. n. 5.

c. 4. n. 4.

c. 6. 7.

Sæcul. XIV. A. C. 1351.

Sic finis impositus alteri sessioni. Tertiam octavo vel nono Junii Catholici ordiebantur a sua professione fidei: tum legebant viginti puncta e libris Palamantis excerpta, ac errores hujus continentia. Cœpta sunt discuti: sed postquam tria inspecta & damnata erant, interveniens nox sessioni finem attulit. In quarta & ultima continuatum fuit examen viginti punctorum: & Palamas, ut doctrinæ suæ authoritatem tribueret, curavit legi aliquos Patrum locos, sed maxima ex parte corruptos; vel a vero sensu detortos. Denique Palamantis doctrina per sententiam concilii approbata, imperatum catholicis silentium, duo Episcopi Ephesinus & Ganensis exauthorati, & dignitatis suæ insignibus exuti. Longa erat hæc sessio, nec nisi post accensa funalia finem habuit etsi adulto tunc Junio. Post aliquot dies Gregoras domi suæ velut in carcere manere jussus.

Lib. 21. c. 1.

c. 3.

n. 10.

c. 4.

§. II.

Concilii consecutiones.

Palamitæ composuerunt librum, quo decretum hujus concilii proponebant: sed hoc scriptum nec actis, nec judiciis veterum conciliorum est simile. Est longa declaratio continens amplissimos locos communes, laudes Cantacuzeni, Pala-

Combef. auct. noviss. p. 135.

Palamantis, & Patriarchæ Calliſti, mul- Sæcul. XIV.
taque convicia in Barlaamum, Acyndi- A.C. 1351.
num, & Gregoram; omnia ſtylo a moderatione alieniſſimo, ac verbis innumeris redundante, ſed ſine factis ſpeciatim expoſitis, quin etiam ſine aſcripta die. Palamas, qui hujus ſcripti eſſe author videtur, ibi ſuam opinionem de lumine Thaboris probare ſtudet per plures Patrum Græcorum locos, ſed a vero ſenſu deflexos: & omnes ejus ratiocinationes ſpectant ad potentiæ divinæ miracula cum operatione, quæ horum cauſa eſt, confundenda, & ad hanc operationem a divina natura reapſe diſtinguendam, veluti divinæ Perſonæ inter ſe diſtinctæ ſunt. Liber iſte meminit de ſeſſione *p. 146. D.* quinta poſt quatuor a Gregora memoratas habita: quæ ſine dubio ſolorum Palamitarum fuit, cæteris quaſi ex Juris forma damnatis portam reditus ad doctrinam ſanam aperire, ut ajebant, cogitantium. Hac in ſeſſione lectis iterum permultis Patrum locis, cum Tabularii Cuſtos juſſu Imperatoris rogaſſet ſenten- *p. 167. A.* tias, prioris ſeſſionis judicium eſt confirmatum. Librum in fine ſubſignarunt primum duo Imperatores Joannes Cantacuzenus, & Joannes Palæologus; dein- *p. 170.* de viginti quatuor Epiſcopi: quorum primores erant Calliſtus Patriarcha Conſtantinopolitanus, Philotheus Heracleenſis,

Sæcul. XIV. A. C. 1351

sis, Metropolita Callisti successor in patriarchatu, & Gregorius Metropolita Thessalonicensis, nempe Palamas. Cuncti titulos vanos & ambitiosos ex more temporis sibi adscribebant; ut: humilis Jacobus Chalcedonensis Metropolita venerabilissimus, ac totius Bithyniæ Exarchus.

Greg. l. 21. c. 6. not. p. 798.

Post duos circiter menses Palamitæ Cantacuzeno persuaserunt, ut librum quodammodo consecraret per ceremoniam novam ac extraordinariam. Die assumptæ in cœlum Virgini sacro 15 Aug. in templo S. Sophiæ hora octava post officium matutinum liber solenniter legebatur coram Patriarcha, Episcopis, Sacerdotibus, omni Clero, Magistratibus, & maxima parte populi: tum Imperator suo indutus ornatu in ara suis manibus posuit duo volumina complexa tres libros, scilicet duos contra Barlaamum & Acyndinum, atque hunc postremum, quem numerabant tertium.

§. III.

Epistola Papæ ad Patriarcham Armeniæ.

Sup. lib. 95. §. 34.

Anno 1346 Papa Clemens ad Patriarcham Armeniæ duos Legatos miserat, Antonium Cajetæ Antistitem, ac Joannem electum Præsulem Coronensem, post-

postmodo Archiepiscopum Pisanum. Antonio in itinere vita functo, hic Catholici seu Patriarchæ, ac Ecclesiæ Minoris Armeniæ responsa retulit ad Papam: qui Cardinalibus, quibusdam Episcopis, & nonnullis Theologiæ, Jurisque Canonici Doctoribus in consilium adhibitis, Catholico scripsit in hæc verba: Cum ex his responsionibus seu scribæ, seu interpretis culpa non potuerimus satis intelligere, quid multis in punctis tu ac Ecclesia tua credatis: ex te quærenda duximus sequentia. Sæcul. XIV. A. C. 1351. *Rayn.* 1351. n. 2.

Creditisne cunctos in baptismo catholicam nactos fidem, sed postea Romana ab Ecclesia deficientes, si ab hujus fide sejuncti pertinaciter maneant, schismaticos esse ac hæreticos, & Papæ inobsequentem neminem posse salutem consequi? Creditis S. Petrum a Christo accepisse plenam in omnes Christianos jurisdictionem; ex hac pependisse totam potestatem reliquis ab Apostolis certis in provinciis exercitam, & singulos Papas S. Petri successores huic fuisse pares in potestate? An creditis a Papa per eandem posse Christianos omnes proxime judicari, & hoc fine constitui, quales velit, Judices ecclesiasticos? Creditis Papam judicari a Deo solo, nec ab illius sententiis ad ullum Judicem appellari posse? Num creditis Episcopos, n. 3.

Sæcul. XIV. A.C. 1351.

Abbates, cæterosque Clericos a Papa posse transferri ad sedes alias, vel de gradu dejici, si mereantur, ac exaugurari? Creditis Papam a nulla potestate profana, ne regia quidem aut imperatoria, posse instituí, vel corrigi, aut amoveri; eumque solum posse canones generales condere, plenam noxarum veniam concedere, controversias in materia fidei decidere? Hæ quæstiones indicant, qualem tunc Romana curia opinionem de Summi Præsulis authoritate habuerit.

n. 6. Reliqua epistola, quæ longissima est, continet quæstiones de erroribus tum n. 11. 17. Armenorum propriis, tum communibus inter Græcos, sive populos ad Ortum habitantes, & contingentibus statum animarum post mortem hominum, Sacramenta, & speciatim Eucharistiam. Denique Papa conqueritur, quod illi non steterint promissis, Nunciorumque ac Legatorum ipsius monita & documenta n. 18. spreverint. Dabat 29 Sept. 1351. Constantino quoque Armeniæ Regi scribens cupiebat eum curare, ut illa epistola æquas nanciscerétur aures, ac executioni daretur. Significabat simul, ex ærario Apostolico se ipsi mittere sexies mille florenos in Cypro accipiendos.

§. IV.

Sæcul.XIV.
A.C.1357.

§. IV.

Martyres Damaſceni.

Damaſci Prætor Sultani Ægyptii vices gerens, ut Chriſtianos argento emungeret, duo urbis loca incendi curaverat: extinctisque ignibus, Chriſtianos id malum de induſtria dediſſe perhibens, ex magno eorum numero ditiſſimos quæſtioni ſubjecit. Aliqui tormentorum violentiæ ferendæ impares ajebant ſe rem feciſſe, ut Saracenos pellerent: illi, qui ab hoc periculo eximere ſe volebant, Prætori vim pecuniæ donabant; erantque tam multi, ut is magnas inde opes acquireret. Reliquis optionem detulit vel abnegandi fidem Chriſtianam, vel in cruce moriendi. Multis ab illa deſciſcentibus, conſtantes viginti duos crucibus affixos camelis vehi per urbem voluit: quo in ſupplicio triduum vivebant. Religionis deſertori filio monſtrabatur ſuus in cruce parens, aut patri filius; transfugæ inter lacrymas orabant Martyres, ut Mahometis ſectam profitendo crudelem hanc mortem ſubterfugerent. At iſti perſtantes in ſententia abdicabant ſacrilegos; neque propinquos amplius agnoſcebant ſuos. Vultis, inquiebant, nobis adimere bona æternæ vitæ, cui vos nuncium remiſiſtis igna-

M. Vill. l. 2. c. 53.

Sæcul. XIV. A.C. 1351. vo brevis cruciatus metu: sed nobis voluptate ac singularis gratia est posse Dominum Nostrum imitari. Sic obierunt fortiter in oculis Musulmannorum. Sultanus vero re comperta accitum protinus Prætorem per medium corpus discindi jussit.

§. V.

Papæ cum Arragonum Rege pactio.

Petrus Arragoniæ Rex minime placebat Papæ Clementi: ut liquet ex epistola, quam hic illi anno priore scripserat in hunc modum. Tuis in terris opprimuntur Ecclesiæ atque Clerus; & violatur libertas ecclesiastica. Siquis fert rescripta Summæ Sedis ad Judices ecclesiasticos contra laicos tibi subjectos, Ministri tui non eum illis uti, nec hos Judices illa exequi sinunt. Haud ita pridem Bernardus Alayanus Canonicus Valentinus, & noster Nuncius anathema pronunciavit aliasque sententias in laicos tibi subditos, qui contumaciter recusabant ei solvere, quæ debebant ærario Apostolico. Tum vocatum ad te, multisque conviciis tuo indignis gradu obrutum per minas terribiles voluisti compellere, ut sententias revocaret suas: & constanter renuentem districto gladio petiturus eras. Hoc iræ impetu per astantes

Rayn. 1350. *n.* 45.

stantes cohibito, addictum obscuro car- Sæcul.XIV.
ceri non hinc emisisti, nisi ut eum haberes A.C. 1351.
crudelius. Summam in turrim ductum pedibus tenentes tui satellites extrinsecus suspendebant deorsum verso capite, minabanturque præcipitem actum iri spectante ad imam turrem ipsius patre. Ita cogebatur suas recantare sententias. Denique spreviisti censuras, in quas incideras non solvendo censum, quem nobis ob Sardiniam & Corsicam debes. Dabat 26 Nov. 1350.

Has querelas tollendi gratia quidam *Rayn.* 1351.
Cardinales, & aliquot Consiliarii Aulæ *n.* 26.
Arragoniæ conflarunt pactionem, cujus summa hæc erat. Rex promittet, se suis in terris nihil obstaculi positurum libero exercitio jurisdictionis ecclesiasticæ, aut functionibus colligentium pensiones, cæterorumque Papæ ministrorum. Rex declarat iis, quæ Perpiniani contra Bertrandum Alayanum Papæ Collectorem facta essent, non intercurrisse contemptum Summi Antistitis: flagitat sui absolutionem: & quod ad absolvendos Prætores regios spectaret, Papa statueret suo pro arbitrio. Hic permittet, ut Rex pro regni necessitatibus subsidium voluntarium a Præsulibus ac reliquo Clero postulet. Rex stabit pactione per Episcopum Tusculanum confecta de reliquiis census ob Sardiniam debiti. Rex Papæ

suppli-

Sæcul. XIV. A C. 1351.

supplicat, ut ad Ecclesiarum emolumentum, & animarum salutem Præsules in Romana versantes curia remittat, propriisque in sedibus hærere cogat. Precatur etiam, ut sacras dignitates ac beneficia indigenis conferat. Rex Procuratores suos nominabit ad exequendam hanc pactionem: quæ facta est Gerundæ 24 Sept. 1351.

Ind. Arrag. p. 202.

Idem Arragonum Rex Petrus Officiosus Perpiniani commorans 16 Dec. 1350 edicto sanxit, ne deinceps in actis publicis anni numerarentur secundum Hispanicam notam temporis (æram vocant) inde a regimine Gothorum usitatam, & ad imperium Julii Cæsaris triginta octo annis Virgineo partu antiquius redeuntem, ita, ut annus 1350 in Hispania diceretur 1388: sed Christianam epocham introduxit; & cujuslibet anni principium a Natali Domini Nostri duci voluit.

§. VI.

Inquisitio in Francia.

Sup. Lib. 84. §. 15.

Per centum fere annos Inquisitio vigebat in Francia, ubi eam Papa Alexander IV an. 1255 S. Ludovici rogatu instituerat. Dein vero Papa Nicolaus IV in gratiam Caroli Siciliæ Regis ab illa excepit Andegaviam & Cenomaniam huic

huic Principi obnoxias. Posteaquam is ac ejus posteri Siciliæ hæredes hos duos comitatus coronæ rursum Gallicæ conjunctos possidere desierant, Inquisitores e Prædicatorum Ordine dubitant, an his in provinciis functiones suas porro deberent omittere; consulebantque Papam Clementem: qui reposuit: Res plena periculi foret, si hæretici haberent perfugium. Itaque Guilielmo cognomento Equiti Dominicano Theologiæ Doctori, cæterisque per Galliam Inquisitoribus ex eodem Ordine plenam tribuimus potestatem exercendi libere sua munia in Andegavia & Cenomania, sicut in Turonia, Pictoniaque. Scripsit 26 Sept. 1351. Sæcul. XIV. A.C 1351. *Rayn.* 1351. *n.* 37.

§. VII.

Concilium Bliterense.

Hoc anno Bliteris concilium provinciale habuit Petrus Jugius Archiepiscopus Narbonensis, nobilis Lemovix, & Papæ Clementis e sorore nepos. Postquam Monachum Benedictinum, ac Priorem Fani S. Liberatæ in diœcesi Aginniana egerat; ab avunculo suo paulo ante ad summam evecto sedem factus Abbas Angeriacensis & Grassanus, Aureliæ Juri Canonico dedit operam: acceptaque ibi doctrinæ laurea, anno 1344 Avenionem *Baluz. vit. to 1. p.* 854. & 1130.

Sæcul. XIV. A.C. 1351

nionem accitus a Papa per diploma 2 Martii an. 1345 datum Cæsarauguſtanus Archiepiſcopus decretus, ac 10 Jan. 1347 Narbonem translatus fuit.

tom. 2. p. 697.

to. 11. Conc. p. 1918. Baluz. conc. Narb. p. 91.

Igitur ad concilium vocavit ſuos Suffraganeos: & primum quidem ea de re monuit Hugonem electum Epiſcopum Bliterenſem per epiſtolam 29 Sept. 1351 ſcriptam: in qua dicit: Bliteris in cathedrali templo tuo 7 Novembris provinciale concilium acturi mandamus tibi, ut eo accerſas Abbates, aliosque Præſides cum Clericis ſecularibus ac religioſis, qui ex more adeſſe debent: ac vetamus, ne plures equos, quam ſex ſtratos, duosque ſarcinarios pro te ac tuis adducas. Id punctum fuit ſane inutile pro Præſule, cujus in urbe futurum erat concilium: at epiſtola circummittebatur ad reliquos provinciæ Epiſcopos, nempe ad Arnaldum Magalonæ, Joannem Nemoſi, Guilielmum II Alectæ, Stephanum Helenæ, Eliam Vectiæ, Petrum Agathæ, Girbertum Carcaſſonis Antiſtites. Ab initio concilii orta eſt lis. Girbertus volebat ſedere primus ad ſiniſtram Archiepiſcopi: cæteri contendebant ex Jure communi tenendum eſſe ordinem conſecrationis. Tandem Archiepiſcopus ſtatuit, ut Girbertus ſedem caperet poſt Arnaldum Magalonenſem utpote prius inauguratum;

ſalva

salva tamen illi esset facultas intra annum probandi suam prærogativam. Sæcul. XIV. A.C. 1351.

Concilium istud condidit duodecim canones, quorum priores octo repetuntur e concilio Avenione abhinc annos viginti quinque habito. Deinde prohibetur, ne vis inferatur latoribus litterarum, aliorumve actorum ad exercendam jurisdictionem ecclesiasticam pertinentium. Decernitur, ut Parochi adsint testamentis, vel saltem eam cognoscant, legata pia exequendi gratia. Beneficiarii non nisi decente in amictu templum ingrediantur, alioquin pecunia mulctandi. Arcani Judices pœnitentium nomina scribant, ut constet, an præcepto confessionis annuæ satisfecerint.

Sup. l. 93. §. 23. *Martene Thesaur. to 4. p. 329.* *can. 9.* *Can. 10.* *c. 11.* *c. 12.*

§. VIII.

Papa ægrotans.

Exeunte hoc anno 1351 Papa Clemens gravi correptus morbo esse in vitæ periculo videbatur. Tum de consilio Cardinalium temperavit severitatem sanctionis de conclavi per Gregorium X factæ in concilio Lugdunensi. Quocirca 10 Decembris novum decretum edidit hunc in modum: Cardinales in conclavi duos singuli famulos Clericos, laicosve, quos volent, & quotidie ad prandium atque cœnam lancem carnis vel piscis cum jus-

Rayn. n. 38. *Bal. not. p. 727.* *Vitæ to. 1. p. 260.* *Sup. lib. 86. §. 45.* *Rayn. n. 39.*

Sæcul. XIV. A. C. 1351.

culo, herbas crudas sive acetaria, caseum, fructus, aut bellaria habere, sed tantum ex suis quisque catinis comedere, ac decentiæ causa suos inter lectos suspendere siparia poterunt.

Postridie Papa edictum alterum proposuit, ubi ait: Si nobis, cum essemus in minore dignitate positi, aut ex quo sedem tenuimus Apostolicam, in disputando, docendo, concionando, vel alio modo quidquam excidit fidei catholicæ, aut bonis moribus contrarium, revocamus illud, ac summæ sedi corrigendum subjicimus. Nota hunc Papam loqui etiam de dictis a se ad populum tempore sui pontificatus. Convaluit hoc ex morbo, & vitam per anni spatium produxit.

§. IX.

Epistola cacodæmonis.

Vitæ PP. to. 1. p. 252. M. Vill. l. 2. c. 48. Alb. Argent. p. 156.

Plurium sententiarum fulmina emiserat in Joannem Pro-Comitem Archiepiscopum Mediolanensem, qui occupata perperam Bononia se in Lombardia reddiderat potentissimum. Quo tempore cum aliquando Papa senatum haberet sacrum, Cardinalium quidam dextere sinebat cadere epistolam: quam sublevatam de pulvere, & ad se delatam Clemens in senatu legi voluit. Erat stylo sublimi scripta nomine principis tenebra-

rum

rum ad Papam Clementem ſuum vicarium, & ad ſuos conſiliarios Cardinales. Percenſebat ille communia & propria cujusque peccata: per quæ ſibi eos magnopere commendari ajebat, hortans, ut ita pergerent, largiſſimam regni ſui gratiam merituri ſpernendo & vituperando vitam pauperem ac doctrinam Apoſtolorum, quam inſtar ipſius odiſſent, atque impugnarent. At conquerebatur, quod ſua documenta non conformarent ad opera ſua; volebatque illa corrigi, ut amicos ad altiorem honoris gradum in regno ſuo eveheret. Quia hæc epiſtola Præſulum vitia inſigniter notabat, plurima ejus exemplaria ſpargebantur. Dicebat etiam: Superbia mater veſtra vos ſalutat cum veſtris ſororibus Avaritia, Impudicitia, & reliquis, quæ gloriantur ope ac opera veſtra res ſuas belle procedere. Dabatur in centro Inferorum præſente turba Dæmonum. Hæc epiſtola paulo prius exiit, quam Papa ægrotaret, qui eam aſpernabatur cum Cardinalibus. Sæcul.XIV. A.C.1251.

Multi eandem tribuebant Archiepiſcopo Mediolanenſi, ut qui primorum Eccleſiæ Præſulum vitia pervulgando ſua facere tolerabiliora, & irrogatas ſibi cenſuras ulciſci vellet. Et tamen hic Antiſtes per conciliatos ſibi Cardinales Papæ gratiam tam proſpere captavit, ut *M. Vill. l. 2. c. 66. l. 3. c. 4.*

Sæcul. XIV. A. C. 1352.

ab eo in poſſeſſione Mediolani ac Bononiæ ad decem annos tenenda confirmaretur, ea lege, ut duodecies mille florenos aureos quotannis penderet. Diploma ſcriptum eſt 28 Apr. an. 1352: dominica die 6 Maji ſublatæ ſunt cenſuræ: atque Archiepiſcopo pax eccleſiaſtica ſolenniter reddita fuit. Ita per miſericordiam & pecuniam, inquit Matthæus Villanus, cuncta negotia magna cum paſtoribus Eccleſiæ conficiuntur.

Rayn. 1352. *n.* 8.

§. X.

Hæretici in Delphinatu.

Papa Clemens edoctus in diœceſi ac provincia Ebredunenſi ingentem hæreticorum multitudinem dari, qui propinquarum regionum Catholicis periculum afferrent, ad Epiſcopos, Abbates, omnemque Clerum, ad Optimates, Judices, ac ſocietates dedit epiſtolam hujusmodi: Guilielmum electum Archiepiſcopum Ebredunenſem, ac Petrum de Montibus ex Ordine Minorum Inquiſitorem loci, vicinarumque provinciarum juſſimus eas purgare ab hæreſi, qua ſunt infectæ. Oramus igitur, & volumus, ut illis conſilia, adjumenta, duces, ac præſidia militaria, etiam veſtris ſumptibus, ſi opus ſit, ſubminiſtretis. Dabat 7 Martii an. 1352. Hac ſuper re ſcripſit etiam

Vading. a. 15.

Rayn. n. 20.

etiam Delphino Carolo Gallorum Regis filio natu majori, Ludovico Regi Neapolis, ejusque conjugi Reginæ Joannæ. Non video, quos dicam hos Delphinatus hæreticos, nisi reliquias Valdensium. Sæcul. XIV. A.C. 1352.

Eodem tempore comparuit in Catalonia quidam Nicolaus natione Calaber, sed qui diu egerat in Hispania. Dicebat certum Hispanum Consalvum nomine Conchana ex diœcesi esse filium Dei ex omni æternitate in cœlo genitum, etsi habere in terra patrem matremque visus esset. Hunc Consalvum non moriturum: Spiritum Sanctum humanam aliquando naturam juncturum sibi: & tunc fore, ut Consalvus orbem universum adducat ad Christum. Extremi judicii die oraturum pro cunctis in noxa letali mortuis & damnatis, salutemque iis impetraturum. Denique Nicolaus Calaber tres in homine partes distinguebat, animam a Deo Patre factam, corpus opus Filii, spiritum creatum a Spiritu Sancto. *Emeric. direct. p. 266.*

§. XI.

Beneficia ecclesiastica in Anglia occupantur.

Eduardus III Anglorum Rex videbat multa regni sui beneficia possideri a Cardinalibus, Romanæ curiæ Ministris, pluribusque aliis semper absentibus. Ergo

Sæcul. XIV. A. C 1352.

go in possessionem illorum omnium Ministros misit suos, nec fructus eorumdem a beneficiariis aut horum procuratoribus percipi sinebat. Quo comperto Papa Regem sub anathematis pœna, si non pareret, monuit, ut intra quatuor menses manus injectionem solveret: eo quod his beneficiariis præsentiæ gratia fuisset facta, sive propter servitium Ecclesiæ præstitum, sive ob litterarum studia, sive alia de causa. Præterea reddi fructus perceptos, & illos, qui percipi potuissent, damnaque resarciri jussit. Postquam Rex per Oratores agnita culpa sua se illi obtemperaturum spoponderat, Papa diem usque ad primum senatum sacrum post anniversariam Ascendentis in cœlum Christi memoriam habendum protulit. Ita sonant litteræ, quas dabat 15 Oct. 1352. Sed ante hoc tempus obiit.

Rayn. 1352. n. 17.

§. XII.

Poloniæ Rex absolvitur.

Dugloss. l. 9. *p.* 1088. *D. Rayn.* 1349. n. 25.

Abhinc duos circiter annos Casimirus ob plura crimina censuris ecclesiasticis affectus fuerat. Post relatas victorias, ademptasque vicinis terras libidini deditus contempta Regina Adelaide conjuge sua quanquam formosa & prudente, concubinarum greges variis in locis aluit. Cum Episcopi ac Proceres regni saluta-

salutaria ei monita sæpius, at frustra dedissent, tandem ad Papam Clementem conversi Præsules jubebantur admonere Regem, ut abdicaret omnes concubinas suas; & legitima conjuge sua contentus esset. Indignatus ille subjectos Episcopo Cracovienſi pagos vectigalibus operibusque tributariis premi voluit: qui offensus Palatinum primo Sandomirienſem hujus violentiæ administrum, tum Regem ipsum censuris obligavit. Sæcul.XIV. A.C.1352.

Has ei coram indicatum missus Martinus Bariezca Ecclesiæ Cracovienſis Vicarius mandatum fortiter confecit. Excanduit Casimirus: sed in Martinum contumelias jacere satis habuit; nec eum tetigit. Deinde suis ab Aulicis instigatus die S. Luciæ 13 Dec. 1349 comprehensum nocte sequente per quendam domesticum in Vistulam immergi jussit. Divinæ hujus sceleris vindictæ adscripta sunt mala exin Poloniam incessentia, cui Lithuani fœdam intulerunt vastitatem. p. 1090. C.

Commotus ea re Casimirus anno 1352 se crimen suum agnoscere, atque ad subeundam pœnam paratum esse declaravit per Albertum Dobrinenſem Cancellarium Avenionem missum, jussumque simul de aliis Poloniæ negotiis agere. Papa viro benigne habito, consensit in absolutionem Regis cum moderatione pœnæ. p. 1095. A.

Sæcul. XIV. A. C. 1532.

Præcipuæ conditiones erant, ut Rex omnibus Cracoviæ pagis libertatem redderet, ac ſolide conſtruenda curaret quinque templa, inter alia Vislicianum, quod ſingulari pietate amaret. Clemens conceſſit etiam Caſimiro in quadriennium decimam redituum totius Cleri Polonici, propulſandis Lithuanorum incurſibus adhibendam. Denique permiſit, ut Eccleſia Vratislaviana in Sileſia Metropolitæ Gneſnano maneret obnoxia: etſi Rex Bohemiæ Carolus illam novo Archiepiſcopo Pragenſi ſubjectam vellet. Rex Caſimirus impoſitam ſibi pœnam fideliter ſolvit.

§. XIII.

Mors Clementis VI.

Papa Clemens VI hoc anno 1352, die 6 Decembris naturæ ſatisfecit; poſtquam ſupremam ſedem decem annis, ac ſeptem menſibus tenuerat. Funeris exequiæ poſtera luce ſolemniter celebratæ ſunt in cathedrali templo Avenionenſi: unde corpus ejus ſequente æſtate translatum eſt Caſam Dei, ubi fuerat Monachus; ac ſepulchrum illius etiamnum cernitur. Fuit liberaliſſimus in promittendis per clauſulam *Anteferri* beneficiis, quæ prima vacaverint. Volebat familiam regio ornatam luxu, menſam magnifi-

Vitæ to. 1. Papeb. conat. p. 86. M. Vill. l. 3. c. 43.

gnifice inſtructam, magnum comitatum Equitum, ac Nobilium ſcutariorum, equorumque numerum, quos ſæpe oblectationis gratia inſcendebat. Perquam volupe illi erat cognatis ſuis ſplendorem addere, magnas eis in Francia poſſeſſiones emere, ſacram purpuram conferre: ſed aliqui admodum juvenes peſſimi exempli vitam ducebant. Quosdam rogatu Regis Galliæ creavit Cardinales, ſed ex iis nonnullos ætate pariter immaturos. Ita Romanæ curiæ Patres cooptans nec doctrinæ, nec virtutis rationem habebat. Ipſe egregia valebat eruditione: ſed mores exhibebat ſolutiores, & parum eccleſiaſticos. Cum eſſet Archiepiſcopus, inter mulieres non ſervabat modum, illuſtri Juventute liberior: & quando fuit Papa, non temperare ſibi hac in re, nec tegere animum ſciebat ſuum. Fœminæ primariæ adibant ejus conclavia inſtar Præſulum; inter alias quædam Turenæ Comes, cujus in gratiam multis beneficum ſe præbebat. Ægrotanti matronæ nobiles famulabantur; ſicut agnatæ hominum profanorum curam gerunt. Hæc Clementis VI deſcriptio eſt ad verbum deprompta ex Matthæo Villano.

Sæcul XIV. A.C.1352.

Sæcul. XIV. A.C. 1352.

§. XIV.

Sanctio Cardinalium.

Conclave ingressi Cardinales Papæ potestatem definiens decretum condi-
Rayn. 1352. n. 26. dere, cujus hæc est summa. Non faciet Cardinales, antequam eorum numerus ad sexdecim redigatur: his solum quatuor, ut ad summum viginti sint, adjunget, si Cardinales cuncti, aut minimum duæ tertiæ horum consentiant. Non exauthorabit, vel carceri addicet aliquem, nisi de communi omnium sententia; nec ulli censuram irrogabit, præterquam de consilio duarum tertiarum. In illorum bona seu viventium seu mortuorum non injiciet manum. Ecclesiæ Romanæ terras non alienabit, nec jure fiduciario conferet; nisi duæ tertiæ Cardinalium id agendum censeant. Horum collegium a Nicolao IV accepit jus percipiendi dimidiam partem cunctorum fructuum ac proventuum ex mulctis, damnationibus, & cæteris Ecclesiæ Romanæ emolumentis in qualibet provincia, in quocunque loco. Nullus Papæ cognatus vel affinis fiet Romanæ Præfectus Aulæ, aut Rector terrarum Ecclesiæ. Decimas aliave subsidia Papa nulli Principi concedet, nec ærario suo reservabit, nisi duabus tertiis Cardinalium

ita

ita placeat; quibus libertatem sentiendi permittet in consultationibus. Quivis hodiernorum Cardinalium jurabit, se, si Papa fiat, sancte observaturum memorata omnia: & qui electus fuerit, sive modo sit Cardinalis, sive alius, idem promissum faciet eodem die. Cardinales ad gerendum huic præscripto morem jurejurando se alligarunt, pure ac simpliciter alii, alii restricte, si esset Juri consentaneum. Sæcul. XIV. A. C. 1352.

§. XV.

Innocentius VI Papa.

Inclusi conclavi cum hærerent, audiebant Regem Franciæ Joannem properare Avenionem, ut haberet Papam acceptum sibi: nec poterat spes eum sua fallere: tot Cardinales in suo natos regno & sibi addictos noverat. Itaque honorem ac libertatem Ecclesiæ conservaturi adhibebant celeritatem, ut Papam ex voluntate sua facerent: ac die Martis 18 Decembris anno 1352 cooptarunt Stephanum Audebertum Cardinalem Episcopum Ostiensem: qui dici voluit Innocentius VI. Die dominica 23 Decembris coronatus, ultimæ ejusdem mensis indicem suæ dignitatis epistolam dedit omnes ad Episcopos circummittendam. *M. Vill. l. 3. c. 44. Froiss. vol. 1. c. 153. Vitæ to. 1. p. 321.*

Sæcul. XIV. A.C. 1352.

dam. In Beiſſacenſi diœceſeos Lemovicanæ parœcia prope Pompadurum ortus, Toloſæ Juris Civilis Doctor, Profeſſorque, ac ſub annum 1335 Judex Major, anno 1337 Epiſcopus Noviodunenſis, an. 1340 Claromontanus, poſt biennium a Clemente VI Cardinalis de SS. Joanne ac Paulo, an. 1351 Oſtienſis Epiſcopus, & Magnus expiationum Præfectus declaratus fuerat. Toti Eccleſiæ præfuit annos novem ac fere totidem menſes; & habebatur vir candidus ac bene moratus.

Vitæ p. 918. 923.

Sup. lib. 95. §. 12.

§. XVI.

Alduinus Audebertus Cardinalis.

Sequente anno decimo quinto Calendas Martias die Veneris, qui a primo trimeſtri eccleſiaſtico habebat nomen, Papa Innocentius Cardinalem decrevit Alduinum Audebertum ſui fratris Guidonis Audeberti filium. Hic erat peritus Juris utriusque: & primum a Papa Benedicto XII Pictavienſis ad S. Radegundem Canonici munus obtinuerat cum promiſſo annonæ ſacræ, quæ prima vacaſſet. Deinde anno 1349 a Clemente VI nominatus eſt Epiſcopus Pariſinus loco Fulconis Chanacii octavo Calendas Auguſtas eodem anno mortui; ſed anno 1350 ſub Natalem Chriſti Alduinus Antiſſio-

Vitæ p. 639.

Dubois to. 2. p. 639.

Antiſſiodorum, cujus Antiſtes Petrus Croſius paulo ante deſignatus erat Cardinalis, ac Petrus * Sylvius Tornacenſis Præſul Pariſios translati ſunt. Tunc moris erat, ut Cardinales ab Eccleſia, quam rexerant, nomen traherent: quapropter ipſe Innocentius VI, antequam Papa fieret, appellabatur Cardinalis Claromontanus. Sic etiam oportuiſſet Alduinum Audebertum vocari Cardinalem Antiſſiodorenſem: ſed jam erant Cardinales duo, qui hanc ſedem tenuerant, ſcilicet Talerandus Petrocoricenſis, ac Petrus Croſius. Igitur Papa nepotem ſuum Magalonam tranſtulit, ut inde cognomen ferret. Sed hæc translatio ſolum fuiſſe formula videtur: nec apparet, Alduinum reipſa gubernaſſe Magalonenſem Eccleſiam. Papa ſuus patruus ei tribuit eundem, quem ipſe habuerat, titulum, nempe de S. Joanne ac Paulo.

ſæcul. XIV. A.C. 1353.

* de la Forêt

Gall. Chriſt. to. 3. p. 606.

§. XVII.

Papæ decreta.

Poſtquam coronatus fuerat Papa Innocentius, mox ſuſpendit multas reſervationes dignitatum in templis cathedralibus, aliorumque beneficiorum a Clemente VI in gratiam Cardinalium factas: & in ſua conſpectos curia Præſules, cæterosque beneficiarios in ſui quemque bene-

Vitæ p. 357. Rayn. 1353. n. 31.

Sæcul. XIV. A.C. 1353.

beneficii loco reſidere juſſit. Suorum numerum domeſticorum, ſumptusque ſuos & omnium Cardinalium diminuit. De beneficiis eccleſiaſticis, donec conferrentur, adminiſtratis condidit ſanctionem, in qua dicit: Experientia docuit per adminiſtrationes plerumque ſervitium divinum, & curam animarum decreſcere, hoſpitalitatem parum obſervari, ædificia corruere, ac beneficiorum jura tam ſacris quam profanis in rebus dilabi. Igitur exemplo quorundam ex noſtris anteceſſoribus, ac deliberatione cum fratribus noſtris Cardinalibus habita omnium præfecturarum, dignitatum, ac beneficiorum ſecularium regularium-que adminiſtrationes cunctas, conceſſionesque ſimiles omnino reteximus. Dabat 18 Maji anno 1353. Suſtulit etiam alias res indignas; impunitatem percuſſoribus, dummodo cum cæſi cognatis tranſigerent, a Prætoribus ſuis modica pro pecunia datam; tributum meretricibus per eosdem impoſitum; ac teſſerarum ludum multa in Superos maledicta cientem.

Id. n. 32.

Id. n. 29.

Agendi modum a Cardinalibus futuro Papæ præſcriptum infirmavit tanquam iniquum. Cum cæteris quidem in eum juraverat; ſed reſtricte, ſi eſſet Juri congruens. His in litteris Papa inquit: Gregorius X, & Clemens V. anteceſſores

Sup.

cessores nostri fecerunt sanctiones, quæ prohibent, ne Cardinales vacante summa sede præter electionem Papæ ullum tractarent negotium. Præterea plenitudini potestatis, quam Deus ipse ac ore suo Papæ soli contulit, id, de quo sermo est, scriptum officit: quia certis eam constringit regulis. Hæc enim potestas non foret plena, si Papa penderet ex consensu, arbitrio, & concursu quorundam aliorum: & hæc juramenta temeraria nocerent reliquis Ecclesiis. Quocirca post maturam consultationem, ut omnis tollatur scrupulus, cum aliquot Cardinalibus, multisque Doctoribus & Jurisconsultis initam declaramus, Cardinales nullam sic scribendi potestatem habuisse; id scriptum esse nullum, nec posse quidquam efficere; nosque ac successores nostros Pontifices Maximos minime adstringi ad observationem ejus, aut connexorum cum eo juramentorum. Dabat 30 Junii anno 1353. Sed an non Papa & Cardinales ea, quæ hic enunciantur, omnia jam tum sciebant, cum suum decretum facerent? Sæcul. XIV. A.C. 1353.

§. XVIII.

Ægidius Albornius Papæ in Italia Legatus.

Cunctas propemodum Italiæ urbes ac loca Ecclesiæ Romanæ propria tunc possidе-

Sæcul. XIV. A. C. 1353.

possidebant tyranni & alii ereptores injusti. Ad officium ea reducturus Papa illuc Legatum misit Ægidium Alvarum Albornium Cardinalem Presbyterum de S. Clemente. Nobilissima Castellæ prosapia ortus, Toloſæ prosperrima utrique Juri navata opera, postquam Præfectum sacelli Regis Alphonsi XI, & Archidiaconum Calatravensem egerat, Archiepiscopus Toletanus jam erat, cum Castiliæ Regi anno 1340 in prælio Tariffensi adesset: nam pares generi suo gerebat spiritus. Denique a Papa Clemente creatus Cardinalis Hispaniam reliquerat, furorem Petri Crudelis fugiens, quia partes Reginæ perperam vexatæ susceperat. Papa Innocentius in litteris 30 Junii datis, per quas eum constituit Legatum suum, ait: Cum dolore videmus discordiam a longo tempore regnantem in Lombardia, Hetruria, vicinisque provinciis: unde sequuntur cædes, fortunarum ruinæ, negligentia divini servitii, direptio templorum, locorumque hinc pendentium, contemptus libertatis ecclesiasticæ, &, quæ pejora sunt, schismata, hæresesque. Ponderosa tamen, & ardua, quæ nos cis montes detinent, negotia obstant, ne ipsi eo veniamus, sicut vellemus. Idcirco in Lombardiam, in patriarchatus Aquilejensem, & Gradinum, in archidiœceses Mediolanensem, Ravennanam,

Vitæ to. 1. p. 859. &c.

Sup. lib. 95. §. 5. ib. §. 54.

Rayn. 1353. n. 2.

nanam, Genuenſem, Piſanam, Spalati- Sæcul. XIV.
nam, Raguſianam, Antibarinam, & Ja- A.C. 1353.
deranam; in dioeceſes Ticinenſem, Placentinam, & alias (nominantur ibidem) in Hetruriam, ac terras Eccleſiæ Romanæ te mittimus, ut eo reducas pacem, & ubique religionis bonum procures.

§. XIX.

Nicolaus Laurentius Romam redit.

Legatus delatus in Italiam ſola duo, in quibus tuto commorari poſſet, invenit loca terrarum Eccleſiæ, ſcilicet Montem Flaſconis in Patrimonio S. Petri, ac Montem Falconis in Umbria: poſtea vero poteſtatem extendit ſuam. Habebat ſecum Nicolaum Laurentium commentitium Romanæ plebis Tribunum, cujus ad caſus nobis redeundum eſt. Proſcriptus a Clemente VI, & anno 1347 a Romano populo deſertus in Apuliam perfugit ad Ludovicum Hungariæ Regem tunc Neapoli dominantem: quem Papa curavit rogandum, ut hominem captum ad ipſum remitteret, aut Cardinali Bertrando Deucio ipſius Legato traderet. At Nicolaus anno 1350 iterum Romam ingreſſus, ibi potentior fuiſſet, quam antea, niſi Romani metuiſſent, ne offenderent Papam, profanumque anni ſacri lucrum amitterent. Nicolaus igitur perſo-

Sup. lib. 95. §. 38.

Rayn. 1348. *n.* 10. 13.

Id. 1350. *n.* 4. 5.

Vitæ PP. p. 256. 885. &c.

Sæcul. XIV. A.C. 1353.

natus exceſſit ex Italia, & in Bohemiam tranſiit ad aulam Caroli electi Romanorum Regis. Cum tempus aliquod egisſet Pragæ, agnitus ſiſtebatur Carolo: qui comprehenſum Erneſto Pragenſi Archiepiſcopo permiſit: qua de re Papa per epiſtolam 17 Aug. an. 1350 datam gratias egit, orans, ut Nicolaum ipſi mitteret. Miſer proin captivus Avenionem ductus eſt: moxque Papa tribus Cardinalibus commiſit quæſtionem in eum inſtituendam. Hærebat in carcere per reliquam Clementis VI vitam: & compertum eſt, nihil criminis eundem ſpeciatim contra Eccleſiam ſuſcepiſſe.

Confeſtim Papa Innocentius a cenſuris ac vinculis liberum cum Cardinali Albornio in Italiam miſit, ſperans illum fore utilem ad ſubmittendam Eccleſiæ regionem, præſertim Romam, quæ adhuc magni eundem faceret. Id docet epiſtola Papæ ad Hugonem Arpajonium, ſuum Romæ Internuncium, ex quo triſtem hujus ſtatum cognoverat. Ibi Papa ſic loquitur: Ut his medeamur malis, brevi Romam remittemus dilectum filium noſtrum Nicolaum Laurentium Equitem Romanum: quia ſpes eſt fore, ut ærumnis ſuis redditus prudens depoſitis ineptiis ſuis priſtinis per ſuam oppido magnam induſtriam obſiſtat conatibus improborum, & ſuffragetur bonis conſiliis deſi-

Rayn. 1353. n. 5.

desiderantium tranquillitatem salutemque publicam. Dabat 15 Sept. 1353. Ita Innocentius VI laudat hominem, cui Clemens VI tam male precatus erat. Sæcul. XIV. A.C. 1354. *Sup. lib. 95. §. 39.*

§. XX.

Ecclesia Germanica.

Carolus Luxemburgius Bohemiæ ac Romanorum Rex magis magisque in Germania & authoritatem suam, & pacem firmabat. Hoc anno mense Decembri Moguntiam venit invitatus a Clero ac populo præsidium suum implorantibus contra Henricum Virneburgium veterem loci Antistitem a Clemente VI exauthoratum, & Conradum Falkensteinium illius Adjutorem. Henricus enim semper contendebat de sede Moguntina cum Gerlaco Nassovio, cui Papa eam tribuerat; & qui tunc Regem Carolum comitabatur. Hic inquirere in statum urbis ac diœcesis cœperat; cum Henricus repentinam mortem oppetiit pridie Natalem Christi. Tum Conradus Regis opera transigebat cum Gerlaco, qui sedis possessor quietus mansit: atque sic finitum est schisma Moguntinum, quod annos octo duraverat. *Rebdorf. p. 447. Trith. Hirsaug. ap. 1353 Sup. lib. 95. §. 30.*

Sequente anno 1354 die S. Agnetis 21 Jan. obiit Archiepiscopus Trevirensis Balduinus Luxemburgius Caroli Regis *Idem Vitæ l. 1. Miscel. Baluz. p. 160*

Sæcul. XIV. A.C. 1354

propatruus ſexageſimo octavo ætatis ſuæ anno; poſtquam eam Eccleſiam quadraginta ſex annis magna cum celebritate nominis ſui gubernaverat. Succeſſit illi Boëmontius Edersdorffius ejus Eccleſiæ Decanus in Archiepiſcopum electus a Canonicis.

Alb. Arg. p. 156. Rebd. p 441. Baillet. inſtr. paſſ. n. 541.

Rex Carolus etiam pacem junxit cum duobus filiis Imperatoris Ludovici Bavari, Ludovico Marchione Brandeburgio, & Alberto Bavariæ Duce. Ludovicus Carolo tradidit ea, quæ vocabantur inſignia Imperii, nempe ſacram haſtam, clavum, partem veræ crucis, aliasque reliquias. Haſta erat eadem, quam Rex Henricus Auceps ſub annum 930 a Rudolpho II Burgundiæ Rege acceperat; & quæ Conſtantini Magni fuiſſe dicebatur; at ſeculo decimo quarto credebatur eſſe illa, qua latus Chriſti Domini confixum fuerat. Carolus promiſerat ſe intra triduum has reliquias Norimbergam, aut Francofordiam miſſurum; ſed in ſuam ſedem Pragam deferri juſſit exultante Bohemia.

Sup. l. 55. §. 18.

Rayn. 1354. n. 18.

Immo Papam Innocentium oravit Carolus, ut inſtitueret feſtum, quo inſtrumenta cruciatuum Chriſti colerentur. Conceſſit ille per diploma Idibus Februariis datum, cujus hæc eſt ſumma: Ut Carolus Romanorum ac Bohemiæ Rex nobis indicavit, aſſervat inſtar priorum Impe-

Imperatorum ſacram lanceam clavumque crucis: & has ad reliquias undique magna cum pietate concurrit populus. Supplicavit igitur, ut feſtum in earum honorem Germaniæ ac Bohemiæ præciperemus. Pii deſiderii rationem ducentes, quotannis diem Veneris poſt octavam Paſchatis ſub nomine harum reliquiarum illis duobus in regnis volumus eſſe ſolemnem feſta religione ac peculiari officio componendo per Præſules, aliosque Doctores, quos Rex delegerit. Et iis, qui feſto earum die templum, ubi erunt expoſitæ, pietatis cauſa inviſerint, largimur indulgentiam trium annorum, ac ter quadraginta dierum, centenorum inſuper pro ſacrificio divino, & qualibet hora ſeu parte officii. Hac de re litteras Papa circummiſit ad Archiepiſcopos multarum urbium, nominatim Pragæ, Magdeburgi, Coloniæ, Trevirorum, Moguntiæ, Salisburgi, Bremæ, Rigæ; atque ad Præſulum illorum Suffraganeos. Rex Carolus alias quoque reliquias multas congeſſit Pragam. Seæcul.XIV. A.C.1354.

Eodem deprecante pro Duce Bavariæ Alberto Papa Epiſcopis Wurzeburgenſi Spirenſique mandavit, ut hunc Principem exſolverent cenſuris omnibus, in quas incurriſſet Imperatoris Ludovici patris ſui partes ſequendo. Diploma dabat 31 Martii an. 1354. *Rayn.n.16.*

Sæcul. XIV. A.C. 1354.

§. XXI.

Joannes Rusbrœchius.

Hoc tempore prope Bruxellas in loco, cui nomen * Vallis Viridis, vivebat Joannes Rusbrœchius Sacerdos & Canonicus Regularis, ſcriptor celeber ex Theologia Myſtica, & uſu precationis mente conceptæ. Natus anno 1294, cum eſſet annorum undecim, cœpit operam dare litteris ſub Magiſtro Canonico quodam, cognato ſuo: ſed poſt annos quatuor circiter, nimirum quinto decimo ætatis anno vix elementa Grammaticæ probe doctus diſciplinis humanis nuncium remittere ſtatuit, ut ſe totum ſtudio ſapientiæ divinæ ac virtutis exercitationi dederet. Confectis viginti quatuor annis ſacerdotio inauguratus incumbere ad vitam interiorem pergebat, adeo parcus in verbis, ac externam ſpeciem ſuam tam parum curans, ut apud homines profanos in contemptionem veniret.

Jam ſexaginta habebat annos; & pios aliquot libros magni æſtimatos publici juris fecerat; quando Vallem Viridem prope Bruxellas in ſylva Sognacenſi ſitam petiit, ubi erat Collegium Canonicorum Regularium. Nuncupatis ibi vōtis

* Val-vert

Vitæ c. 2.

c. 4.

c. 6.

c. 8.

votis solemnibus, post aliquod tempus e- Sæcul.XIV.
lectus est in Priorem. Quo in statu ex- A.C.1354.
cepit adductum per famam suam Gerardum Grandium Theologum doctissimum, Daventriæ incolam, & parentem societatis seu congregationis Windeshemiensis. Cum ex hoc viro cognosceret multos suis scriptis offensos se calumniandi ansam inde capere, reposuit: Doctor Gerarde scito me ne unum quidem verbum in meis scriptis posuisse nisi instinctu Spiritus Sancti, & in singulari præsentia divinæ Triadis.

Quoties se credebat illustratum per gratiam, abdebat se in sylvam, & ita componebat cuncta opera sua. Interdum c. 5.
multas per hebdomades non attingebat calamum: quo rursum arrepto, quamvis ea, quæ prius exaraverat, oblitus esset, ejus sermo ita cohærebat, ut si totum eodem die contexuisset. Linguæ Latinæ parum gnarus scribebat vulgari sua; nempe Flandrica seu Belgica: sed omnia posthæc sunt Latine reddita; & sic habemus. Viri existimatio fecit, ut c. 11.
consulturi eum quam plurimi utriusque sexus homines illustres ac potentes, quin etiam Doctores venirent Argentina, Basilea, & ex aliis ad Rhenum urbibus.

Clarissimus omnium erat Joannes Taulerus Dominicanus Theologiæ Doctor ab eruditione ac virtute sua inclytus.

Sæcul. VIX. A. C. 1354.

Adibat sæpe, quem magnopere colebat, Rusbrœchium, multumque apud eum proficiebat in scientia vitæ interioris: ut in scriptis ostendit suis. Nam longe quidem major Theologus, sed in contemplatione inferior Rusbrœchio fuit, in qua hic ab adolescentia sua, ille non ante quinquagesimum ætatis suæ annum posuit operam, & paucis post annis obiit, nimirum anno 1355.

Spond. 1355 *n.* 17. *Rayn. n.* 38.

§. XXII.

Matthæus Cantacuzenus Imperator.

Rayn. 1353. *n.* 22.

Joannes Cantacuzenus ad novum Papam Innocentium VI miserat Fratrem Joannem Dominicanum cum litteris; per quas ei significabat suum desiderium reconciliandi Ecclesias. Papa suo in responso illi suadet constantiam in pio proposito, atque, si hoc exequatur, spondet cuncta subsidia sacra & profana. Posteriora erant, de quibus præcipue agebatur: etenim Cantacuzenum graviter premebant Turcæ, & adolescens Imperator Palæologus. Epistola Papæ scripta erat 27 Oct. 1353.

Cantac. l. 4. *c.* 34. 35.

Cantacuzenus, si majorem natu filium suum Matthæum agnosci Imperatorem curaret, se suas auctorum vires ratus, hac de re Patriarcham Callistum consuluit: qui, nolebat animum aperire

c. 36.

suum;

suum; ac ex patriarchali palatio in cœ- Sæcul.XIV.
nobium S. Mamantis ad se pertinens di- A C.1354.
vertit. Inde missum per nuncium Imperatori Cantacuzeno, cui responsurum se promiserat, dixit: Nec tuum, nec meum intrabo palatium, ni jures mihi, tuum a te filium Matthæum non declaratum iri Imperatorem. Cantacuzenus tamen id faciebat, per Optimates eo se adactum perhibens: filiumque jussit assumere ornamenta imperatoria, nempe calceos rubros, ac pileum margaritis gemmisque pretiosum. Sed opus omnino erat eum pro more etiam inaugurari. Itaque Imperator Episcopos Thraciæ, quotquot poterat, accivit; & cum illis, qui Constantinopoli jam aderant, in palatium imperatorium congregatos rogavit omnes, quid agendum esset cum Patriarcha Callisto? Respondebant ex composito, mittendos esse, qui eum invitarent, ut ad sedem rediret suam: quia nulla de re accusaretur. c. 37.

Imperator misit duos Episcopos Danielem Ænensem, ac Josephum Tenedium cum duobus de primario Clero Constantinopolis. In monasterium S. Mamantis delati Callisto Imperatoris nomine dicebant: Si proposuisses rationes firmas, ob quas non proclamaretur meus filius; id impediisses forsitan: at videris non nisi per vim obstare voluisse.

Sæcul. XIV. A.C. 1354. Nunc, cum factum nequeat revocari; dissensioque ac disputatio nihil prosint amplius, sedem ac domum tuam, quas tibi nemo ademit, recipere debes, novoque Imperatori sacram inunctionem, & coronam dare; quippe quibus carere nequeat, postquam accepit reliqua suæ dignitatis insignia.

Patriarcha solum reposuit, a se sacrorum expertem declaratum iri, quicunque ipsi hac in re violentiam inferret. Indignatus Antistes Daniel, Igitur nil superest, inquiebat, nisi ut alius fiat Patriarcha. Sic precor ex animo, subjungebat Callistus. Perdicas unus de Oratoribus, Nescio, ajebat, quænam sit illa res, ad quam compelli non vult. Tum ejus socii: Est abdicatio muneris, quod resumpturum se negat; etiamsi foret, qui vellet ipsum eo cogere. Cum Oratores ad Imperatorem & concilium ea retulissent, is omnia per Notarium Ecclesiæ mandanda litteris curavit. p. 858.

Dein Episcopi cœperunt agere de Patriarcha eligendo: ad quos Imperator, Scio, inquiebat, secundum priscam regulam a religionis nostræ primordiis ad nos usque derivatam congregatis Episcopis post imploratum Spiritus Sancti præsidium cooptandos esse tres viros, quos proponant Imperatori, ut ex iis unum eligat. Malus autem mos ita fert, ut agentes

agentes contra cognitionem noſtram, ac Deum ludificantes, ſinamus fundi preces ad acciendam ejus gratiam, & pridem delectum a nobis hominem nominemus. Sic plerique Imperatores fecerunt: ſic ego ipſe ſæpius erravi. Sed, ut me corrigam, reddo vobis veterem libertatem cooptandi Patriarcham; ac deligam unum de tribus, quos deſignaveritis. Iſta conſuetudo nominandi coram Imperatore tres viros ad ſedem Conſtantinopolitanam non erat tam antiqua, ut credebat Cantacuzenus: quia Theodoſio, cum Nectarium eligeret Patriarcham, multi alii proponebantur.

Sæcul. XIV. A. C. 1354.

p. 859.

Epiſcopi Cantacuzeno deſignarunt Philotheum Heracleæ, Macarium Philadelphiæ Antiſtites, & Nicolaum Cabaſilam hominem privatum. Imperator elegit Philotheum, qui paulo poſt inauguratus eſt in Patriarcham. A puero Monachus Lauram Montis Athonis rexerat, antequam fieret Epiſcopus, eratque fervidus ſectator Palamantis. Patriarcha Calliſtus, poſtquam ſat diu in cœnobio S. Mamantis hæſerat, Galatam primum delatus inter Latinos ibi ſe abdidit: deinhorum opera in Tenedon ad adoleſcentem Imperatorem Joannem Palæologum profectus, ab eo perbene acceptus eſt, quippe qui ipſius cauſa in Cantacuzeni odium offenſionemque incurriſſet.

Sup. l. 18. §. 5

Cant. l. 4. *c.* 16

Philo-

Sæcul. XIV. A.C. 1354.

Philotheus igitur Constantinopoli in Blaquernano Dominæ Nostræ templo ex more coronavit novum Imperatorem Matthæum Cantacuzenum, & conjugem ejus Irenen Palæologam, quæ patrem habuerat Despotam Demetrium Imperatoris Andronici Senioris filium. Postea Imperator Joannes Cantacuzenus, ut concilii anno 1351 habiti decreto cumulatam tribueret authoritatem, suum filium Matthæum id subsignare voluit, & aræ imponere in sua & Patriarchæ Philothei præsentia mense Februario indictione septima, nimirum anno 1354.

Ibid. c. 38.

Ducange Famil. p. 261 Sup. §. 2. Combef. auct. noviss. p. 162.

§. XXIII.

Mors Nicolai Laurentii.

Mat. Vill. l. 2. c. 47. Id. l. 1. c. 29. Ughell. to. 1. p. 39.

Interim Legatus Ægidius Alburnius magnos in Italia progressus faciebat, præsertim in Romæ vicinia. Ex Romanis per annum sacrum ditatis præcipui suas in terras admittere cœperunt prædones ac sicarios totam turbantes regionem. Pontius Perrotus tunc Romæ gerebat Papæ vices. In Occitania natus Vindocinensem Carnutensis Ecclesiæ Archidiaconum cum egisset, evaserat Urbevetanus Episcopus anno 1348. Erat vir probus, & magnæ authoritatis. Postquam Jordanus de Ursinis Romanus Senator se submoverat, Pontius intravit Capi-

Capitolium, ut hoc defenderet, dum Papa Senatorem alium decreviſſet. At Jacobus Savellus Columniorum opera eum inde per vim pepulit: manebatque Roma ſine Gubernatore. Jus aberat a foro: non Judices, ſed prædones ſolummodo cernebantur intus & foris: religionis cauſa peregrinantes, cæterique extranei quaſi oves agebant inter lupos. Hoc in ſtatu rerum delectus a populo bonus quidam ſenex Joannes Cerronus, in Capitolii poſſeſſionem miſſus ſub Rectoris nomine, & confirmatus eſt a Vicario Papæ, cum huic juraſſet fidem. Facta hæc electio fuit poſtridie Natalem Domini anno 1351. Ineunte Septembri ſequentis anni Rector a Luca Savello vexatus contumeliis, nec populum morigerum habens relicta Roma in Aprutium ſe recepit. Anno 1353 duos Roma Senatores habebat, Comitem Bertoldum Urſinum, ac Stephanum Columnium. Quia difficultas annonæ graviſſime premebat Italiam; accuſabat eos populus, quod illam Romæ auxerint permittendo frumenti exportationem. In Capitolio 15 Febr. oppugnabantur: Stephanus fuga ſalutem petiit: at Bertoldus lapidum ictibus eſt trucidatus.

Sæcul. XIV. A.C. 1354.

Vill. c. 47.

M. Vill. l. 3. c. 33.

Ibid. c. 57.

Joannes Elbiovicenſis, qui ſe Romæ Præfectum dicebat, pridem Viterbium, Tuſcaniam, aliaque loca in Patrimonio S. Petri

Rayn. 1352. n. 11. Bal. Vitæ. to. 1. p. 31.

Sæcul. XIV A.C. 1354.

S. Petri sita occupando incurrerat in anathemata per Joannem XXII generatim pronunciata contra ereptores terrarum Romanæ Ecclesiæ: & hic Papa illi nominatim censuras irrogaverat: quas confirmavit, ac repetiit Clemens VI; despexit autem per sexennium & amplius Joannes Elbiovicensis, ita, ut Papæ Clementi suspectus esset de hæresi, tanquam contemptor clavium Ecclesiæ. Quapropter die Cœnæ Domini publico eum edicto citavit omni comperendinandi jure dempto: ac tribus post mensibus, nimirum 9 Julii edidit litteras, per quas eundem a piorum societate secluſit ut deficientem & contumacem in materia fidei.

M. Vill. l. 3. c. 98.

Legatus Albornius primo commentitium Romæ Præfectum bello premere tentavit, sed parum prospero successu: tum aliquamdiu per propositiones pacis distineri se passus inhæsit vestigiis Summorum Præsulum: ac mense Februario 1354 anathema in eum contorsit, quod per omnes Italiæ urbes promulgari voluit. At videns ad reducendum in semitam hunc hominem, adminiculis aliis, quam æris campani sonitu, & fumo cereorum opus esse (ut Matthæus Villanus loquitur) iniit viam facti, & de copiis sibi sapienter providit tecto consilio. Florentinis equitibus du-

c. 108.

centis

centis aliisque instructus mense Martio 1354 accepta in deditionem Tuscania primam Joanni palmam eripuit. Papa Legato gratulans animos, ut pergeret, addidit per epistolam 10 Apr. datam. Sæcul. XIV. A. C. 1354. *Rayn.* 1354. *n.* 1.

Romæ post cædem Bertoldi de Ursinis perstantes in dissidio Proceres e congestis per urbem munitionibus inter se dimicabant toto mense Augusto anni 1353. Tandem populus destitutis eorum certaminibus, Tribunum sibi fecit Baronellum, qui erat scriba Senatus, sive Senatori a Secretis; homo infimo loco natus, & parum intelligens; adscito tamen sibi virorum frugi consilio coërcens improbos instaurabat paulum justitiam & libertatem. Sed Romani cum Cardinali Legato, quod feliciter bellaret, pacisci, se in ejus fidem committere, in Viterbienses eum magnopere concitare. Sic auctus equitatu majora præstando parem se vidit. *M. Vill. l.* 3. *c.* 78. *c.* 91.

Reductus ab illo Nicolaus Laurentius recepta Romæ pristina authoritate sua Tribunum pepulit Baronellum, Tribunus ipse rursum dictus a populo. Sed Papa insigniorem ei titulum dabat in epistola 30 Augusti an. 1354 data, ubi eundem nominat Equitem ac Senatorem Romanum; monetque, ut ex præteritis sapiat, beneficia Dei agnoscat, & potestatem suam ad justitiam tuendam adhibeat. Et *Rayn.* 1354. *n.* 2. 3.

vero

Sæcul. XIV. A.C. 1354.

vero aliquamdiu satis bene se gessit: ac hospitalem quendam fratrem (Morialis seu Monregius vocabatur) qui discordias Italiæ diu foverat, multaque crimina perpetrarat, 29 Aug. securi percuti jussit. At eodem modo tractavit Pandolfum Pandolfuccium hominem probum, ac veterem civem apud populum magna valentem authoritate. Necis iniquitas Optimatibus, qui Laurentium timebant, concitandæ in eum plebis occasionem obtulit.

Octava Octobris sub tertiam pomeridianam Romani arreptis armis currebant ad Capitolium, exclamantes: Perime! Nicolaus hac voce percitus astitit ad fenestram vexillum populi tenens, ac extrinsecus agitans; cœpitque clamare: Vivat populus! At populus emittebat in eum tela, magno clamore necem intentans. Ille cum oppugnationem usque ad vesperum sustinuisset; populum magis magisque exulcerari, ac exardescere, sibi vero nihil opis sperandum videns per industriam sibi consulere cogitabat. Servili veste indutus palatii portas reserari voluit, ut populus ex more suo capiendis spoliis distineretur: & idem se facere simulans compositum e culcita, aliisque lecti partibus fascem gestabat. Ita descendens per superiores alterasque scalas, Agite, ajebat, diripiamus domum! rerum

rerum abunde adeſt. Saluti proximus erat: cum homo, quem offenderat, cum faſce in humero agnitum percuſſit vociferans: Tribunus eſt. Alii tractum foras, gladiis transfoſſum, mutilatum manibus, ac eviſceratum inſerto in laqueum collo raptabant usque ad ædes Columniorum: ubi erecta ex furcâ miſerabile cadaver ſuſpendebant; quod multis diebus ſepultura caruit. Talis fuit ſcena ultima Tribuni Nicolai Laurentii. Sæcul. XIV. A.C. 1354.

§. XXIV.

Errores in Francia & Anglia.

Pariſiis Frater Guido ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini publice in ſcholis eorum multos docuit errores: quos ex decreto Theologicæ Facultatis, & Cancellarii Eccleſiæ Pariſinæ recantavit 15 Maji an. 1354. Præcipuos vide! Charitas, quæ ſemel perditur, nunquam fuit vera charitas. Homo vitam æternam digne mereri poteſt, ita, ut Deus illi faceret injuriam, ſi illam ipſi denegaret. Si non daretur liberum arbitrium, daretur tamen peccatum. Deus imponere quandam neceſſitatem poteſt præveniendo voluntatem ad actum bonum. *Bibl. PP. Pariſ. to. 3. p. 1155. Duboulai to. 4. p. 329. Art. 1. a. 3. a. 4. a. 6.*

Similes in Anglia errores eodem tempore tradebantur: ut liquet ex epiſtola Papæ Innocentii ad Eboracenſem Ar-

Sæcul. XIV. A. C. 1354

chiepiſcopum anno ſequente 18 Auguſti ſcripta hunc in modum: Ut comperimus, in diœceſi tua ſunt, qui aſſerant neminem poſſe mereri vitam æternam per quæcunque opera bona, etiam a gratia proficiſcentia. Alii contendunt, pœnam damni ſeu privationem divini conſpectus non eſſe debitam pœnam pro labe ab ortu nobis ingenita, & per hanc neminem reddi ſontem. Primum hominem fuiſſe moriturum, etiamſi nunquam peccaſſet; & multa ejusmodi alia. Idcirco te cum iis, qui talia docent, ſecundum canones agere jubemus. Præcepti hujus momentum patebit ex ordine hiſtoriæ.

Rayn. 1355 *n.* 28.

§. XXV.

Fratricelli plectuntur.

Rayn. 1354. *n.* 31. *It. Rebd. p.* 441. *Sup. l.* 87. *n.* 33.

Nondum extincta erat Fratricellorum hæreſis ſemper negantium, Papam Joannem XXII potuiſſe retexere Nicolai III de paupertate Chriſti ſanctionem, *Exiit, qui ſeminat;* & a Papa poſſe ulla de cauſa ſupprimi Ordinem Fratrum Minorum. Ceſſerone duo capti ſunt, Joannes Caſtellionenſis, & Franciſcus Arquatinus, Sacerdos alter, alter frater laicus: qui Avenionem ducti jubente Papa ſic interrogabantur: Poteſtne Papa mutare amictum veſtrum, ac vos transferre in Ordinem Dominicanorum? Reſpondebant:

bant: Non. An potest permittere, ut habeatis horrea & cellas, ubi ponatis penum? Non. Num creditis Papam Joannem XXII fuisse caput Ecclesiæ? Non. An bona, æqua, & fidei consentanea est illius decretalis *Quorundam exigit?* Non: Consulto facta est ad damnationem quatuor fratrum Massiliæ combustorum, ac per contemptum paupertatis Domini Nostri, & S. Francisci. Creditis mortem illorum quatuor fratrum fuisse cœlo dignam? Reponebant eos fuisse sanctos, affirmabantque multa alia in Papæ authoritatem pugnantia: ob quæ condemnati, Judicique profano sunt traditi; qui eos concremari jussit.

Sæcul. XIV. A. C. 1354.

H. Knygton, p. 2610.

Sup. l. 92. §. 43.

Ante supplicium Joannes Castellionensis palam ita se declarabat: Ajo Papam Joannem fuisse hæreticum, & sanctæ Ecclesiæ inimicum ob errores suis quatuor sanctionibus *Ad Conditorem, Cum inter nonnullos, Quia quorundam,* & *Quia vir reprobus*, insertos, sacrisque litteris ac vitæ Apostolorum aperte contrarios. Assevero successores illius Benedictum XII, Clementem VI, & Innocentium VI, cum easdem hæreses foverent, ac defenderent, fuisse hæreticos, anathemate devinctos, & omni privandos dignitate. Tantundem dico de cunctis Præsulibus, & aliis tuendæ fidei catholicæ præfectis. Ita combustus est cum so-

Sæcul. XIV. A.C. 1354.

cio die tertia Pentecoſtes & Junii anno 1354. Putabant ſe conſulere honori ſui Ordinis; & cum reliquis ſectæ ſuæ membris contendebant, non niſi Fratrem Minorem aliquem eligendum eſſe Papam.

Ughell to. 6. p. 427.

Poſtea 29 Oct. an. 1354 Papa Joanni Archiepiſcopo Capuano, quem ante biennium hanc ad ſedem tranſtulerat, ſcripſit in hanc ſententiam: Audivimus in tua diœceſi ac provincia quosdam homines ſuperſtitioſos vulgari nomine Fratricellos ſibi arrogare divini verbi præconium; magnos errores tradere; ſimplicibus per veſtem fictæ demiſſionis, ac per ſermones nimis exquiſitos imponere; & loqui contra fidem ac reverentiam Summæ Sedi debitam. Igitur præcipimus, ut ſecundum privilegia Inquiſitionis tantum & ſine forma judicii hos improbos perquiras, ex præſcripto Canonum corrigas, puniasque, ac Magiſtratus civilis præſidium, ſi opus ſit, accerſas ſalva ſuffraganeorum Inquiſitorumque jure exercendæ contra illos ſuæ poteſtatis. Easdem Papa litteras Archiepiſcopo Piſano, qui jam aliquos horum Fratricellorum carceri addixerat, Archiepiſcopis Neapolitano ac Beneventino, Legato Ægidio Alburnio, tandemque 21 Dec. Epiſcopo Caſſenſi ad mare nigrum miſit: nam eo usque Fratricelli ſe diffuderant.

Vad. 1354. n. 6, 7.

§. XXVI

Sæcul.XIV.
A. C. 1354.

§. XXVI.

Institutum Gentilii Spoletini abrogatur.

Fratres Minores hoc anno Assisii perage-
bant suum conventum generalem quinquagesimum secundum. Proponebatur ibi urgenda abrogatio parvæ societatis seu congregationis formatæ per Fratrem Gentilium Spoletinum, & a Papa Clemente VI approbatæ. Quatuor duntaxat domos hæc habebat, ducebatque vitam singularem, si spectes studium paupertatis, formamque vestis, & Fratrum disjunctionem a Franciscanis cæteris, quibuscum nil commune sibi esse volebant. Erant igitur, qui suaderent in comitiis, ut Ordo coram Papa frequente in senatu sacro illos accusaret tanquam socios sectæ Narbonensis. At Guilielmus Farinarius Minister Generalis offensionem foris & discordiam intus devitandam dicens obtinuit, ut leniore modo tractaretur id negotium, totumque suæ curæ relinqueretur.

Wad. n. 9. Id. 1355. n. 1. 2. 3.

Rei gerendæ occasionem Gentilius ipse præbuit. Cum enim Minister Generalis cuidam parvæ congregationis fratri aliquid imperasset; Gentilius hunc illius oculis subduxit, inquiens. Nihil

Sæcul. XIV. A.C. 1355

est, quod ille præcipere tibi queat, præsertim in iis, quæ pertinent ad mansionem in nostris domibus. Nempe de hac ipsa agebatur. Præsentes indignati, ut Guilielmus ad vindicandum authoritatis suæ contemptum moveretur, complura ei detegebant ad instituti novi ruinam facientia. Præsidum disciplinæ, ajebant, subtrahere se qui volunt, hanc ad congregationem transeunt. Hæc ducitur amore libertatis: hæc recipit promiscue bonos malosque, doctrinam sanam & noxiam.

Guilielmus clam inquirens comperit, a Gentilianis revera susceptos esse aliquot hæreticos, aut suspectos in fide homines. Illi causabantur quidem, se hoc fecisse ob spem persuadendi eis veritatem: ac reapse pepulerant obstinatos. Attamen habebantur fontes, quod cum eis junxerint consuetudinem, & Inquisitori neutiquam denunciatos dimiserint. Hoc erat fundamentum præcipuum querelarum, quas Guilielmus ad Papam Innocentium VI detulit, exponens ipsi periculum schismatis in Ordine majoris illo, quod sub Clemente V fuerit. Itaque 18 Aug. 1355 impetravit litteras, per quas Innocentius revocat Clementis VI diploma parvæ congregationis cœnobiis quatuor propitium; eaque subjicit Ministro Generali, ac Præsidibus ordinariis.

Postea

Sæcul.XIV. A.C.1354.

Postea Guilielmus effecit, ut jussu Legati Albornii Gentilius custodiæ mandaretur in monasterio Urbevetano cum duobus Fratribus, quos ducebat Romam. Sic dissipata fuit parva congregatio.

§. XXVII.

Imperator Carolus IV coronatur in Italia.

M. Vill. l. 4. c. 27. *Ughel. to. I. p. 109.*

Interim Imperator Carolus IV in Italiam venit coronandus. Pridie Idus Octobres anni 1354 attigit Utinum agri Forojulienſis urbem, Patriarchæ Aquilejani ſedem, quem itineris comitem ſibi adjunxit. Is erat Nicolaus Luxemburgius Caroli frater naturalis, ejusdemque rogatu per Clementem VI 22 Oct. an. 1350 poſt obitum B. Bertrandi Geneſiofanenſis de Naumburgico Saxoniæ epiſcopatu Aquilejam translatus; ubi ſedit usque ad annum 1358.

Rayn. 1354. n. 6.

Imperator ingreſſus Lombardiam per Theodoricum Mindenſem Epiſcopum id Papæ ſignificavit; petiitque copiam curandi, ut Romæ ad S. Petrum coronaretur. Papa per epiſtolam 21 Nov. datam ſpopondit ſe miſſurum Cardinales, qui hanc obirent functionem: & interim Legato Ægidio Albornio præcepit, ut

Secul. XIV. A.C. 1354.

Carolum consiliis copiisque juvaret suis. Qui, antequam iret Romam, ex more debebat Modoëtiæ in diœcesi Mediolanensi coronam accipere ferream. At ob mutationem nuper factam, potentiamque Pro-Comitum metuendum erat, ne hi se Imperatori opponerent.

M. Vill. l. 4. c. 25. 28.

Archiepiscopus Joannes Pro-Comes in cumulo terrenæ prosperitatis repente obierat die sabbati quarto Nonas Octobres hujus anni 1354: nec habuerat tempus consulendi animæ suæ, aut condendi testamentum, vel ordinandi successionem suorum nepotum in terris suis. Tres erant, Matthæus, Barnabas, & Galeatius, qui eas sine controversia partiti concordibus vivebant animis. In Archiepiscopum Mediolanensem curabant eligi Robertum Pro-Comitem Antonii filium, & Archipresbyterum Ecclesiæ Metropolitanæ: quam ei Papa contulit: ut hujus epistola docet ad tres fratres 9 Nov. data.

Ughel. to. 2. p. 359.

Rayn. 1354. n. 9.

Hi Principes coronando Carolo ne obstarent, Papa negotium dedit tribus Patriarchis Constantinopolitano Latino, Nicolao Aquilejensi, & Fontanerio Vassalio Gradino. Mandatum scriptum est 22 Novembris: & ibi Papa rationes trium Cæsaris coronarum sic explicat: Argentea, quam Aquisgrani obtinet, indicat sapientiam, & facundiam, qua hæreticis

reticis obsistere, ac os occludere debet. Ferrea, qua Modoëtiæ redimitur, denotat vim obterendi rebelles. Denique illa, quam Romæ accipit, significat potestatem tuendæ libertatis ecclesiasticæ. En expositiones mysticas, quæ illi seculo placebant. Secul. XIV. A. C. 1355.

Tantum aberat, ut Archiepiscopus Robertus desiderio Caroli resisteret, ut ei coronam ferream ipse imponeret, non Modoëtiæ, sed Mediolani in templo S. Ambrosii, coram Patriarcha Aquilejensi, multisque Episcopis ac Proceribus, die festo Epiphaniæ 6 Jan. anno 1355. Ita Carolus ipse testatur in litteris, quas nono ejusdem mensis dedit ad Petrum Bertrandum Cardinalem Episcopum Ostiensem sibi Romæ coronando destinatum. *Rayn. 1354. n. 1.* *Preuv. Cardᵃ. Fr. p. 351.*

Ultimo Januarii Petrus accepit Papæ mandatum, cujus hæc est summa: Postquam dilectus filius noster Carolus cooptatus est Rex Romanorum, ac ejus electio per Papam Clementem VI approbata fuit; ille, ut per aliquos Fratrum nostrorum Cardinalium Romæ coronandum se curaremus, oravit perbene gnarus nos magni momenti negotiis cis montes detineri. Quocirca oculos in te ac Ægidium Cardinalem de S. Clemente Sacræ Sedis Legatum conjecimus; volumusque, ut Romam petas, ibi Regem illo die, quem elegerit, inungas, & cum *Rayn. n. 2. n. 5. 6. 7. &c.*

Sæcul. XIV. A.C. 1355.

Anna Regina conjuge ſua corones. Tum Innocentius totam actus ceremoniam fuſe præſcribit, jubens omitti ea, quæ non niſi præſenti Papæ ipſi convenirent.

Pr Card. p. 345 347. Rayn 1355. n. 3 &c. M Vill. l. 5. c. 2.

Cardinalis Bertrandus die lunæ 9 Febr. 1355 relicta Avenione, die Mercurii 1 Aprilis pernoctavit Sutrii prope Viterbium: ubi etiam Carolus noctem egit: ac poſtridie Ceſani pranderunt ſimul. Hoc ipſo die, qui erat Cœnæ Domini ſacer, Cardinalis advenit Romam: ubi Carolum die Paſchatis, quem hic elegerat, coronavit cum Imperatrice Anna, quæ ob id ſolum poſt conjugem ſuum venerat ex Germania, & Piſis eum aſſecuta fuerat. Peracta re divina Carolus imperatoriis ornatus inſignibus conſcendit equum: quo totam per urbem vehebatur a templo Vaticano ad palatium Lateranenſe tranſiens, ubi prandium ſumpſit. Dein ſub obtentu venationis extra urbem pernoctavit, & Laurentiopoli quidem: nam Papæ ſpoponderat eodem ſe die Romam relicturum: quod erat inter conditiones imponendæ Carolo coronæ. Cætera quoque promiſſa omnia, quæ ſive Clementi VI, ſive Innocentio poſt ſui electionem fecerat, exſolvit, vel rata habuit per tabulas authenticas, quas Cardinali tradidit.

§. XXVIII.

Sæcul.XIV.
A.C.1355.

§. XXVIII.

Joannes Cantacuzenus imperatoriam dignitatem abdicat.

Mense Januario ejusdem anni 1355 juvenis Imperator Joannes Palæologus Constantinopolim rursus intravit. Joannes Cantacuzenus socer suus eum quasi relegaverat Thessalonicam, & solum fere Imperatoris titulum illi reliquit. Joannes seu Calojoannes, ut propter eximiam corporis speciem vocabatur, nec copias habebat, nec pecunias, per quas fortunam repararet suam; sed amabatur a populo ac Proceribus, qui eum semper agnoscebant suum verum Dominum. Franciscus Cataluzius Nobilis Genuensis Constantinopoli habitans, opibusque affluens per industriam & largitiones suas effecit, ut Imperator Joannes Palæologus illuc mari adveniret noctu ac secreto. Tum magno urbs motu agitari: accingere se armis, & suum erga illum studium profiteri populus: nec se tueri parabat Cantacuzenus, suppetias sibi expectandas perhibens.

M. Vill. l. 4. c. 46.

Cantacuz. l. 4. c. 39. p. 865.

Patriarcha Philotheus populi ferociam metuens relicto palatio suo latebram petiit, se gravem Palæologo ratus, quippe intrusum ad sedem Callisti pro ipso conati,

c. 40.

Sæcul. XIV. A. C. 1355.

conati, paſſique omnia. Ille conditiones pacis obtulit Cantacuzeno: qui has libenter accipiens ei declaravit conceptum pridem, ut ajebat, propoſitum abdicandi res fluxas, vitamque monaſticam amplectendi. Et vero poſtridie depoſitis ipſo in palatio inſignibus imperatoriis religioſam induens veſtem Joannis nomen nomine Joaſaphi mutavit. Simul conjux ejus Irene nomen Eugeniæ aſſumpſit cum amictu cœnobitico. Joaſaph adire montem Athonem volebat.

c. 41.

p. 871.

Eadem hyeme Calliſtus ab inſula Tenedo, quo ſe receperat, redux patriarchalem denuo ſedem Conſtantinopoli nemine obſtare auſo capiebat. Ne Præſulum quidem ſententiam hac de re poſtulans, ſed iniquiſſime tum ab Imperatore, tum ab Epiſcopis tractatum ſe perhibens, ſuam ipſius cauſam judicabat, pœnas ab inimicis ſuis expetiturus. Diſſuadens id Palæologus, quæ diſcordias inter & contentiones facta eſſent, omnia contemnenda dicebat.

M. Vill. l. 5. *c.* 87. *Indic. Arrag. p.* 210. *Rayn.* 1355. *n.* 23. 24. *Baluz. vit. to.* 1. *p.* 328. 337.

Ludovicus Arragonius Siciliæ Rex annos ſexdecim natus decima ſexta Octobris anno 1355 vitam amiſit, ſucceſſorem relinquens ſuum fratrem duntaxat tredecim habentem annos, & imbecillum. Menſe Decembri Petrus Officioſus Arragonum Rex deformis ſimul ac puſillus

fillus Avenionem delatus, Natalem Domini Noſtri cum Papa Innocentio ibi celebravit; & ob Sardiniæ coronam clientis fidem ei ſpopondit; ſicut Benedicto XII fecerat. Sæcul. XIV. A.C. 1355.

§. XXIX.

Joannis Palæologi cum Papa fœdus.

Imperator Joannes Palæologus hinc a Turcis, illinc a Matthæo Cantacuzeno adhuc Adrianopolim, & circumjecta huic loca tenente preſſus, ut a Latinis ſubſidium impetraret, cum Paulo Archiepiſcopo Smyrnenſi cœpit agere de reconciliandis Eccleſiis: ac de conſilio hujus Præſulis confecit, ſigilloque aureo munivit tabulas, quarum hæc erat ſumma: Per ſancta Evangelia juro me obſervaturum omnia, quæ ſequuntur. Ero fidelis atque morigerus ſancto Patri & Domino Innocentio VI Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ Pontifici Maximo, & ſucceſſoribus ejus; Legatosque ac Nuncios ejusdem omni cum reverentia recipiam. Conabor pro viribus omnes mihi ſubjectos illi ſubmittere: atque cum populi longam per conſuetudinem indurati non facile flecti queant, convenit mihi cum Archiepiſcopo Paulo, & Nicolao Sigero meo Megaheteriarcha (ſic vocabatur Dux primus cuſtodum corporis advenarum) ut *Rayn.* 1355. *n.* 33. *n.* 34. *Ducange gloſſ. lat.*

Sæcul. XIV. A.C. 1355.

ut Papa ipsos remittat tribus cum triremibus; & postquam advenerint Constantinopolim, ego meum filium Despotam Manuelem Palæologum Archiepiscopo Smyrnensi tradam secum vehendum aliqua triremium ad Papam: duas relinquat mihi; duas alias huc adducat; & omnes arbitrio meo permittat ad tuendam regionem.

Quando Papa meum filium in manibus habebit suis, quam poterit, celerrime ad me mittet quindecim naves cum equitibus quingentis, ac mille peditibus. Constantinopolim advecti contra Turcas Græcosque nobis inimicos nostris auspiciis semestri spatio militabunt. Interea Papæ Legatus beneficia & dignitates ecclesiasticas Græcis idoneis, qui sponte ad Ecclesiæ sinum redibunt, conferet: prout ipse ac nos expedire videbimus. Si sex intra menses post adventum classis Græci cum Ecclesia Romana se non conjunxerint; de Legati consilio faciemus, ut omnino se subjiciant. Legato incolendum dabimus grande palatium, quod Papæ ac Nunciis ejus perpetuo reservetur. Dabimus illi etiam templum elegans, in quo ipse ac successores ejus rem divinam faciant. Filio natu maximo (Andronicus erat) dabo Magistrum Latinum, qui litteras & linguam Latinam ipsum doceat. Dabo tres domos amplas, ubi di-

scipli-

sciplinæ Latinæ tradantur: & curabo, ut filii Græcorum maxime spectabilium eas frequentent scholas. Si non exequar memorata omnia, jam nunc pro illo tempore me judico indignum Imperio; & jus ejus omne transfero in meum, quem dixi, filium; Papæ hunc do in adoptionem, & patriam potestatem cedo, ita, ut ei conjugem, Tutores, Curatoresque deligere, ac illius nomine Imperium acquirere & gubernare possit. Denique si mea solvam promissa, volo esse vexillarius Ecclesiæ, ac Princeps Ducum Christiani, qui huc transierit, exercitus. Actum Constantinopoli nostro in palatio Blaquernensi 15 Decembris anno mundi 6864, Christi 1355. Sæcul. XIV. A.C. 1355.

Duo Oratores Paulus Archiepiscopus Smyrnensis, & Nicolaus Sigerus Megaheteriarcha, postquam in parva triremi Avenionem attigerant, prope Dominæ Nostræ templum insigne miraculis in terram exscenderunt intra octavam Pentecostes, quæ inciderat in duodecimam Junii. Ferebant litteras clausas, quarum testimonio fides plenior ipsis & tabulis patentibus, quas modo retuli, haberetur. Papa 21 Julii respondebat fusam per epistolam, in qua de gaudio concepto e spe reconciliandi Ecclesias multa faciens verba, excurrit in laudes Imperatoris Joannis; & ad constantiam animato commendat *Rayn.* 1356. *n.* 32. *n.* 33. 34.

Sæcul. XIV. A.C. 1356.

mendat duos Nuncios una missos, videlicet Petrum Thomam Pactarum in Sicilia, & Guilielmum Sissopolis, seu Sizonis in Caria Episcopos.

Cornanville. p. 237.

Imperator Joannes fororis suæ conjugio, & insulæ Lesbi principatu honoraverat optime de se meritum Franciscum Cataluzium Nobilem Genuensem. Huic etiam scripsit Papa, sicut Patriarchæ Callisto; quanquam nullas ab eo litteras nactus; multisque insuper Imperii Græci Proceribus, Hugoni Regi Cyprio, Joanni Gradenico Duci Veneto, Magistro Equitum Rhodiorum, ac Genuensibus. Sed copias & naves, de quibus convenerat, mittere haud poterat. Itaque pactum effectu caruit.

§. XXX.

Initia S. Petri Thomæ Carmelitæ.

Petrus Thomas Pactensis Episcopus in Petrocoricensi agro, & Sarlatina diœcesi ortus patrem habuit quendam villicum tam inopem, ut duobus liberis suis, huic filio & filiæ alendis impar esset. Petrus in propinquo pago victum precario conquirens haud omittebat frequentare scholas, & in litteris ita proficiebat, ut brevi pueros erudiret. Aginnium postea venit: ubi multos per annos Grammaticæ

Vita c. 1. ap. Boll. 19. Jan. to. 1. p. 995.

cæ ac Logicæ navabat operam, de ſtipe ſemper, ac ex labore vivens ſuo: nam tironibus de provincia Grammaticam, deinde Logicam tradebat: quod egit usque ad viceſimum ætatis annum. Carmelitarum Præſes, ſive Prior cum Profeſſore juvenem, cujus peritiam videbant, Lactoram duxit: ubi hic docuit biennio. Tum Carmelitarum Condomienſium Præſes, qui ſubtilitatem ingenii, & morum puritatem in homine miratus fuerat, perductum ad ſuos Ordinis veſte induit. Nuncupavit ſolennia Petrus vota, & poſt quinquennium eſt ſacerdotio inauguratus. Sæcul.XIV. A.C.1356.

Pariſios exinde miſſus poſt annos decem ibi primam Theologiæ lauream accepit. Suam in provinciam cum rediiſſet, factus Procurator Ordinis ad Romanam curiam, nempe Avenionem venit; ubi agebat Ordinis Præpoſitus Generalis: qui ſtatura parvum, nec oris ſpecie magni quidquam indicantem ſiſtere Cardinalibus erubuit. At Cardinalis Talerandus eſſe virum præſtantem ac ſuum popularem audiens voluit eum videre, atque in prandium adhibuit. Quo finito agitabatur quædam quæſtio ex more Cardinalium: & Frater Petrus Thomas doctrinæ ac perſpicaciæ ſuæ tanta dabat ſpecimina, ut poſthæc Romana Curia

Sæcul. XIV. A.C. 1356. ejus conciones æque ac disputationes admiraretur.

Tandem urgente Cardinali Petrocoricensi comitia Carmelitarum generalia statuerunt, ut Petrus Thomas Parisios iret studiorum curriculum confecturus, ut Theologiæ Doctor evaderet. Ivit proinde, ac libros divinos suo in cœnobio explicabat. Non quidem poterat secundum leges Universitatis designari Doctor, nisi quinque insuper annis docuisset: at præter morem anno tertio per suffragia Doctorum, quibus cognita erat Viri eruditio, Theologiæ insignia obtinuit. Mox repetiit Avenionem: ubi sacrum Oratorem pontificium, & in Romana curia Theologiæ Professorem agebat. Duas sæpe aut tres conciones eodem habens die generalem Cardinalium ac Præsulum existimationem collegit, ita, ut cœnobio suo largissimam stipem accerseret. E suggestu verba faciens nemini parcebat, ne Papæ quidem: plerumque in sermone medio movebat risum: sed & lacrymas ciebat; ac in fine auditores cunctos remittebat in sententiam pertractos suam, & solatio perfusos. Hæc omnia sunt facta sub Clemente VI.

c. 3. Papa Innocentius VI Thomam legavit ad Ludovicum Neapolis Regem, ac Joannam hujus conjugem. Postea Imperatori Carolo IV Italiam ingresso Thomam

nam ut Nuncium suum obviam ire jussit. Tum eundem misit ad Stephanum Rasciæ Regem, qui se a Græcorum schismate ad Romanam Ecclesiam transiturum Papæ per Legatos indicaverat: ut docet hujus responsio 24 Dec. anno 1354 data. Et quia hæc legatio Imperatoris ac Regis intererat, poscebatque illustrem Præsulem; Innocentius Thomam Pactensem in Sicilia Episcopum declaravit per diploma 16 Nov. eodem anno scriptum. Hic operam lusit apud Serviæ Regem, qui se ad Papam non verterat nisi ob spem auxilii contra Regem Hungariæ. Cæterum fortem animum exhibuit Thomas, dum recusabat osculari pedem Regis, ac spernebat præceptum, quo is subjectos sibi vetuit adesse Legati sacrificio, alioquin oculis privandos. Dein ad Venetos & Ludovicum Hungariæ Regem missus est Thomas: verum res e sententia non successit. Talis erat Pactarum Episcopus, quando Constantinopolim legabatur.

Sæcul. XIV. A. C. 1356.

Rayn. 1354. n. 28. 29.

Sicil. sat. to. 1 *p.* 402. *Boll. p.* 998. *vit. Inn. p.* 347.

c. 4. *Boll.*

§. XXXI.

Venetiis constringitur Inquisitio.

Michaël Pisanius ex Ordine Prædicatorum Inquisitor Venetus aliquot Judæos remisso fidei catholicæ, quam diu professi erant, nuncio etiam hæreses

Vad. 1356. n. 12.

Sæcul. XIV. A.C. 1256. amplexos carceri addixerat. Obstabant ministri quidam Ducis Joannis Gradonici: & correptos Inquisitoris domesticos omnes quæstioni subjiciebant, eos, cum hæreticos illos comprehenderent, de ipsorum bonis aliquid occupasse causati. n. 13. 14. &c. Inquisitor id Papæ conquestus est: qui Ducem per litteras 1 Maji anno 1356 scriptas oravit, ut ne impediret exercitium inquisitionis, quæ potius adjuvanda esset. At cum res duceretur longius, Michaël, ut eam urgeret, Avenionem ipse petiit. Vita interim functo Duci Gradonico Joannes Delfinus successerat: cui Papa per epistolam 17 Sept. eodem anno datam gratias egit pro præsidio, quod Inquisitori Michaël Pisanio ferret: quod indicat, jam sublatam fuisse controversiam.

§. XXXII.

Bertholdus hæreticus Spiræ concrematur.

Spiræ Inquisitores jusserunt capi Bertholdum quendam spargentem hos errores: Christus in suis cruciatibus se sensit a Patre suo ita derelictum, ut valde ambigeret, utrum anima sua obtineret salutem perpetuam, an damnaretur. In eodem statu ob doloris vehementiam male precatus est sanctæ Virgini Matri suæ,

Chr. Hirs. to. 2. p. 231.

ſuæ, ac terræ ſuum haurienti ſanguinem. Sæcul.XIV.
Homo in hac vita poteſt tantam aſſequi A. C. 1356.
perfectionem, ut precibus, aut jejuniis non habeat opus amplius, eique nihil vitio detur. Precatio, quæ voce fit, eſt inutilis ad ſalutem: ſufficit precatio mentis. Homo profanus in libris hoſpes ac peregrinus, ſed illuſtratus a Deo poteſt aliis, ſibique ipſi prodeſſe magis, quam Sacerdos litteratiſſimus, vel ſi Doctor ſit. Major fides ac obedientia debetur concionibus & documentis hujus laici ſic illuminati, quam Evangelio, ſcriptisque Doctorum omnium. Homo pius ſolito utens victu ſuo poteſt acquirere tantundem gratiæ, quantum accipiendo corpus & ſanguinem Chriſti.

Hæc octo puncta comprehendunt præcipuos Bertholdi errores; quibus jungebat permultos alios. Tradebat eos ſecreto ſimplicibus Wurzeburgi primum, poſtea Spiræ: ubi detectus captusque publice interrogabatur ab Inquiſitoribus, aliisque viris doctis; & convictus fatebatur errores ſuos. Rogatus, an eos deponere, ac fidem Eccleſiæ amplecti vellet, repoſuit: Mea fides eſt donum Dei: quapropter ab ea deſciſcere nec debeo, nec volo. Sic obſtinatus animo traditus Juſtitiæ, damnatus ad rogum, & combuſtus eſt hoc anno 1356. p. 232.

Sæcul. XIV. A. C. 1356.

§. XXXIII.

Frater Joannes Rupicæſius fanaticus.

Interim Avenione Papa in carcere tenebat quendam fratrem Minorem Joannem Rupicæſium e cœnobio Auriliacenſi, qui ſe gerebat pro Vate ſacro, & multos prædicebat eventus, ſe divino ſpiritu afflatum perhibens. Moribus erat puris, ac verſatus in ſacris litteris, ſimulque in profanis ſcriptoribus: & vero ſatis honeſte aſſervabatur. Anno 1356 Cardinalis Raymundus Caniliacenſis Archiepiſcopus Toloſanus Avenione commorans eum ſcripto rogabat, quamdiu duratura eſſent bella tum Galliam agitantia? Frater Joannes reſpondit: Tuum ſcriptum, ſi auſim dicere, Deum graviter lædit: cum præter illum nemo præſcire poſſit, quod quæris. Non ſum Vates divinus: ſum miſer homuncio peccans; &, quæ aſſero, non dico ex meo cerebro, ſed ſolum per intelligentiam ſacrorum Vatum. Hæc bella durabunt & creſcent ad cœlum usque: quidquid adhuc videmus, parum eſt. Tota orbis facies mutabitur: ubique brevi regnabit tyrannis: multi potentes Viri exuentur ſuis dignitatibus, & crudeliter in urbibus neca-

C Nang. p. 822. 1. Vita Innoc. p. 331. & not. p. 942. Froiſſ. l. 1. c. 211.

necabuntur. Alieni a fide Chriſtiana La- Sæcul.XIV.
tinorum regna invadent: flagellum An- A.C.1356.
glorum aggravabitur, donec omnes regni partes perculerit. Ajebam id publice abhinc annos viginti & amplius: ideo inſanus habebar. Ad Eccleſiæ reditus quod attinet: quamprimum perdentur: Clero eos adiment populi, & vix relinquent, unde vivat. Romana curia ex urbe cumulata vitiis Avenione aufugiet, antequam ſex anni effluxerint. Videbimus falſitatem adſcripti temporis: & ecce ſpecimen oraculorum fratris Joannis Rupicæſii!

§. XXXIV.

Cleri Gallici querelæ de imperatis ſibi decimis.

Rex Joannes bello Anglorum preſſus premebat ſuam gentem tributis, Clerumque ipſum decimis. Papa Innocen- *M. Vill. l. 6. c. 18.*
tius illi hanc in ſententiam ſcripſit: Ro- *Rayn. 1356. n. 5.*
manam ad Curiam delatæ ſunt querimoniæ, quod e Miniſtris tuis aliqui Clerum regni tui ad ſolvendam reditus annui decimam compellere velint, prætexentes conſenſum pauculorum Præſulum, quibus reliqui nullam dederant poteſtatem; præterquam quod id eis non liceret ſine permiſſu Supremæ Sedis.

Sæcul. XIV A.C. 1356

Insuper hæc decima tam duriter exigi fertur, ut, siquis eandem non pendat seu inopia, seu religione impeditus, tui Prætores ejus bona occupent, ac tibi tradant, ita, ut Clerici sic vexati, & vitæ subsidiis destituti templa & beneficia sua relinquere cogantur.

Finit exhortando Regem, ut res tam indignas omitti jubeat, audiatque monita duorum Cardinalium ipsius Nunciorum Talerandi Episcopi Albanensis, & Nicolai Capochii. Dabat 3 Septembris: ac die lunæ 19 ejusdem mensis Rex Joannes captus est in prœlio Pictaviensi, ad quod Valliæ Principem adegerat; etsi summopere repugnabant duo Nuncii ad pacem conciliandam missi. Rex captivus Burdigalam, & inde in Angliam vehebatur.

Froiss. l. 1. c. 161. 164. 165.

Rayn. n. 7.

§. XXXV.

Creantur Cardinales.

Sub finem hujus anni, scilicet die Veneris 23 Decembris Papa Innocentius decrevit sex Cardinales. Primus erat Petrus * Sylvius tunc Archiepiscopus Rothomagensis, & Franciæ Regis Cancellarius. Natus in Cenomania post humaniores litteras & Philosophiam didicit Jus tam Civile, quam Canonicum, quod Aureliæ & Andegavi cum nominis cele-

* de la Forêt

Vitæ t. 1. p. 331. not. p. 931.

celebritate docuit. Dein Parisiis causas egit eo successu, ut Regis Philippi Valesii Advocatus fieret. Habebat tum temporis multa beneficia, septemque numerantur; quorum præcipua sunt sacra præfectura Varennensis in templo S. Martini Turonii, canonicatus Ecclesiæ Rothomagensis, & alter Parisinæ. Cum Principis Joannis tum Normanniæ Ducis Cancellarius, & 14 Julii an. 1349 Tornacensis Episcopus evasisset; sequente anno Cancellarius Regis Philippi, & postmodum Regis Joannis fuit renunciatus. Anno 1351 a Papa Clemente VI ad sedem Parisinam Alduino Audeberto Antissiodorum traducto vacuam, ac denique post Joannis Marennini mortem mense Decembri obitam mense Januario anni 1352 ad metropolitanum solium Rothomagense translatus est. Parisiis Joannem Mellentinum antea Noviodunensem Episcopum, Rothomagi Guilielmum II Flarancurtium successores habuit: huic enim urbi, & archidiœcesi longam salutem dixit; postquam appellatus erat Cardinalis Presbyter de duodecim Apostolis.

Sæcul. XIV. A.C. 1356.

Dubois Eccl. Paris. to. 2. p. 640. Pomer. Roüen p. 514

Secundus fuit Elias Iteriosanensis Episcopus Vectianus. Iteriosani in agro Lemovicensi ortus, cum Ordini S. Benedicti dedisset nomen, anno 1335 a Benedicto XIII Salmurinus ad S. Flores-

Vitæ p. 331.

Sæcul. XIV. A. C. 1356.

tium Abbas, & Apoſtolicæ rei tabulariæ Auditor; an. 1345 a Clemente VI Vectianus poſt Guilielmum Mandagotum Epiſcopus, nunc ab Innocentio Cardinalis Presbyter de S. Stephano in monte Cælio eſt declaratus.

Gall. Chri. to. 3. p. 1147.

Tertius, Franciſcus Tudertinus Italus, tum Epiſcopus Florentinus. Primo Corfinii prope Sulmonem, anno 1348 Cluſii, an. 1353 Montis Caſſini, poſt biennium huc Florentia translato Angelo Acciajolo iſtius urbis Præſul per Innocentium VI, & modo Cardinalis Presbyter de S. Marco, & in Romana Eccleſia ſummus expiationum Præfectus deſignatus eſt.

Bal. p. 933.

Quartus, Petrus Montiracius Papæ Innocentii ſororis filius in Lemovicenſi tractu Donzenaci Brivam inter ac Uſercam natus. Anno 1356 ab avunculo ſuo Pompejopolitanus Epiſcopus dictus, ſed non conſecratus, eodem anno Cardinalis Presbyter de S. Anaſtaſia, & poſt quinquennium Eccleſiæ Romanæ Pro-Cancellarius creatus fuit. Non numeratur inter Præſules Pompejopolis; licet inde cognomen traxerit: ſed cum Arnaldus Barbazanus hoc anno vitam poſuiſſet, ſucceſſit ei Michaël Sanctius Aſſianius electus hoc ipſo anno, & a Papa confirmatus.

Bal. p. 936.

Sandoval. catalogo. fol. 100. 101.

Quintus, Guilielmus Farinarius tum Ordinis Minorum Miniſter Generalis.

Bal. p. 941.

Gurelo-

Gurelonii Cadurcina in diœceſi ortus, poſtquam Toloſæ anno 1344 Theologiæ inſignia acceperat, ſequente anno ut Fratrum per Aquitaniam Miniſter Provincialis in monaſterio Figiacenſi Joannem Rupicæſium carceri mandavit. Anno 1348 in comitiis Veronenſibus ad clavum totius Ordinis admotus anno 1351 Lugdunenſia, & anno 1354 Aſſiſina obiit. Tandem Cardinalis Presbyter de S. Marcellino nominatus eſt, ita ut Ordini ſuo præeſſet usque ad proxima comitia generalia. Anno 1357 accepit a Papa prioratum Benedictinum abbatiæ, quam Manſum Aſilii vocant, obnoxium.

Sæcul. XIV. A. C. 1356.

Vading. 1356. *n.* 21.

Sextus, Nicolaus Roſſelius Catalanus Ordinis Prædicatorum per Arragoniam Magiſter Provincialis, & Inquiſitor, Doctorque Theologiæ. En ſex Cardinales menſe Decembri an. 1356 pronunciatos! Quia primus & ultimus aberant, difficultas erat in modo tribuendi eis petaſi.

3. *Vitæ p.* 329.

Etenim duo Cardinales in Francia & apud Regem captivum Nuncii Papam per litteras orabant, ut venire Burdigalam liceret Petro Sylvio, novo Collegæ ſuo, qui una cum ipſis Regem juvaret conſiliis, & hujus libertati ſtuderet: atque ne dignitate inferior ipſis videretur, petebant, ut ruber illi petaſus mitteretur. Papa reſpondit: Poſtquam epiſtolam veſtram noſtris cum Fratribus legeramus,

Rayn. 1357. *n.* 2.

Sæcul. XIV. A.C. 1357.

ramus, censebant fere omnes, mori veteri non esse derogandum. Nos autem temperamentum attulimus, & Pictavos suum Cardinali petasum duximus mittendum ea lege, ut illo tunc solum uteretur, si fidei publicæ testes litteras, & libere ad Regem commeandi copiam obtinuerit. Hanc in sententiam nostros pertrahere Fratres cum nequiremus, hunc petasum cogitavimus Burdigalam ad vos mittere tradendum Cardinali, si Regem adire posset. Dabat Calendis Februariis anno 1357.

Id. 1356. *n.* 41.

Etiam Rex Arragonum rogavit Papam, ut petasum Cardinali Nicolao Rosselio mitteret. At renuit Innocentius: Regique a Petro Sylvio exemplum capienti monstravit differentiam in eo sitam, quod is Franciam inter & Angliam pacem curaret. Reapse Burdigalam transiit, & hinc in Angliam cum duobus Nunciis: sed mense Augusto hujus anni re infecta inde revenerunt.

M. Vill. l. 7. c. 95.

§. XXXVI.

Disceptatio inter Clerum & FF. Mendicantes.

In Anglia hoc tempore nata est magna controversia Clerum secularem inter & quatuor Ordines Religiosorum Mendicantium

cantium. Clerum ducebat Richardus Fixeraldus, seu Filius Radulphi Archiepiscopus Armachanus, & Hiberniæ Primas. Ortus Dundalci parva ejusdem insulæ urbe, ubi ejus memoria etiamnum colitur, Archidiaconum primo Lichfeldianum, deinde Universitatis Oxonienſis Cancellarium egerat. Cum Archiepiscopus evasisset, negotium Mendicantibus Religiosis facessere orsus, in Angliam ubi Clerus eos jam impugnabat, transiit. In Londinensi templo S. Pauli contra eosdem quasdam habuit conciones, ibique adversus Rogerium Chonocum Ordinis Minorum per Angliam Ministrum Provincialem disputavit. Interea cœnobii Armachani Custos (Guardianum vocant) ad Papam provocans Archiepiscopum citavit Avenionem: quo hic reipsa se contulit anno 1356. Papa rem discutiendam commisit quatuor Cardinalibus, nempe Guilielmo Curtio Episcopo Tusculano ex Ordine Cistercienſi, Petro Crosio de S. Martino *in Montibus*, Eliæ Iteriosanensi Ordinis Cluniacensis, & Francisco Tudertino Summo expiationum Præfecto.

Saecul. XIV. A.C. 1357.

1. *Vita Inn. p.* 338. 950. *Valsing. p.* 173. *Vad.* 1357. *n.* 3.

Archiepiscopus Avenione suam oravit causam in præsentia Papæ, Cardinalium ac Præsulum 8 Nov. 1357, & sermonem instituit longissimum: summam hujus accipe! Primum assevero me non petere

Secul. XIV. A. C. 1357.

petere suppressionem Ordinum Mendicantium, sed solum, ut revocentur ad primitivam puritatem suam. Ob quædam Ecclesiæ meæ Armachanæ negotia Londinum profectus, ibi Doctores satis idoneos inveni disputantes adversum illos de paupertate Christi: atque ut e suggestu ad populum dicerem, sæpe invitatus septem aut octo conciones lingua vulgari habui versantes in novem conclusionibus, ob quas hi Fratres appellarunt ad Summam Sedem.

Golet. Monarch. to. 2. p. 1392. Duboulai. to. 4. p. 336.

Illæ propositiones ita sonant: Christus per mortalem vitam suam semper fuit inops: sed nunquam mendicavit ultro, nec suos mendicare jussit: immo id non faciendum docuit. Nemo potest prudenter & sancte se adstringere ad mendicationem voluntariam & perpetuam: nec hanc præcipit regula Minorum. Papæ Alexandri IV litteræ Doctorum scriptum condemnantes nullam ex his propositionibus oppugnant. Christiani potius Parocho suo in parœciæ templo, quam Fratribus in sacello noxas confiteri debent. En sanctissime Pater! en propositiones, quas in meis sermonibus defendi, & juvante Deo etiamnum tueri volo.

Tum Richardus in demonstrationem ingrediens, initium ducit a duabus ultimis propositionibus, quæ contingunt Men-

Mendicantium privilegia, tanquam ma- Sæcul. XIV.
teriam, quæ maxime interſit totius Ec- A. C. 1357.
cleſiæ, & tam populi, quam Cleri. Con-
tendit igitur tutius eſſe ac utilius, ſi ſuo
quisque Parocho confiteatur. Credo, p. 1393. l. 55.
ait, quotannis in diœceſi mea dari bis
mille devinctos pœnis anathematum ge-
neralium in authores incendiorum, alios-
que ſimiles. Vix quadraginta eorum ad
me, vel illos, quos expiationibus præ-
feci, veniunt: omnes tamen accipiunt
Sacramenta, & a Fratribus abſolvi dicun-
tur. Addit: Homo privatus ſuſpicari
poteſt, eos inopiæ ſuæ levamen quærere
audiendo confeſſiones, & tota pro pœna
ſtipem in rem ſuam imponere. Revera p. 1395.
ex quo tempore Fratres confitentibus o-
peram dandi poteſtatem obtinuere, ubi-
que cœnobia condiderunt palatiis ſimilia;
quod antehac facere nequibant: nec au-
ditum eſt unquam, eos ſtipem impe-
raſſe pro reparando templo parœciæ, aut
via communi, vel ponte aliquo. Sed &
ſuo tantum quisque Ordini eam applicat:
nec Franciſcani ullam Dominicanis com-
parant.

Adjungit Præſul: Abuſus privilegio- p. 1397. l. 5.
rum, quæ Fratribus conceſſa ſunt, multa
alia incommoda Clero accivit. Confi-
tentur illis plerique adoleſcentes, ſive U-
niverſitates adierint, ſive apud parentes
hæreant ſuos. Munuſculis eos aliisque
artibus

Sæcul. XIV. A. C. 1357.

artibus Fratres in ſuum inducunt Ordinem, cum ætatis maturæ homines ſic attrahere nequeant. Tum vero juvenes illos non pedem efferre foras, non parentibus loqui ſine teſtibus ſinunt, donec ſolennia vota voverint. Quæ res multos in Anglia patres a filiis ad litterarum ſtudia mittendis abſterret magno Cleri damno. Meo ipſius tempore, ne longius retro eam, Oxonium tricies mille diſcipulos habebat; nunc autem non ſexies mille numerat. Præterea Fratres adeo ſunt aucti, ut in Univerſitatibus vix emi poſſit ullius facultatis liber egregius: cunctos illi coëmunt, atque in quovis cœnobio inſignem & amplam bibliothecam tenent.

p. 1400. l. 30.

Haud immerito dixerim ſpeciatim Fratres Minores a ſeveritate ſuæ regulæ receſſiſſe comparando ſibi poteſtatem concionandi, audiendi confeſſiones, & dandi ſepulturas: unde percipiunt commoda, quibus antea carebant. Inſuper S. Franciſcus in ſuo teſtamento prohibet, ne per cauſam ſpargendi ſementem verbi divini ullas a Romana curia litteras poſcant: igitur obedientiam violarunt poſtulando hæc privilegia, quæ ipſorum precibus data dicuntur in diplomate. Reponent forſitan hoc teſtamento ſe non teneri ſecundum declarationem Gregorii IX: ſed eam monſtrare nequeunt. Ri-

p. 1401. l. 35.

Sup. lib. 78. §. 31.

Sup. lib. 79. §. 24. 26.

chardus

chardus de hoc facto perperam edoctus erat: & nos habemus illam declarationem an. 1230 scriptam. Sæcul. XIV. A.C. 1357.

Vad. 1230. *n.* 14.

Postquam differuit de privilegiis, ad probandas priores septem propositiones suas procedens ait: Inter partes convenit, Christum semper fuisse pauperem: tantum est quæstio, an ei paupertas ob se ipsam in amore fuerit? quod fieri potuisse nego: cum sit malum ac effectus peccati. Pergit ostendere, Christum nullo unquam verbo aut facto docuisse mendicationem. Verum subtilia magis quam solida sunt ejus argumenta: & sufficit negare factum, quod nemo demonstrare potest. Insistit etiam testamento S. Francisci; & quærit, qua fronte Fratres Minores colligere stipem queant post adeo clarum laborandi præceptum? *p.* 1305. *l.* 35.

Hic sermo, qui est inscriptus Defensio Parochorum contra illos, qui se privilegiis affectos dicunt, oblatus fuit Cardinalibus, nimirum iis (sic intelligo) quibus Papa rem demandaverat. Doctor Rogerius Chonocus Anglus ex Ordine Minorum ejus exemplar nactus reddidit responsum, quod inscribitur Defensio Religiosorum Mendicantium: ubi duntaxat quæstionem de privilegiis, ac explicationem capituli *Omnis utriusque sexus* tractat, innitens maxime decretali Joannis XXII *Sup. l.* 92. §. 54. *p.* 1410.

Sæcul. XIV. A. C. 1358.

Vas Electionis contra errores Doctoris Joannis Poillii.

Vad. 1357. n. 7. 8.

Cum lis in Romana curia propemodum anni ſpatio hæſiſſet, Papa Innocentius ad cunctos Angliæ Præſules miſit decretum tantummodo interpoſitum, ubi, ait: Prohibemus, ne inter hanc actionem turbetis Fratres Mendicantes in poſſeſſione facultatis ſedendi pro tribunali ſacro, concionandi, dandi ſepulturam, & accipiendi ſtipem. Nec tamen ullum hac de re præjudicium facere, vel novare aliquid durante lite volumus. Dabamus Avenione 1 Oct. anno ſexto pontificatus noſtri, ſcilicet anno Chriſti 1358. Lis non eſt deciſa firmiter: Archiepiſcopus cauſam, & curiam Romanam relinquere cogebatur; cum præmiſſum ſibi a Clero Anglico ſubſidium haud obtineret amplius: & interim Fratres Mendicantes confirmationem ſuorum privilegiorum per litteras recentes a Romana curia magnis largitionibus impetrabant. Ita rem narrat Thomas Walſingamus Benedictinus in Anglia Monachus ſcriptor coævus. Archiepiſcopus Armachanus delatus in Belgium, probabiliter, ut in Angliam rediret, Montibus in Hannonia diem obiit ſub finem ſequentis anni 1359.

c. 5.

Vad. p. 173.

§. XXXVII.

Sæcul. XIV.
A.C. 1358.

§. XXXVII.

Principes Religiosis Mendicantibus se adjungunt.

Sub illud tempus Ordinum Mendicantium instituta complexi sunt magni duo Principes, Petrus Arragonius, & Carolus Alenconii Comes. Ille parentes habuit Jacobum II Arragoniæ Regem, & Blancam Siculam Regis Caroli II filiam ac sororem S. Ludovici Tolosani Episcopi. Erat Comes Ripæ Curtiæ, duxitque Joannam Rogerii Bernardi Comitis Fuxensis filiam, ex qua liberos quatuor suscepit. Anno 1343 prope Tarraconem condidit pauperum diversorium publicum, quod vocatur hospitalis domus Principis. Conjuge mortua sub annum 1358 inter tres filios sua partitus bona, Valentiæ apud Fratres Minores assumpta veste monastica ante completum tirocinii annum gratiam legis faciente Papa S. Francisci regulam solemniter est professus coram multis Nobilibus; & minimum viginti annos postea vixit.

Vit. PP. to. 1 p. 342. 967.

Vad. 1358. n. 2. 3.

Blanca. p. 664.

Vad. 1380. n. 27.

Carolus Alenconii Comes erat patruelis Regis Joannis, utpote filius alterius Caroli, qui Philippo Valesio gaudebat fratre, postea in Cressiacensi prælio necatus anno 1346. Hujus, inquam, filius

Sæcul. XIV. A. C. 1359.

lius natu major, de quo agitur, in ipso ætatis flore Ordini Dominicano nomen dedit mœrente matre sua Maria Hispanica: quæ Papæ per litteras expositit, ex Principis abitu totum agrum Alenconiensem manere obnoxium graviſſimis damnis & cladibus; si spectarentur turbæ ac bella tunc in regione grassantia: se proin orare, ut Papa ærumnas averteret. Is Joannem Montis Ferrati Marchionem per epistolam rogavit, ut injectam Carolo mentem probe perquireret, confirmaretque magis, si esset solida; sin levitas juvenilis, eum reduceret. Dabat 23 Jun. an. 1359. Perseveravit Carolus, & postmodum evasit Archiepiscopus Lugdunensis.

Bzov. 1359. *n.* 12. *Rayn. eod. n.* 1.

§. XXXVIII.

Subsidium Papæ denegat Germania.

Die sabbati 14 Oct. 1357 Papa Innocentius Philippum Cabassolum Episcopum Cabellionensem in Germaniam miserat, ut decimum denarium de cunctis proventibus ecclesiasticis colligeret in augmentum ærarii Apostolici. Ob petitionem hujus subsidii extraordinarii Clerus trium provinciarum Colonienſis, Trevirensis, & Moguntinæ cum Abbatibus multis congregatus communi voce statuit Papæ nihil largiri: & hoc responsum

2. *Vit. Inn. p.* 350. *Chr. Hirs. p.* 234.

sum Nuncio Philippo, qui tum Mogun- Secul. XIV.
tiæ agebat, reddidit. Mox dein datis ad A. C. 1359.
reliquas Germaniæ provincias litteris Clerum omnem, cunctosque Monachos ad suam perduxit sententiam: quin etiam ad Papam causas recusationis perscripsit. Qui discordiam in Ecclesia veritus rem silentio prætermisit.

At Imperator Carolus ob hanc Papæ postulationem cunctos Imperii Principes Moguntiam convocavit anno 1359. Multi eo venerunt, inter alios Bavariæ ac Saxoniæ Duces. Auditus ibi Nuncius Papæ postulatum illis persuadere studuit. Quid ei responderetur, consultare jussi Viri doctissimi; quorum in numero erat Conradus Alzejanus Ruperti Comitis Palatini Cancellarius, quem pro Clero dicere volebant Principes. Igitur in medio conventu sermonem habuit, cujus hæc est summa:

Romani Germaniam semper pro auri fodina habitam exhauriendi modos varios invenerunt. Quid dat huic regno Papa nisi verba & litteras? Cuncta conferat beneficia! sed horum reditus relinquat iis, qui hæc administrant! Satis pecuniæ mittimus in Italiam pro mercibus, & Avenionem pro nostris filiis ibi discentibus litteras, aut petentibus beneficia, ut ne dicam, ementibus. Nemo vestrum, o Principes, ignorat, ex Ger-

Sæcul. XIV A. C. 1359. mania quotannis ad curiam Papæ magnam auri & argenti vim deferri pro confirmandis Præsulibus, impetrandis beneficiis, decidendis litibus, admittendis appellationibus ad sacram Sedem; pro legum laxamentis, absolutionibus, indulgentiis, privilegiis, cæterisque gratiis. Ab omni vetustate Archiepiscopi ratas habebant electiones Suffraganeorum Præsulum: Joannes XXII fuit, qui hoc illis jus ætate nostra per vim eripuit. Et ecce! Papa insuper a Clero subsidium novum & inauditum exigit, censuras minitans iis, qui obsisterent, aut non parerent. Obstate principiis mali hujus; nec imponi vobis tam probrosæ servitutis jugum sinite!

Postridie Imperator ac Principes accito Nuncio respondebant, Clerum haud posse pendere subsidium tam extraordinarium; ac præcipue Carolum indignari, hoc onus a Papa Germanis potius, quam reliquis Europæ gentibus injunctum. Commotus itaque ajebat: Domine Præsul! Cur Papa tantum pecuniæ a Clero poscit, nec eum corrigere cogitat? Vides, quam ducat vitam; quanta sit ejus avaritia, superbia, luxus, & mollitia.

Sup. §. 20. Hæc loquens observabat in conventu Conradum Falkensteinium Canonicum Moguntinum, qui fuerat Adjutor Archiepiscopi

piſcopi Henrici; & poſtea evaſit Archie- Sæcul. XIV.
piſcopus Trevirenſis. Gerebat tegmen A.C.1359.
capitis magnificum, auro gemmisque ornatum: quod Imperator imponens ſibi dabat Conrado ſuum nudo ex panno conſtans. Tum ad Principes converſus, Quid videtur vobis, inquiebat: nonne per hoc tegmen Equiti quam Canonico ſimilior ſum? Et ſuum repetens ad Gerlacum Archiepiſcopum Moguntinum dicebat: Per fidem nobis debitam imperamus tibi, ut Clerum tuum ſecundum Canones emendes. Rebellium ac inobſequentium fructus annuos occupabis noſtro addicendos fiſco: immo, ſi opus erit, carceribus mandabis refractarios. Eadem mandabat cæteris regni Epiſcopis.

Nuncius Philippus accepta hac repulſa Clerum Germaniæ in Papam conſpiraſſe videns, poſt dies octo cum ſuis domeſticis Rheno deſcendit Coloniam; unde Avenionem rediit. Papa rem edoctus ne prorſus nihil acciperet, per totam fere Germaniam miſit nuncios, qui dimidios fructus omnium beneficiorum tunc vacantium, & quæ vacarint intra biennium, colligerent ærario Apoſtolico reſervandos.

Germanici Cleri vita licentior ex parte provenit civilibus a bellis & ſchiſmate, quod fovit Ludovicus Bavarus. Malo remedium allaturus Carolus Imperator

Sæcul. XIV. A.C. 1359. ea, quæ in comitiis Moguntinis ore præceperat, insuper scripsit Episcopis, minitans se proventus ecclesiasticos per Principes profanos in sequestro poni jussurum. Tum Papa 20 Aprilis litteras ad eum tales dedit: Laudamus tuum pietatis studium. Sed cave, ne id, quod bono agis animo, officiat dignitati Sacræ Sedis, ac libertati ecclesiasticæ. Igitur oramus, ut a comminationibus sequestri abstineas; atque siquem effectum habuerunt, rem in statum pristinum restituas. Præsules vero, quos maxime idoneos censueris, excita, ut contra talem Clerum munere fungantur suo. Idem nos eis inculcabimus.

Rayn. 1359. n. 11.

Papa reapse 29 ejusdem mensis ad Archiepiscopos Moguntiæ, Trevirorum, Coloniæ, Bremæ, ac Salisburgi scripsit in hanc sententiam: Ut nuperrime audivimus; in Germania complures Ecclesiastici, etiam Episcopi quidam suis obsequentes animis imitantur homines profanos, participant ludos Trojæ, seu equestris pugnæ simulacra, & alia exercitia militaria: gerunt vestes, calceos, & ornatus sibi prohibitos: & ita dissipant bona pauperum magna populi offensione. Idcirco vos jubemus hos errores in omnibus Clericis cujuscunque gradus & dignitatis reprimere, curareque, ut status sui gravitatem ac modestiam colant. Episcopos

piscopos quoque Suffraganeos vestros monebitis, ut obnoxii sibi Cleri moribus pari modo invigilent. Sæcul.XIV. A.C.1359.

§. XXXIX.

Imperatoria sanctio pro Clero.

Carolus ex parte sua pro conservandis Ecclesiæ juribus sanctionem edidit sequentem: Ut Moguntiæ, Coloniæ, ac Magdeburgi Collegia Metropolitana nobis conquesta sunt: quidam Duces, Comites, Barones, aliique Domini profani, nonnulli Consules, ac Rectores urbium & oppidorum contra Clerum ac ejus jura, libertatem & privilegia fecerunt decreta, edictaque; exempli gratia, ne bona profana transferrentur in potestatem Ecclesiæ; ne Clerici majores nacti Ordines admitterentur ad poscendum dicendumve testimonium in rebus civilibus, præsertim in causis piis; atque ne laici sacra detestatione devincti ac denunciati a foro profano arcerentur. Præterea hi Domini, & hi Magistratus occupant detinentque Clericorum bona; diminuunt, & constringunt dona Christianorum; extorquent tributa, & alias pensiones de bonis ecclesiasticis; diripiunt, & incendunt domos, ac prædia; recusant in acta referre, ac sigillo munire pactiones legitimas Clericos inter laicosque conflatas; *Gold. constit. to.2. p. 92.*

Sæcul. XIV. A.C. 1359.

invadunt donata legataque ad ſtructuras; & in cœmeteria templaque profugos inde abſtrahunt. Quocirca præſcripta illa omnia reſcindimus: eaque revocare, ac ſupprimere jubemus cunctos harum provinciarum Magiſtratus & Dominos, alioquin ex Imperio pellendos in exilium. Statuimus etiam, ut quisquis Sacerdotem aut Clericum ad pugnam provocarit, comprehenderit, aut detinuerit in carcere, ſpoliarit, occiderit, vel mutilaverit, ultra pœnas canonicas declaretur infamis, ac excluſus quolibet Nobilium conventu. Dabat Pragæ 13 Oct. 1359, Indictione duodecima.

§. XL.

Continuatur Petri Thomæ legatio.

Sup. §. 28. *Vitæ c.* 5 *ap. Boll.* 29. *Jan. to.* 2. *p.* 1000.

Epiſcopum Pactenſem Petrum Thomam Papæ Nuncium Conſtantinopolim primo, deinde in caſtra imperatoria delatum ibi magno excepit honore Joannes Palæologus; & ſumptus ei liberaliter ſuppeditavit: ſed ad Papæ litteras tam cito non reſpondit rebus bellicis occupatus. Interim ſe Patriarchæ Græco, nempe Calliſto Eccleſiarum concordiæ inimico alium ſuffici curaturum pollicitus, e Nuncii manu divinam accepit dapem. Poſtea Conſtantinopolim reverſus Papæ ſcripſit hunc in modum: Eccleſiam noſtram

nostram cum sancta Ecclesia Romana reconciliare studemus pro viribus: & Domino Petro tuo Nuncio respondimus, nos Ecclesiæ Romanæ morigeros, fideles, & addictos fore: sic inter manus illius coram Episcopis multis juravimus. At modo haud possum efficere, ut mihi subjecti omnes ei obtemperent: quia ne mihi quidem cuncti fidam præstant obedientiam: immo multi captant occasionem in me consurgendi: perficiam tamen omnia, si petita miseris auxilia. Tota familia mea jam a principio voluit Ecclesiæ Romanæ morem gerere: qua in submissione mortuus est proavus meus. Intelligit abavum suum Michaëlem Palæologum, qui fidem de integro dedit in concilio Lugdunensi. Joannes pergit: Ad te missurus eram meum filium Despotam (scilicet Manuelem) sed Nuncius id nunc quidem non expedire censuit. Illum brevi abiturum spero. Utinam ipse possem proficisci, tuæ Sanctitati debitam exhibiturus reverentiam! A Patriarcha nihil metuel. In ejus sede collocabo alium, quem Ecclesiæ Romanæ fidelem scio. Gratias habeo, quod legaveris ad nos Virum tanta sapientia, & consilio præditum. Solatio nos permulsit, omnesque Græcos, & Latinos, quos documentis suis revocavit ad curam salutis, vel in virtute confirmavit. Dabat Constantinopoli

Sæcul. XIV. A.C. 1359.

Sup. lib. 86. §. 44.

Sæcul. XIV. A.C. 1359. poli in palatio Blaquernensi anno mundi 6866 (Christi 1357) 7 Novembris Indictione undecima.

Vitæ c. 6. p. 1001. Nuncius Petrus Thomas Imperatore Joanne Palæologo valere jusso profectus in Cyprum advenit Famam Augustam. Rex Hugo Liciniacensis obviam factus humanissime receptum in urbem Nicosiam sedem suam deduxit. Ibi ægrotanti Petro cibos Regina suis præparabat manibus. Sanatus Hierosolymam transiit; obiit loca sacra; & de rebus divinis publice verba fecit, Saracenos neutiquam timens. Quod edoctus postea Sultanus Ægyptius Hierosolymæ Principem (Emir vocabatur) securi, quod Petrum abire siverit, percuti jussit. Episcopo dein Avenionem reverso tanquam compertæ virtutis ac doctrinæ Viro Papa Innocentius per diploma 11 Maji an. 1359 datum legationem per Cyprum, vicinasque provincias universalem detulit: atque ut ille dignitatem melius sustineret suam, eum transtulit ad Coronensem Moreæ cathedram propinquiorem provinciis legationis, ditioremque Pactana in Sicilia sede: cui Joannem Graffæum Ordinis Minorum imposuit.

c. 7.

Rayn. 1359. n. 16.

Roccho Pierro p. 40. 404.

Eodem die 11 Maji Papa Innocentius ad eundem Legatum, ad Constantinopolitanum Patriarcham Latinum, ad Archiepiscopos reliquæ Romaniæ, Cypri, Cretæ,

Cretæ, Smyrnæ, ac illorum Suffraganeos alias dedit litteras, per quas eis exponit Turcarum progressus terris Christianis vastitatem inferentium; ac præcipit, ut in eos bellum indicant sacrum. Hi Turcæ erant Anatolici: quorum Sultanus secundus Urchanus Othmani filius decessit hoc anno 1359, Epochæ Arabicæ 761; postquam triginta quatuor annos regnaverat. Successit ei Morad, sive Amurat cognomine Algazius, seu Victor gentium. Per triginta circiter sui regiminis annos longe in Europam suum protulit imperium; & alia inter loca Adrianopoli an. 1360 potitus anno sequente inter Turcas militiam peditum statariorum (Janissarios vocant) instituit.

Sæcul. XIV. A.C. 1359.

Sup. l. 94. §. 28.

Potot sup. p. 44.

Bibl. Orient. p. 624.

Sub idem tempus e vita migravit Hugo Rex Cyprius, successorem relinquens suum filium Petrum: qui per Legatos duos Papæ obedientiam addixit suam: ut docet responsum illi 28 Junii redditum Villæ Novæ, quæ dicitur Avenionensis. Novus Rex Petrus habebat nepotem Hugonem nomine, filium Guidonis fratris sui natu majoris ante patrem mortui. Juvenis Princeps coronam consequi Cypriam, & patruo præferri cupiens Papæ per Internuncium exposuit suum jus, seque staturum illius judicio promisit: Itaque Papa per epistolam 24 Maji datam Petrum, ut æquum se nepoti suo præbe-

Rayn. 1360. n. 13.

n. 15.

Sæcul. XIV. A.C. 1359

præberet, monuit, pollicitus fore, ut jus utrique diceret, neutrius rationem habendo. Attamen Petrus a reverſo in Cyprum Legato Petro Thoma, quem acciverat, inunctus ſolenniter, & coronatus eſt in cathedrali templo Famæ Auguſtæ. Interim Hugo erat Avenione apud Papam: qui ei munus Senatoris Romani contulerat: ut indicant duæ Summi Præſulis epiſtolæ 8 Jan. 1361 ſcriptæ, ad Romanos altera, altera ad Mariam Hugonis matrem, Conſtantinopolitanam Imperatricem honorariam.

Vit. c. 8. p. 1004. Mart. Theſaur. anecd. to. 2 p. 846. epiſt. 5. 6.

§. XLI.

Albatæ centuriæ per Galliam graſſantur.

Eodem tempore Papa in omnem partem mittebat litteras, ut ſubſidia contra centurias Albatas obtineret: quæ res altius eſt repetenda. Commiſſo prælio Pictavienſi, ac Rege Joanne capto quamplurimi variis ex regionibus milites ſtipendiis fraudati ſuis, &, unde in Francia viverent, ignari convenerant ſub auſpicia Arnaldi Cervoli viri nobilis Petrocoricenſis, ludicro cognomine Archipresbyteri. Primum Provinciam verſus progreſſi occupatis ibi multis urbibus & caſtellis regionem totam diripuere anno 1357.

Froiſſ. vol. 1. c. 177. M. Vill. l. 7. c. 87. Vit. Innoc. p. 334. not. p. 946.

1357. Papa hanc tempestatem in dies invalescentem venire videns, suos omnes armis accingi voluit: quos recognoscens comperit esse homines egregios ac numerosos. Inter hos recensuit quater mille Italos duplo plures cæteris. Dein Avenionem firmis mœnibus munire cœpit, nullam tunc aliam cautionem foris adhibens contra centurias Albatas: sic enim vocabantur. Sæcul. XIV. A.C. 1360.

Sed 8 Maji anno 1360 Bretiniaci prope Carnutum pace inter Franciam Angliamque confecta, illas centurias augebat ingens numerus dimissorum militum, hominumque maleficorum per Galliam vagantium: etsi Rex Joannes edici curaverat, ut se disjungerent. Tum Cervolus captum diripuit Fanum Spiritus Sancti urbem ad Rhodanum sitam, septemque leucis distantem Avenione; ubi consternati animis Papa & Cardinales sacrum imperabant bellum contra hos Christianos ethnicis pejores. Nec enim dubitabant vastare regionem, illico rapinas facere, violare, perimere viros, fœminas, ac liberos: & qui turpissima perpetrabat, maximi æstimabatur. Igitur sacrum Papa classicum cani, & absolutionem a pœnis culpisque sponderi voluit iis, qui cruce induti suam periculis objicerent vitam, ut gentem atrocissimam profligarent. Petrus Bertrandus Cardinalis

Sæcul. XIV. A. C. 1361.

nalis Episcopus Ostiensis a purpurato Collegio cooptatus in Ducem pii exercitus Carpentoractum ibat: ubi commorans recipiebat omnes, qui militiam crucis inire cupiebant. Sed cum præter noxarum veniam nihil acciperent; Lombardiam petebant alii; alii patriam repetebant suam; immo nonnulli se adjungebant Albatis centuriis, quæ nova quotidie incrementa capiebant.

Thes. anecd. to. 2. p. 846. epist. 4.

In principio anni 1361 Papa Innocentius multas hac de re litteras dabat. Octavo Januarii Ludovico electo Episcopo Valentino præcepit, ut pergeret indicare ipsi, quid agerent illæ centuriæ, iisque, quantum posset, obsisteret. Decimo ejusdem mensis oravit Philippum Burgundiæ Ducem, ne illas transire per terras suas sineret; certioremque fecit de promulgato in templis sacro contra easdem bello. Hic Dux Philippus cognomine Roburinus eodem anno decessit: & in eo exaruit prima stirps Ducum Burgundiæ orta ex uno de filiis Regis Roberti. Papa similiter scripsit Rectori Delphinatus, Comiti Sabaudiæ, civitati Ebredunensi, Regi Joanni, Carolo ejus filio natu majori Duci Normanniæ, Imperatori Carolo IV, pluribusque aliis.

ep. 8.

Lab. Tabl. p. 130.

* de Rouvre

ep. 9. 10. 12. 13. 14. 20.

Rebd. 1361.

Ineunte Martio ejusdem anni Norimbergæ Imperatrix filium peperit, adeo exultante Carolo, ut ad ejus baptisma in eandem

eandem urbem conventum solemnem convocaret: cui Electores fere omnes intererant. Infans undecima demum Aprilis dominica secunda post Pascha, cum spatium menstruo majus ab ejus ortu effluxisset, sacro fonte aspersus Wenceslai nomen accepit. Sponsionem pro eo faciebant Archiepiscopi tres, sex Episcopi, & quinque Abbates, quatuordecim omnino Præsules. Natalitia solemnia per octo dies celebrata: allata ex Bohemia ornamenta imperatoria; & quæ pars eorum erant, reliquiæ, inter alias instrumenta cruciatuum Christi: ea publice monstrata: promulgata, quam Innocentius dederat, noxarum venia æqualis illi, quæ die Cœnæ Domini Romæ conceditur: editæ equestres pugnæ ludicræ, multaque alia festæ lætitiæ testimonia: denique Imperator Aquisgranum ad Dominæ nostræ templum dono misit quindecim auri selibras, pusionis pondus exæquantes. Sæcul. XIV. A. C. 1361.

§. XLII.

Creantur Cardinales.

Eodem anno Avenionem pestis iterum invasit tam violenter, ut a Paschate, quod inciderat in vicesimum octavum Martii, usque ad diem festum S. Jacobi 25 Julii septendecim fere millia hominum *Id. p. 443.*

Sæcul. XIV. A. C. 1361.

interimeret: quorum in numero fuere centum Episcopi, & novem Cardinales; scilicet Petrus Pratensis, Ecclesiæ Romanæ Pro-Cancellarius, ac Episcopus Prænestinus; Cardinalis Candidus, nempe Guilielmus Curtius; Petrus Bertrandus Columbarius Episcopus Ostiensis; Joannes Caramanius; Franciscus Tudertinus, quem Cardinalem Florentinum vocabant; Bernardus Turrius; Guilielmus Farinarius, qui Ordinis Minorum Minister Generalis fuerat; Petrus Crosius; ac Petrus Sylvius.

Vit. p. 355. 973. *M. Vill. l.* 10. c. 46. 71.

Horum jacturam resarturus Papa Innocentius die Veneris, quo tertii trimestris ecclesiastici jejunium colebatur, 17 Sept. an. 1361 Cardinales octo declaravit, Presbyteros quinque, ac tres Diaconos. Primus erat Fontanerius Vasallius tum Patriarcha Gradinus. In Cadurcensi agro natus S. Francisci regulam Gordonii amplexus erat. Dein Lutetiam missus ibi Theologicæ doctrinæ lauream obtinuit anno 1333. Post decem annos electus Ordinis sui Minister Generalis, 24 Oct. 1347 a Papa Clemente VI. designatus Archiepiscopus Ravennanus, exinde Gradum 20 Maji an. 1351 translatus est, ita, ut Ravennam simul administraret habiturus, unde Patriarchæ dignitatem sustineret. Aberat, cum nominaretur Cardinalis: ac Petasum e Papæ manu accipiendi

piendi gratia Avenionem petens Patavii sub finem Octobris vitam posuit nondum adeptus templi titulum, qui non dari nisi præsentibus solet. Sæcul XIV. A. C. 1361.

Secundus fuit Petrus Iterius Petrocoricensis, Aquarum Augustarum in Vasconia Episcopus, Cardinalis de Quatuor Coronatis. Tertius, Joannes Mandiacensis e diœcesi Vectiana, 17 Sept. 1348 ex Aquisextano Canonico factus Episcopus Nemosensis post obitum Bertrandi Deucii cognati sui, modo Cardinalis de S. Marco, sed vocatus semper Cardinalis Nemosensis. Quartus, Ægidius Aisselinus de Monte Acuto Arvernus, Episcopus Tervanus, & Cancellarius Galliæ, Cardinalis de S. Martino *in Montibus*. Quintus, Androinus frater Comitis de Rupe in comitatu Burgundiæ sita, & Abbas Cluniacensis. Anno 1357 eum Papa in Italiam miserat Ecclesiæ copiis ibi præfuturum loco Cardinalis Ægidii Albornii quem revocavit Avenionem. Sed Androinus vir mollis, parumque versatus in re militari, & artibus ad gubernandas regiones necessariis nec subigere armis populos, nec terras ab antecessore suo recuperatas tueri noverat: ita neutiquam metuendo modica præstabatur obedientia. Igitur huic muneri haud idoneum agnoscens cum Cardinalibus Papa in Italiam remisit Cardinalem Al-

Baluz. p. 954

p. 556.

p. 958.

M. Vill. l. 7. c. 56. l. 8. c. 133

Sæcul. XIV. A.C. 1361.

bornium. Melius Androino succeſſit cura pacis inter Gallos & Anglos, quam anno 1360 pactione Bretiniacenſi conciliavit cum Simone Lingonenſi Fratrum Prædicatorum Magiſtro Generali. Duo Reges jam tum rogabant Papam, ut Abbatem Cluniacenſem ſacra ornaret purpura: ſed ille huc usque id diſtulit.

Froiſſ. l. 1. c. 211.

Rayn. 1360. *n.* 3.

Sextus, & inter Diaconos primus erat Stephanus Audebertus Papæ pronepos in diœceſi Lemovicenſi natus. Etſi minores tantum Ordines habebat, hoc anno decretus a Papa Epiſcopus Carcaſſonenſis, ſed nunquam conſecratus fuit, dictus tamen Cardinalis Carcaſſonenſis: cæterum ædem S. Mariæ in Equiriis obtinuit. Septimus, Guilielmus Bragoſus ex diœceſi Mimatenſi. Ex Doctore ac Profeſſore Univerſitatis Toloſanæ Vicarius Generalis Archiepiſcopi Stephani Aldebrandi anno 1355 evaſerat: ac electus erat Epiſcopus Vabrenſis, quando renunciatus eſt Cardinalis Diaconus de S. Georgio *ad velum aureum*: ſed Fabrenſis ſemper audiit. Octavus, Hugo Martialiſanenſis, quod nomen traxit a natali caſtro diœceſeos Tutelenſis. Nobili ortus genere in regnum Neapolitanum anno 1352 miſſus erat tanquam Nuncius Apoſtolicus, ut Regem Ludovicum, ac Reginam Joannam cum Rege Hungariæ in gratiam reduceret. Toloſæ, ubi ac-

Vitæ p. 341. 960.

p. 963.

cepit

cepit Juris Civilis insignia, versabatur adhuc in studiis, cum creatus est Cardinalis Diaconus. Titulum postea cepit a templo S. Mariæ *in porticu:* eratque simul Præpositus Duacensis. En octo Cardinales 17 Sept. 1361 pronunciatos! Saecul. XIV. A C. 1361.

Rex Joannes retento novo Cardinali Androino Abbate Cluniacensi Papam per litteras oravit, ut eum ob magni momenti negotia usque ad certum tempus apud ipsum manere sineret; interim pensionem, ac privilegia Nunciis dari solita illi conservaret; atque petasum rubrum mitteret. Papa respondit: Non debemus has largiri gratias nisi de consilio & consensu nostrorum Fratrum Cardinalium in senatu præsentium: neque credimus, nos posse hunc obtinere consensum: cujus recusatio & dignitati tuæ, & Cardinalis honori officeret. Præterea consideramus, regni tui Ecclesias gravissime pressas magnitudine subsidiorum, quæ sub bellis præteritis tulere, ac etiamnum pendunt. Cardinalis ipse pensione sua, & petasi reditibus carens, nec aliunde locuples molestiam caperet ex sumptibus ad tuendam dignitatem suam necessariis. *Epist. 24. sup. Martenne to. 2. c. 1092.*

Itaque, si hac in re non cedimus tuo desiderio, id sine offensione accipias, precamur, & illum Cardinalem ad Romanam curiam quamprimum venire sinas

Sæcul. XIV. A. C. 1362.

novo munere functurum suo. Concedimus tamen, ut maneat usque ad diem Ascensionis Domini, si ad concludenda negotia id opus esse putes. Quod attinet ad beneficia, quæ ut illi conferremus, rogasti: providimus ei, quam potuimus, optime, reliquis Cardinalibus una creatis. Dabat 2 Nov. 1361. Eodem die ad Cardinalem Androinum scripsit epistolam, ex qua liquet præcipuum negotium eum detinens fuisse controversiam de Britannia inter Carolum Blesensem, ac Joannem Monfortium componendam; ut multæ litteræ priores indicant.

Epist. 241.

Epist. 58. 59. 60. &c.

§. XLIII.

Mors Innocentii VI. Urbanus V Papa.

Sequente anno 1362 Ludovicus Neapolis Rex 26 Maji redeunti in cœlum Domino sacra mortalitatem explevit: eratque conjux ejus Regina Joanna rursum vidua & sine liberis. Papa Innocentius 20 Junii funeris exequias celebrari voluit: ac Romanæ Ecclesiæ jura in illud regnum ei beneficiaria lege obstrictum conservaturus, tanquam Nuncium eo misit Guilielmum Grimaldum seu Grimoardum Massiliæ ad S. Victoris Abbatem:

M. Vill. l. 10. c. 100.

Rayn. 1362. n. 2.

tem: qui non diu ibi hærebat. Nam Papa senio & morbis confectus 12 Septembris obiit post novem annos, ac fere totidem menses sui pontificatus, sepultusque in cathedrali templo Avenionensi, deinde in vicinum Carthusianorum monasterium a se conditum translatus est. Favit, ac benefecit litteratis, & horum multos promovit: sed naturæ propensioni paulo nimium indulgens ad dignitates ecclesiasticas multos extulit cognatos: quorum plerique tamen dextere sua obierunt officia. Sæcul. XIV. A.C. 1362. *Vit. p. 343. 344.*

Decimo post Innocentii exequias die S. Mauritio sacra 22 Sept. 1362 Cardinales Avenione præsentes conclave pro more intrarunt viginti numero; inter alios Androinus Rupius antehac Abbas Cluniacensis, Avenionem, nisi morti proximo, ac pæne jam extincto Papa, non ingressus. Hinc nata est controversia, nempe, an iste Cardinalis Papam eligendi jus haberet, nullius adhuc templi titulum nactus, nec in senatum pontificium vivente Innocentio introductus? Sententia tamen lata pro Androino, & suffragium ejus numeratum fuit. *p. 399.* *p. 364.*

Amplius mensis spatio in conclavi mansere Cardinales, antequam de Papa consentirent: & quanquam inter eos multi dabantur Viri egregii, his omissis statuerunt tandem sibi præficere Gui-

Sæcul. XIV. A. C. 1362.

lielmum Grimaldum Maſſiliæ ad S. Victoris Abbatem, quem reapſe 28 Oct. elegerunt. Is patrem habuit Grimoardum ſive Grimaldum Equitem, ac Dominum Griſaci in Gabalenſi provincia, & Mimatenſi diœceſi. Vix ex ephebis exceſſerat: cum ſacræ militiæ ſe addixit in Chiriacenſi ejusdem diœceſeos prioratu Maſſilienſi ad S. Victorem abbatiæ obnoxio. Monaſtica illic diſciplina exercitatus, Ceſſerone litteris eam dedit operam, ut Doctor celeber factus multos per annos Jus utrumque tum ibi, tum Avenione traderet. Antiſſiodorenſis poſt modum ad S. Germani Abbas, dein Maſſilienſis ad S. Victoris Præſul, denique Summus evaſit Pontifex.

Quia ob Eccleſiæ negotia in Italia verſabatur, Cardinales incerti, an conſentiret in electionem, celabant iſtam, dum ille adeſſet; & accerſendum curabant ob rem, quæ moram non ferret, ſibi eum opus eſſe perhibentes. Venit protinus, & clanculum Avenionem intravit 30 Octobris. Poſtridie promulgata electio; & Guilielmus Grimaldus declaratus eſt Papa ſub nomine Urbani V. Die S. Leonardi ſexta Novembris, quæ erat dominica, fuit conſecratus Epiſcopus, & coronatus Papa per Cardinalem Magalonenſem Epiſcopum Oſtienſem Alduinum Audebertum. Papa Urbanus modeſtiæ cauſa

M. Vill. l. 11. c. 26.

Vit. p. 399. 1055.

causa omisit solemnem & magnificam equitationem per urbem, etsi apparata jam erat. Sæcul.XIV. A. C. 1362.

§. XLIV.

Concilia Cantuariensia.

Eodem anno 1362 Simon Issipius Archiepiscopus Cantuariensis duo concilia provincialia celebravit; & prius quidem Magefeldæ. Summa ejus fuit sanctio ad Simeonem Sudburinum Londinensem Episcopum 16 Julii scripta in hanc sententiam: Festis diebus ad colendum Deum & Sanctos ejus institutis abutitur hominum levitas, & corruptio. Tum habentur mercatus, conventusque profani; obeuntur functiones illicitæ; cauponæ magis quam templa frequentantur; loco piarum precum fiunt compotationes usque ad ebrietatem; laxantur frena pudoris; & jurgia committuntur. Archiepiscopus dein enumerat ferias; Dominicam, cujus observationem sabbato inde a cantu vespertinarum precum, non citius inchoandam, ne Judaicæ religionis species adumbretur, asserit; Pascha, & Pentecosten per tres dies continuos; solenne augustissimi Sacramenti; inter dies Cœlitibus sacros festum Conceptæ Virginis Virginum nondum in Francia, nec Romæ receptum, sed in Anglia jam *to.* II. *p.* 1033

Thomas fêtes p. 210.

Sæcul. XIV. A. C. 1362.

antiquum. Alterum Cantuarienſis provinciæ ſuæ concilium Simon Lambethæ in ædibus Archiepiſcopi propriis peregit: & 9 Nov. ibi condidit decretum eidem Londini Epiſcopo inſcriptum. Reprehendit hoc avaritiam, & deſidiam Sacerdotum: & ſtatuit eis mercedem pro annuis, cæterisque officiis. Sed remedium verum fuiſſet melior illorum delectus.

Conc. p. 1935

§. XLV.

Galliæ, Cyprique Reges veniunt Avenionem.

Eccleſia Avenionenſis Epiſcopo caruerat ſub duobus ultimis Præſulibus Maximis Clemente, ac Innocentio; qui proventuum cauſa ſibi reſervatam magnos per Vicarios adminiſtrari curabant. Sed Papa Urbanus in ordinem redactam die lunæ 12 Dec. 1362 contulit ſuo fratri Anglico Grimoardo Canonico Regulari, Dienſique ad S. Petrum Priori; qui in S. Rufi cœnobio, ubi amplexus vitam religioſam fuerat, virtutis ſtudio, ac exactiſſima ſacrarum legum obſervatione enitebat.

Vitæ p. 365 993. *Gall. Chr. nova t.* I. *p.* 823.

Interim Rex Joannes ſub feſtum S. Joannis Pariſios reliquerat, ut Avenionem ad Papam & Cardinales iret, atque in tranſitu luſtraret Burgundiæ ducatum, qui

Froiſſ. l. I. *c.* 216. *Cont. Nang. p.* 880.

qui nuper ipsi obtigerat per Philippi Roburini mortem anno priore obitam. Sub diem S. Michaëlis Rex advenit Villam Novam Avenionensem, ubi diversorium ei præparatum erat. Electum Papam Urbanum aditurus Avenionem intravit 27 Novembris. Paulo post comperit Regem Cyprium Petrum Liciniacensem trajecto jam mari venturum esse Avenionem. Hunc a se expectatum iri ajebat Joannes: nam magnopere cupiebat eum cernere ob res præclaras, quas de ipso prædicari audierat, & ob glorioſa ejus facta contra Saracenos, inter quæ erat expugnatio Sataliæ, seu veterum Attaliæ in Pamphylia sitæ urbis, quam Rex Cyprius mense Augusto anno 1361 subegerat adjutus ab Equitibus Hospitalariis.

Sæcul. XIV. A.C 1362.

Vitæ p. 366. 982.

Sup. f. 41.

Rayn. 1363 *n.* 10.

M. Vill. l. 10. *c.* 69.

Petrus Avenionem non attigit nisi die quarto hebdomadis sacræ 29 Martii anno 1363: anniversario redempti orbis die Papa in sacello suo rem divinam peregit, atque concionem magnos animorum motus efficientem habuit coram utroque Rege. Tum Joannes conceptum haud ita pridem, celatumque propositum detegens orabat Papam, ut ipsi ad transitum maris præberet crucem: quod Papa libenter fecit. Secuti exemplum Cardinalis Petrocoricensis Talerandus, & multi Proceres rubram crucem supra

Rayn. 1363. *n.* 14.

Froiss. l. 1. *c.* 217.

Vitæ to. 2. *p.* 983.

Sæcul. XIV. A. C. 1363.

pra veſtem gerebant ſuam. Rex Cypri exultans Deo gratias egit: nam venerat, ut bellum ſuaderet ſacrum. Poſt octavam Paſchatis die Mercurii 12 Apr. Papa e ſuggeſtu verba faciens auditores ad expeditionem bellicam in Turcas diſerte animabat, generalis tranſitus Ducem nominans Regem Joannem: qui præſens jurabat fore, ut eum faceret poſt biennium inde ab elapſo menſe Martio inchoatum, ſcilicet anno 1365. Papa 31 Martii hac de re diploma edidit inſcriptum eidem Regi Joanni. Legatum ei adjunxit Cardinalem Talerandum Episcopum Albanenſem, qui rebus ſacris præeſſet. At Saraceni compertis apparatibus contra ſe bellicis comprehenſos in Ægypto, Damaſci, & in Syria Chriſtianos quamplurimis acerbis ſuppliciis affecerunt: nec alium hujus moliminis fructum video.

Rayn. n. 15. 16.

M. Vill. l. 11. c. 34.

§. XLVI.

Conſilia pacis cum Barnaba Pro-Comite agitantur.

Cretenſis Archiepiſcopus Petrus Thomas Regem Cyprium hoc in itinere comitans pari ſtudio bellum urgebat ſacrum. Sed huic magnopere obſtabat aliud, quod in Italia Papa & fœderati ejus

ejus cum Barnaba Pro-Comite, tyranno Mediolanenſi gerebant. Præcipue id accenderat Bononia, quæ a Papa deficiens Pro-Comitibus ſeſe dediderat. Rex Cypri Mediolanum, cum Galliam peteret, tranſiens cum Barnaba tum quidem, dein Avenionem delatus cum Papa de pace egit: ubi ſtatutum eſt, ut Gallorum & Cypri Reges ex conſenſu Papæ Legatos ea de cauſa Mediolanum mitterent. Rex Joannes Pro-Comitum rationibus conſulebat; quia ſuam filiam Iſabellam cum Galeatio Matthæi & Barnabæ fratre junxerat. Proinde ad tractandum pacis negotium duos Legatos, Comitem ac Epiſcopum miſit.

Sæcul. XIV. A.C. 1363.

Vita Pet. Tho. c. 12. n. 66.

Rex Cyprius pariter duos legavit, nempe Archiepiſcopum Petrum Thomam, & Philippum Macerianum regni ſui Cancellarium, qui eodem, quo Rex, tempore Avenionem reliquerunt. Nam ipſe plerosque Principes Chriſtianos, Imperatorem Carolum, & Angliæ, Hungariæ, ac Poloniæ Reges ad ſocietatem belli ſacri invitare, ac deſtinato menſe Martio anni 1365 venire Venetias cogitabat. Interim Legati, quos Mediolani Barnabas benigne acceperat, expoſita huic itineris ſui cauſa in Æmiliam ſeu Romandiolam delati cum Cardinali Ægidio Albornio Papæ in Italia Legato, qui Eccleſiæ copiis ac bello præerat, deliberarunt; tum

Medio-

Secul. XIV. A. C. 1363.

Mediolanum reversi de consiliis cum Legato initis ad Barnabam retulere.

Præter arma profana etiam sacris adversus Barnabam utens Papa Urbanus

Rayn. 1362. *n.* 12.

post tentatas plures juris vias ultimo Novembris anno 1362 edidit litteras, in quibus percensens Papæ Innocentii acta contra hunc Principem, remque altius repetens exponit ut rem tunc Sacræ Sedi certissima fama compertam, Barnabam tuendos suscepisse hæreticos, nominatim Franciscum Ordelaffum hæresis condemnatum, ac vetuisse, ne sacrum contra se bellum pro concione promulgaretur. Semper de Barnaba loquens adjungit:

Quodam die Archiepiscopo Mediolanensi Roberto piæ memoriæ, quod consecrare quendam Monachum recusasset, ut debuit, ad se accito multis præsentibus hæc fecit convicia: Procumbe in genua nebulo! an nescis ignave, me Papam, Imperatorem, ac Dominum esse cunctis in terris meis; ac ne Deum quidem ibi posse quidpiam, nisi quod ego velim? Multisque aliis contumeliis oneratum cuidam cubiculo includi jussit. In subjectis sibi locis omnibus præconis voce sub pœna ignis prohibuit, ne sui ad Papam antecessorem nostrum, vel ad Legatum Ægidium Sabinensem Episcopum irent gratias impetraturi; ne eis debita

solve-

solverent, opemve aut consilium afferrent. Interdixit etiam, ne sine permissu suo vel Girardoli cujusdam (Papam vocabat populus) electio ulla fieret, aut cuiquam Ecclesiæ vel cœnobio quispiam quocunque demum modo præficeretur. Sæcul. XIV. A.C. 1363.

Sacerdotes ac Religiosos in cavea ferrea comburi alios, alios in equuleo torqueri, Fratri Minori spectatæ virtutis homini aures candente ferro perfodi jussit tyrannus; & Sacerdotem Parmensem coëgit in turrim ascendere, ac inde in Papam & Cardinales anathema pronunciare. Denique idem Papa post factam hæc in scelera inquisitionem 25 Aug. an. 1360 Barnabæ denunciavit, ut 4 Novembris proximi ad ipsius tribunal se sisteret. Cum non venisset, declaratus est contumax in materia fidei, ac per sententiam cœtu piorum motus. Papa Urbanus pergit: Quia Barnabas per biennium induratus mansit, in proximas Calendas Martias, nempe anni 1363 dempto comperendinandi jure omni eum citamus, ut nostrum audiat judicium. n. 13.

Præfixo die Papa senatum habens ad portam palatii duos Cardinales misit, qui Barnabam in jus vocarent. Accessit homo privatus, qui se procuratorem ejus dicebat. Sed cum potestatem sibi traditam non probaret, ac excusationes exceptionesque frivolas proponeret, Papa die *Rayn.* 1363. n. 2.

Sæcul. XIV. A.C. 1363.

die Veneris 3 Martii ann. 1363 Barnabam declaravit hæreticum, equeſtri Ordine excluſum, cunctis honoribus, privilegiis, juribusque privatum, & Chriſtianis omnibus fugiendum. Poſt latam hanc ſententiam Papa de ſede ſurgebat ſua, & poſitis in pavimento genibus junctas ad cœlum tendens manus Chriſtum Dominum, SS. Petrum & Paulum, totamque cæleſtem Aulam orabat, ut hic tyrannus ligaretur in cœlo ſicut eum ipſe ligaſſet in terra. Tandem ad ſacrum in Barnabam bellum Germaniam primo, tum Italiam accendi voluit: ut docet illius epiſtola 11 Julii ad Cardinalem Ægidium Albornium data; ubi ait: Non patimur ad expeditionem tranſmarinam ſtimulari populos, donec negotium, quod hic hæreticus nobis faceſſit, aut bello, aut ejus ad frugem reditu, quem potens efficiat Deus, finitum fuerit.

M. Vill. l. 11. c. 41.

Rayn. n. 4.

Vita P. Tho. c. 12. n. 67. ap. Boll. to. 2. p. 1009.

Is erat rerum ſtatus, cum duo Legati Regis Cyprii, Archiepiſcopus Petrus Thomas, & Cancellarius Philippus Macerianus pacis tractandæ gratia Mediolanum reverterunt. Videbant ibi Legatos Gallicos; qui ſe illam confeciſſe rati, idque ſibi ducentes gloriæ, Regem Cyprium, ac Legatos ejus haud magni fecerant. Adierant pariter Legatum natione Hiſpanum, ſcilicet Cardinalem Albornium, quem comperiebant durum, exacerba-

acerbatum, incensumque ad continuandum bellum: ajebat enim haud posse poni fiduciam in pactionibus, quæ cum Barnaba conflarentur. Barnabam ipsum invenere leonis instar furentem, aversantem consilia pacis, & minitantem Ecclesiæ, quippe cui semper mala machinaretur. Sæcul.XIV. A.C 1363.

Discedebant igitur re infecta, & offensis animis. At Cyprii manebant: quos biduo post Gallorum abitum Barnabas ad se accersiit. In secessu quodam sedens inter eos medius, Modo, inquiebat, Modo mecum agite de pace, & quidquid de hac sentitis, fidenter edicite! Cum Archiepiscopus suaviter simul ac nervose illam suasisset: aliquamdiu rem secum volvebat Barnabas: tum ducto gravi suspirio dicebat: Cum voluptate te audii: volo omnino pacem habere cum Ecclesia; & huic in posterum submissus ac fidelis esse. Pax tractata diu, tandem meuse Februario 1364 constituta est his conditionibus: Dominus Barnabas arces & castella omnia, quæ in tractibus Bononiæ, Mutinæ, ac Æmiliæ tenet, restituet, cumprimum postulaverit Cardinalis Androinus Sacræ Legatus Sedis. Papa Domino Barnabæ intra octo annos a die restitutionis locorum numerandos quingenties mille florenos aureos pendet; scilicet quot annis sexagies bis mille

n. 68. 69.

Corio 3. *par. p.* 565.

Ph. Vill. l. II *c.* 64.

Rayn. 1364. *n.* 3.

Sæcul. XIV. A. C. 1364.

mille quingentos. Pactio scripta fuit tertio Martii: ob quam cunctis criminibus suis liberatus Barnabas; quippe solutus censuris omnibus, omnia in jura sua restitutus; & interdictum Bononiæ solenniter sublatum est.

§. XLVII.

Mors Regis Joannis. Carolus V Franciæ Rex.

Illa pax erigebat spem belli transmarini: sed brevi hanc infregerunt disjunctæ modico intervallo mortes Regis Gallorum, & Cardinalis Petrocoricensis. Posterior, qui nominatus ad expeditionem sacram Legatus erat, obiit Avenione 17 Jan. 1364. Priorem in Angliam reversum, Londini corripuit morbus ac extinxit 8 Aprilis eodem anno, ætatis suæ quinquagesimo sexto, regiminis decimo quarto. Corpus in Franciam relatum in abbatia Dionysiofanensi sepultum est die Martis 7 Maji. Succedens ei filius natu major Carolus Dux Normanniæ ac Delphinatus Dominica SS. Triadis 19 ejusdem mensis Maji Remis coronam, ac inunctionem sacram, & postea cognomen Sapientis accepit.

Vitæ p. 402. Froiss. l. 1. c. 119. 121. 223. Ph. Vill. l. 11 c. 76. Cont. Nang. p. 892. Vita. c. 14. n. 80.

Papa Urbanus Archiepiscopo Petro Thomæ legationem ad bellum transmarinum antehac a Talerando Cardinali Petroco-

trocoricenſi ſuſceptam, Patriarchæ Conſtantinopolitani titulum, Eccleſiarum Coronenſis, & Chalcidiæ adminiſtrationem, unde viveret, ac decem florenos quotidianos decrevit. Diploma legationis dedit 10 Jul. an. 1364: ac Petri poteſtatem in cunctas Thraciæ ſeu Romaniæ provincias extendit. Sæcul. XIV. A.C. 1364. *Rayn.* 1364. *n.* 24.

Supremum belli ſacri Ducem adhuc neminem loco Regis Joannis Papa deſignaverat; ut ait in ſuis ad Joannem Palæologum litteris 17 Calendas Novembris ſcriptis. Interim Rex Cyprius, qui ſe Cruce ſignatis usque ad profectionem Regis Joannis præfuturum ſpoponderat, ab Imperatore, cæterisque, quos adierat, Principibus Occidentis, bella quidem verba, ſed reapſe nullam opem obtinuerat. *n.* 26. *Sup.* §. 45. *Vita P. Tho. n.* 83.

§. XLVIII.

Rex Daniæ, ac Imperator Carolus Avenionem adveniunt.

Urbanum haud ita pridem ad ſummam evectum ſedem etiam Valdemarus III Danorum Rex invifit: & Avenione tum commorans, cum Galliæ Cyprique Reges ſacræ militiæ nomen darent, crucem & ipſe induit. Quarta jejunii verni Dominica Papa roſam ei auream donavit, & multas, quibus Daniæ templa ditaret, reliquias *Vitæ PP. p.* 366. 983.

Sæcul. XIV. A. C. 1364

liquias, nempe de capillis ac veſtibus SS. Virginis, & de ligno crucis, quasdam particulas reliquiarum S. Joannis Baptiſtæ, Sanctorum Georgii, Vincentii, Nerei, & Achillei. Noxarum veniam conceſſit iis, qui pro hoc Principe ſupplicarent Superis: ipſum, & Daniam in Sacræ Sedis fidem recepit: eumque omnium, quæ in Eccleſia fierent, bonorum operum, participem fecit per diploma ſcriptum 9 Martii an. 1364. Non video, quid gratia poſtrema addat *Communioni Sanctorum* in Symbolo Apoſtolico memoratæ. Etiam mandatum Lincopiæ, Lubecæ, atque Camini Epiſcopis miſit Papa, ut rebellibus in hunc Principem cenſuras irrogarent. En ea, quæ ab iſto itinere retulit!

Rayn. 1364. *n.* 14.

Sequente anno 1365 Imperator Carolus IV invitante Papa ſimiliter Avenionem petiit cum multis Germanis, aliisque Nobilibus. Rex Franciæ Carolus eo miſit ſuum fratrem Andegaviæ Ducem, aliosque Optimates, ac Præſules, veluti Guilielmum Melodunenſem Senonum Archiepiſcopum, & Guilielmum Domnamantinum Normanniæ Cancellarium. Imperator Avenionem menſe Majo delatus, die Pentecoſtes 3 Junii divinæ rei, quam Papa faciebat, interfuit imperatorio veſtitu, corona, & ſceptro inſignis. Multos cum Papa ſermones con-

Cont. Nang. p. 907.

Vitæ PP. p. 370. 984.

contulit de Tyrannis Italiæ, præsertim Pro-Comitibus evertendis, ut putabant aliqui; aut de subsidiis contra Turcas ethnicosque mittendis: nam Parisiis ajebant Imperatorem hoc fine Urbano regni sui decimas obtulisse, ut copias mercenarias per triennium aleret; centurias Franciam tamdiu vastantes colligeret; ac modum expiandi crimina doceret, largo tamen stipendio pœnitentes afficeret. Sæcul. XIV. A. C. 1365. *Corio. p. 567.*

Utraque opinio potest vera esse: sed posteriorem confirmat epistola, quam Papa 9 Junii ad Regem Franciæ Carolum scripsit in hanc sententiam: Imperator ad nos, ut scis, nuper admodum profectus nobis exposuit, quantopere cupiat totius orbis Christiani, ac speciatim regni tui pacem & tranquillitatem deprimendis nostræ religionis hostibus, ac recuperandæ terræ sacræ idoneam: detexitque nobis multa alia arcana publicum ad bonum tendentia. Itaque inter nos pari flagrantes studio convenit, primum graſſantes illas centurias detestabiles e cunctis Christianorum terris omnino exterminandas, ac velint, nolint, contra populos a nostra fide alienos mittendas esse. Hungariæ Rex has centurias transire per suum regnum sinet: sic sperat Imperator, spondens se suis sumptibus eas aliturum a finibus Gallicis usque ad Hungaricos. Si Rex Hungariæ in *Rayn. 1365. n. 1.*

Sæcul. XIV. A.C. 1365.

earum tranſitum non conſentiat; nos, & Imperator Venetis, aliisque Italicis navibus in Orientem pervehendas curabimus: & pro ſumptibus itineris Imperator dimidios Bohemiæ ſuæ reditus ad triennium liberaliter offert.

§. XLIX.

Ægidius Albornius calumniis appetitur.

Magna obſequia, quæ Cardinalis Ægidius Alburnius Eccleſiæ Romanæ in Italia præſtiterat, haud obſtabant, quin ejus nomen per calumnias ad Papam deferretur. Dicebatur adverſus Barnabam, & alios Eccleſiæ inimicos molimina quædam ſuſcepiſſe in pactiones cum eis factas pugnantia; & proventus Eccleſiæ in rem ſuam avertiſſe. Igitur deprecari legationem Siculam ab Urbano ſibi demandatam, & ut ſe ipſe purgaret, Romanam adire curiam volebat. Sed Papa ei ſcripſit, eſſe perſuaſam ſibi ejus innocentiam, & ardens in Eccleſiam ſtudium: contemneret ſermones vanos, ſuaque officia continuaret, etſi jam provectus annis: denique legationem Siculam ſex abhinc menſes acceptam ſtrenue obiret. Dabat 30 Jan. 1365. Hæc legatio Neapolim contingebat: quo Ægidius reipſa delatus Reginam Joannam adſtrin-

Rayn. n. 9. 10

adstrinxit, ut Papæ tanquam fiduciario Patrono suo fidem juraret. Sæcul. XIV. A. C. 1365.

§. L.

Imperantur concilia provincialia.

Eodem anno Papa, ut errata multa, speciatim beneficiorum complurium possessionem corrigeret, celebrari concilia jussit; ac tertio Maji hanc edidit sanctionem: Ut dolentes audivimus: quidam Clerici tam seculares, quam religiosi tenent tot beneficia, ut res tolerari nequeat: hinc venit diminutio divini servitii, ruina ædificiorum, jactura bonorum ac jurium Ecclesiæ, & conquestio populorum pastoribus carentium. Quapropter quibusdam Archiepiscopis, & Suffraganeis eorum præcepimus, ut agerent conventus, & omnes sibi subjectos Ecclesiasticos possidentes beneficia, vel aliqua obtinendi promissum nactos admonerent, ut ipsis intra spatium mensis suorum beneficiorum nomina, qualitates, ac æstimationes pro decimis mitterent, alioquin beneficiis privandi suis, quæ nostro reservamus arbitrio. Imperamus etiam, ut Episcopi post mensem horum beneficiorum indicem in commentario clauso, & suis munito sigillis ad Metropolitas suos perferendum curent; & isti tam suos, quam Suffraganeorum com-

to. 11. Concil p. 1936.

p. 1938.

Sæcul. XIV. A. C. 1365.

mentarios ad nos mittant. Simile mandatum pro Anglia subjungit, gnarus forsitan ibi malum esse gravius. Et vero hæc sanctio e collectione conciliorum Angliæ deprompta est.

Præceptum de habendis conciliis provincialibus hac in sanctione memoratum dabatur 25 Nov. 1364 per epistolam circummissam, cujus duo tenemus exemplaria, Archiepiscopis Narbonensi alterum, alterum Remensi inscripta. Exponit illa, Papas, cæterosque Præsules olim maximam gessisse curam celebrandi concilia: sed postquam per illorum socordiam omissa essent, pullulare vitia, decrescere populi pietatem, Ecclesiæ libertatem minui, divinum negligi servitium, Clerum a laicis vexari, bonorumque suorum jacturam non modicam pati. Tam indignis rebus medendi causa jubetur Archiepiscopus mature concilium provinciæ suæ convocare.

p. 1957. *E.* *Rayn* 1365. *n.* 16.

Hoc præceptum probabiliter fecit, ut Simon Renulphus Turonensis Archiepiscopus suum concilium haberet Andegavi die Jovis 12 Martii anno 1365, scilicet ante Pascha. Aderant Godefridus Dolonis, Michaël Cenomani, Radulphus Rhedonum, Guilielmus Andegavi, Guilielmus Maclovii, Guilielmus Paulopolis Leoninæ, ac Evenus Trecorii Episcopi septem. Nannetensis sedes vacabat: Brio-

Conc. p. 1939 *E.*

Briocarum, Dariorigi Venetorum, & Co- Sæcul.XIV.
riſopiti Antiſtites miſerant excuſationes A C.1365.
legitimas. Id concilium edidit triginta quatuor canones: quorum primi contingunt judiciorum formulas; & oſtendunt, quanta immoderatione verſutas litigandi rationes protenderint Clerici his in provinciis: alii attinent ad immunitates eccleſiaſticas: pauci ad corrigendos mores directo tendunt.

§. LI.

Alexandria capta relinquitur.

Interim Rex Cypri Petrus Liciniacenſis apud omnes Europæ Principes auxilia tranſmarinum ad bellum fruſtra quærebat. Petrus Thomas Conſtantinopolitanus Patriarcha honorarius, & Legatus ad ſacram expeditionem illum Venetiis opperiebatur, ubi conſcendendæ naves erant, & quo ſe in præfixum diem contulerat. Congregarat illuc etiam multos Nobiles, aliosque Chriſtianos per ſe cruce indutos: qui cum eo expectabant Regem Petrum conſtitutum a Papa ſupremum belli Ducem. At hic Princeps Venetias non advenit niſi poſt præſcriptum menſem Martium anni 1365: & Crucefignati moræ impatientes diſceſſerant. Dolenti hoc Regi ſolatia Legatus, & animos dabat ad perſequendam molitio-

Sup.§.47. Vit. P. Tho. c.14. Boll.to.2. p.1011.

Sup. §. 45.

Vita n. 87.

Sæcul. XIV. A. C. 1365.

nem. Venetias proin reliquit tertio, poſtquam e regno ſuo exierat, anno, nempe 1365. Habebat duas tantum triremes, & modicam, quam ſuis facere ſumptibus potuerat, militarem manum: ſed in Rhodum delato ſuus frater Princeps Antiochus Cypri Pro-Rex copias, & Rhodiorum Magiſter centum ſui Ordinis Equites adduxit.

Tum, cum adornaretur profectio, Legatus Petrus Thomas divini verbi ſementem ſpargere, pœnitentibus dare operam, ſacros pugiles, & nautas exhortari, inſtituere ſupplicationes publicas, pro fauſto moliminis ſucceſſu ſacrificia peragere ſolebat, ſibique vix ſumebat tempus capiendi cibi ſomnique. Paucis ante abitum diebus Proceres ac univerſus Ordo Nobilium dapem cæleſtem e Legati manu accipiebant: multi, qui decem aut viginti plus minus annis conſcientiæ noxas haud expiaverant, id tunc agebant: multi, qui crucem non gerebant niſi per vanitatem, vel avaritiam, aut ob ſpem favorum Regis, mutabant ſententiam. Deſtinata die Rex inſcendebat triremem ſuam, decem circiter peditum millia, equites mille quadringenti centum fere navibus imponebantur. Priusquam ſolverentur anchoræ, Legatus omni cum Clero claſſiario adiit triremem regiam, & in altiſſimo

loco

loco, unde omnibus erat conspicuus, longa precatione hominibus, armis, navigiis, & mari benedixit, opem divinam contra hostes Christiani nominis implorans. Sæcul. XIV. A.C.1365.

Cum perveniissent in altum pelagus, Rex declaravit conceptum de sententia sanctioris Consilii sui propositum petendæ Alexandriæ. Post quatriduum navigationis die Jovis 2 Oct. 1365 illam attingebant sub meridiem: sed exscensionem, ut ex ordine majore fieret, in diem posterum Rex differebat. Interim Saraceni innumeri e portis effusi spectante Christiano exercitu ad pugnam se componebant in littore, noctemque ibi agebant. Sequente die Veneris 3 Octobris cum aliquamdiu restitissent exscendentibus, in urbem profugi se inclusere: tum portis ignem subjici videntes, relictis mœnibus turribusque Babylonem, sive Cairum se recipiebant. Ita capta est Alexandria post horæ unius pugnam, in qua nemo Christianorum occubuit: sed in urbe inventi sunt multi Saraceni balistarum spiculis extrinsecus immissis necati.

Ingresso urbem Christiano exercitu Rex consilium generale habuit, an servanda esset, sicut ipse optaret? At plerique Proceres contrarium sentiebant, *Vitæ PP.* p. 371. præsertim Angli & Dux Rhodiorum. Paucitatem militum reputabant imparem obsi-

Sæcul. XIV. A.C. 1366.

obsistendo hostibus immani numero venturis, & adhuc tenentibus partem urbis trans ramum Nili positam. Itaque Christiani, cum ne tertiam quidem urbis partem tueri se posse cernerent, eam diripere contenti capta incredibili præda textorum maxime aureorum, sericorumque Alexandriam quarta post ingressum die reliquere ingenti luctu Regis ac Legati nullum admittentis solatium. Hunc amittebant in Cyrum delati: nam Famæ Augustæ statim post Natalem Domini correptus morbo die SS. Regum 6. Jan. 1366 ibi vitam edidit: quam scripsit Philippus Macerianus Cyprius Cancellarius, ejus itinerum comes amicissimus. Etsi Petrus Thomas inter Cælites rite relatus non est: Carmelitæ memoriam ejus 29 Jan. solenniter celebrant: quod obitus dies ac sequentes aliis Sanctis dicati fuerint.

Th. Valsing. an. 1365. *p.* 180.

Vitæ c. 18. 19

Chastel. Martyrol. 6. *Jan.*

§. LII.

Conatus adversum Saracenos.

Direptio captæ Alexandriæ, quanquam hæc deserta iterum fuit, terrorem injecit Sultano Ægyptio. Qui tum regnabat, erat Schaaban Hosaini filius, Kelaoni pronepos, vicesimus secundus ex Turcis Mammeluchis, qui tamen imperare non cœperant ante annum 1250: adeo brevi-

Sup. lib. 83. *§.* 20.

breviter ac miſere dominabantur. Schaaban anno ætatis ſuæ 10, Epochæ Arabicæ 764, Chriſti 1362 agnitus Sultanus, cum annos quatuordecim regnaſſet, dejectus e ſolio & ſtrangulatus eſt. Hic Princeps igitur, ſeu potius ii, qui ſub ejus nomine imperitabant, ut ſe ab ejusmodi incurſibus præſtarent tutos, Venetias Legatum miſerunt, qui cum Duce Marco Cornaro paciſceretur. Comperta re Papa, ne bello ſacro ea officeret, veritus Duci per litteras ſtricte interdixit, ne pactionem cum Sultano ſine Sacræ Sedis permiſſu ſingulari faceret. Dabat 25 Jan. 1366.

Sæcul. XIV. A.C. 1366.

Pocot. ſupplem. p. 17.

Rayn. 1366, n. 12.

Porro quia præcipui authores moliminis adverſus Alexandriam Rex Cyprius ac Rhodii fuerant, Muſulmanni Ægyptii cum Turcis fœdus armorumque ſocietatem conflarunt, ut illos e Cypro ac Rhodo pellerent. Tum vero Papa Regi Franciæ Carolo 6 Oct. eodem anno ſcribens expoſuit, ſi eas inſulas, terrasque tranſmarinas Cyprio Regi & Rhodiis obnoxias Saraceni ſuæ ditionis facerent, recipiendæ Palæſtinæ ſpem omnem abruptum iri. Ergo Rex illis mature ſuccurreret, ac tutum redderet mare, ut ad eos pateret tranſitus. Imperatori Carolo, Hungariæ, Angliæ, Scotiæ, Arragoniæ, Daniæ, ac Poloniæ Regibus, & Reginæ Neapolis Joannæ eadem ſuper re ſcripſit, ſed ſine fructu. Eodem

n. 15.

Sæcul. XIV. A. C. 1366.

n. 14.

Eodem die 6 Octobris Patriarchæ Aquilejenſi, & Suffraganeis ejus per epiſtolam præcepit, ut omnes diœceſanos ſuos ad ferendas Cyprio Regi ac Rhodiis ſuppetias hortarentur: promiſitque plenam noxarum veniam illis, qui eos opera vel opibus juvarent ſuis. Eadem epiſtola miſſa fuit ad Epiſcopos Italiæ, Siciliæ, Dalmatiæ, Germaniæ, & Franciæ. At ſub illius obtentu deceptores quidam ad bellum ſacrum animabant populos ſine Papæ mandato; & inde ſibi pecunias corrogabant: quod is edoctus imperavit Epiſcopis, ut eos in carcerem mitterent.

n. 13.

Interim per litteras 23 Oct. datas Regi Cyprio ſuaſit, ut pacem, vel inducias, quas poſſet, optimas cum Sultano iniret.

§. LIII.

Deſignantur Cardinales.

Vitæ. p. 347. p. 990.

Die Veneris 18 Septembris eodem anno 1366 Papa Urbanus tres creavit Cardinales Presbyteros. Primus de SS. Joanne ac Paulo erat Guilielmus Sudrius Aquenæ prope Tutelam in agro Lemovicenſi natus. Poſtquam Ordini Dominicano in cænobio Brivenſi nomen dederat, Theologiæ laurea donatus, illam Carcaſſone docuit. Tum ſuorum provinciæ Toloſanæ, poſt biennium Sacri Palatii Magiſter, anno 1361 Epiſcopus Maſſilienſis

Gall. Chriſt. to. 1. p. 658.

sis factus, post quadriennium trium provinciarum concilio Aptæ Juliæ mense Majo anno 1365 interfuit. Secundus de S. Petro *ad vincula*, Anglicus Grimoardus Papæ frater, Episcopus Avenionensis. Tertius de S. Praxede, Marcus Viterbinus Minorum Ordinis Minister Generalis. Sæcul. XIV. A.C. 1366.

§. LIV.

Papa Romam ire statuit.

Urbanus Romæ sedem figendo suam ardentibus incolarum votis satisfacere dudum decreverat. Vide, quomodo eis 23 Maji anno 1363 sui pontificatus primo scripserit! Legatis vestris cum fiducia detexímus secretam nostram voluntatem eundi Romam. Expleremus illam celeriter, nisi expositæ illis magni momenti res obstarent, quas remoturum speramus Deum. Sequente anno Imperatori Carolo gratias egit, quod se hujus itineris comitem humaniter ipsi obtulisset: & anno 1365 promissum Romanis factum iterans Episcopum Urbevetanum suum Romæ Vicarium reparare palatium Apostolicum jussit. Tandem hoc anno 1366 palam suum aperuit animum: & tum Viterbium, quo primum ire, & ubi aliquamdiu commorari volebat, tum Romam misit, qui præpararent ibi necessaria, & Cardinalibus domicilia designarent:

Rayn. 1363. *n.* 7.

Id. 1364. *n.* 10.

1365. *n.* 9.

Vita. l. 1. *p.* 373. 374.

Sæcul. XIV. A.C. 1366.

signarent: itineri suo destinavit tempus Paschatis anni proximi.

Post habita Francofurti comitia, ubi de modis reducendæ in Italiam pacis consultatum fuerat, Imperator Carolus per Nuncium rogavit Papam, utrum præire ipsum cum copiis suis in Italiam, an sequi deberet? Urbanus reposuit: Statuimus iter ingredi mense Majo, & ita prosequi, ut eodem mense advenire Viterbium possimus: ibique ac Romæ apparatus, quin etiam reparationes necessarias fieri curamus. Velimus autem, ut consideres, quanta mala invehant execrandæ centuriæ; & quæ pericula Ecclesiæ Romanæ ac Imperii terris immineant. Igitur pro humanitate tua iter, quantum potes, accelera! nos enim omni, quæ in nobis erit, ope atque opera te juvabimus, sive indulgentias, sive decimas concedi, sive ab Hungariæ Rege subsidium tibi expetere nos cupies. Dabat 30 Oct.

Id. 1366. *n.* 26.

Duboulai. to.4. p.396.

Invenitur sermo ad Papam Urbanum, ut ne Romam iret, coram Cardinalibus nomine Regis Gallorum habitus, & adscriptus Nicolao Oresmo Doctori celebri, collegii Navarræi Magno Magistro, antehac Regis Præceptori, postea Lexoviensi Episcopo. Hic sermo longissimus est ac insulsissimus, testimoniis inutilibus, & rationibus infirmis fartus: difficile nimirum

mirum erat excogitare ſolidas in hac materia. Ecce aliquas illarum! Gallia etiam ante receptam fidem fuit ſanctior, quam Roma. Julius Cæſar teſtatur totam Gallorum nationem fuiſſe religioſiſſimam. Poſt acceptam veri Dei notitiam ornata eſt pretioſis reliquiis, corona ſpinea, cruce, clavis, ferro lanceæ adactæ in Chriſti latus. Prolato dein S. Bernardi loco de Romanorum vitiis, ad Galliam rediens author litterarum ſtudia per Carolum Magnum Roma Lutetiam eſſe translata perhibet, atque in laudes Univerſitatis excurrit. Denique Papæ in Francia tanquam regione patria reſidendum ait, quemadmodum Chriſtus in Judæa habitaſſet. Easdem rationes iisdem propemodum verbis efferri cernimus in fine operis anonymi eadem ætate editi, quod inſcribitur: *Somnium pomarii.* Eſt commentatio poteſtatis eccleſiaſticæ, ac profanæ per dialogum inter Clericum ac Equitem.

Sæcul. XIV. A.C. 1366.

p. 403.

p. 407.

p. 408.

p. 411.

Gold. Monarc. to. 1. *p.* 223.

Contra vero Petrarcha per ſua poemata Italica, & opera Latina clariſſimus ſcripſit, ut Papam confirmaret in propoſito eundi Romam. Epiſtolam dabat Venetiis 29 Junii. Ibi hoc ſibi objicit: Tune vis Papæ legem imponere, ac loco Eccleſiæ univerſalis ſingularem Eccleſiam dare in ſponſam? Ubicunque is habitat, ibi ſedes, ac ſponſa ejus eſt. Facile fuiſſet re-

Senil. l. 7. *ep. un. p.* 814.

Lib. 4. *ep* 3. *Sup. l.* 35. §. 39.

Sæcul. XIV. A.C. 1366.

ſpondere, & cum S. Gregorio dicere, nulli Antiſtiti, ac ne Papæ quidem aſſumendum eſſe titulum Præſulis univerſalis, ut ne epiſcopatum ſibi ſoli tribuere, cunctisque Fratribus ſuis adimere videatur. Sed tanta hujus rei ſcientia non pollebat Petrarcha contentus reponere: Abſit, ut ſedem coarctem tuam! Vellem poteſtatem tuam extendere usque ad fines terræ. Ubicunque colitur Chriſti nomen, eſt ſedes tua: fateor. Sed & nemo jure negaverit, convenire tibi ſpeciatim Romam, alio quippe ſponſo, alio carentem Epiſcopo. Multos e curia tua removiſti Præſules, ut eos ſuis redderes Eccleſiis: non itidem Roma habebit ſuum?

p. 815.

Effuſus in laudes Italiæ, Papam nuſpiam tam ſecurum fore, quam Romæ aſſerit; ac verbis exaggerat injuriam illi Albatis a centuriis illatam, a quibus redimere ſe pecunia coactus eſſet. Triſtem Orientis ſtatum exponit, ut Papam permoveat ad recipiendos in gratiam Græcos, quos præ ethnicis infenſos Latinis ait. Litteras longiſſimas finit exhortando Papam, ut de morte ac judicio divino cogitet.

p. 817. 818.

p. 820.

p. 824.

p. 826.

§. LV.

Chriſtianæ fidei mirificum in Bulgaria incrementum.

Vad. 1366. *n.* 15.

Hoc anno Fratres Minores in Bulgaria quam

quam plurimos Christo adjunxere: sic Marcus Viterbinus Ordinis Præses Generalis Ministrum provinciæ S. Francisci edocuit per hanc epistolam: Accepi hesterna die Regis Hungariæ Ludovici, & Bosniæ Vicarii litteras jucundissimas. Ut hic nunciat, rogatu Regis in regionem vicinam misit Ordinis nostri Fratres octo: qui dierum quinquaginta spatio plus ducenta hominum millia salutis fonte tinxerunt: ac ne numerus vocaretur in dubium, Rex singula eorum nomina in tabulas publicas referri jussit: attamen nondum tertia regionis pars se nostris addixit sacris. Principes cum subjectis ad baptisma turmatim confluunt: hæretici æque ac schismatici ad sinum Ecclesiæ Romanæ redeunt suis cum Sacerdotibus & Monachis antea tam obstinatis. Lætitiam minuit operariorum paucitas pro messe tam ampla, & metus amittendæ Bulgariæ tot populis frequentatæ, quam Rex Hungariæ in potestatem redegit suam. Patarini & Manichæi solito melius affecti sunt ad baptismum accipiendum. Rex sibi duo Fratrum nostrorum millia mitti cupit, suamque ipsius vitam periculis vellet objicere, ut errantes ducerentur in viam. Cunctis Fratribus indulgentiæ causa Portiunculam adeuntibus hanc epistolam legendam præbe; ut ad capiendam hujus operis boni partem velociter se præparent,

sæcul.XIV. A.C.1366.

S. Anton. pre 3 tit.24. c.9. §.20.

Sæcul. XIV. A C. 1366.

rent, suade; ac illos, qui divino tacti spiritu hoc facere iter voluerint, meo nomine jube se mihi sistere, ut commeatus litteris instructos faustis ad Deum precationibus prosequar.

Duboulai to. 4. p. 396.

Eodem anno Papa orante Imperatore Carolo quatuor Ordinum Mendicantium Præpositis imperavit; ut ex suorum numero Doctores Theologiæ Pragam mitterent sacram ibi scientiam in nova Universitate tradituros. Litteras dabat 18 Nov. 1366.

§. LVI.

Parisinæ Universitatis disciplina instauratur.

Duboulai to. 4. p. 388. Dubreuil antiq. p. 283.

Papa edoctus Parisinæ Universitatis disciplinam ex parte prolabi, duos Cardinales, qui eam restituerent, delegit, Joannem Blandiacium de S. Marco, Episcopum Nemosensem, ac Ægidium Montacutinum de S. Martino *in montibus*, Tervanum Episcopum. Mandatum dedit 2 Maji an. 1366. Hi de consilio Doctorum plurium condidere decretum, Theologiam duntaxat, & disciplinas liberales contingens: nam quod ad Jus Canonicum & Artem Medicam spectabat, harum Facultatum sanctionibus insistendum ajebant. En ea, quæ in illo præscripto digna notatu invenio! Prima Theologiæ

Art. 16. 17.

Art. 1.

laurea

laurea donati, postquam Magistrum Sententiarum explicare cœperint, in veste decora & gradui suo congruente per urbem incedent, tum præcipue, cum scholas, templa, & conciones adibunt. Idem præcipitur illis, qui designari Magistri Artium volent: trabeas, vel pallia supra togas gestabunt suas. Ad ingrediendum doctrinæ tradendæ stadium nemo admittetur, qui non attigerit vicesimum quintum ætatis suæ annum. Academici per quatuor annos primos in scholas portabunt divinum codicem, aut librum Sententiarum pro ratione lectionum, quas audient. Qui Sententias exponent, genuina earum verba ex ordine legent; nec de complicatis chartæ foliis earundem explicationes recitabunt; neque has bibliopolis tradent, antequam per Cancellarium, & Professores Theologiæ discussæ fuerint.

Quod attinet ad Artium Facultatem, quæ reliquarum fundamentum est: Academici inter lectiones non in sellis scamnisve, sed sicut olim, in pavimento sedebunt, ut juvenibus dematur omnis occasio vanitatis. Academicus, ut in scholas Artium recipiatur, scire Grammaticam, Logicamque integram, volvisse saltem ex parte librum de Anima, Lutetiæ minimum biennio litteris studuisse debet. Ut honorem proximum a gradu Magistri Artium consequatur, in reliqua Physica, &

Secul. XIV. A. C. 1366.

Art. 18.

5.

7. 8.

12. 13.

13.

19.

20. 21. 22.

23. 24.

Sæcul. XIV. A. C. 1366. 28. 29. 30 &c.

aliquot Mathematicæ libris versatus sit, oportet. Denique ut Artium lauream obtineat, insuper Aristotelis Moralia, vel saltem tres libros primos de Meteoris calleat, necessum est. Nihil dabitur, aut promittetur pro litteris ascriptionis ad Magistros Artium.

Ultima hujus præscripti puncta contingunt abusum privilegiorum in judiciis publicis, ubi membra Universitatis habebant jus litigandi. Acta authentica demum 5 Junii Avenione confecta sunt post reditum duorum Cardinalium: &, quod memorabile, ista correctio facta est per authoritatem solius Pontificis Maximi.

Vita p. 364. 996. Cont. Nang. p. 916.

Ineunte anno 1367 Papa Urbanus Montem Pessulanum petiit, visurus monasterium, quod magnis sumptibus a fundamentis excitaverat in honorem SS. Benedicti, & Germani, largiterque dotaverat pro sustentando Benedictinorum grandi numero, qui partim officio divino, partim litterarum studiis occuparentur. Aram principem consecravit ipse, Sanctorum reliquiis, & argentea, aurea, gemmea supellectile ornavit, magnisque auxit privilegiis.

HISTO-

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

LIBER XCVII.

URBANUS V, DEIN GREGORIUS XI, TUM URBANUS VI, SUMMI PONTIFICES.
CAROLUS IV, POSTMODUM WENCESLAUS OCCIDENTIS, JOANNES PALÆOLOGUS ORIENTIS IMPERATORES.

§. I.

Papa venit in Italiam.

Papa Urbanus V promisso fideliter stetit suo. Ultimo Aprilis anno 1367 Avenione profectus Pontem Sorgiæ duas ibi noctes egit: inde Massiliam delato in S. Victoris cœnobio, cujus Abbas fuerat, Sæcul. XIV. A.C. 1367. *Vitæ p.* 976. 996.

Sæcul. XIV A. C. 1367

fuerat, diversari placuit. Ætate labefactum antea, & ruinam minitans, postquam Papa evaserat, reparandum, murisque ac turribus altis circummuniendum curavit, magnisque privilegiis, reliquiis, & ornamentis pretiosis impertiit.

Duodecimo Maji Massiliæ adhuc commorans sacra purpura donavit Guilielmum Acrisolium Cardinalis pariter sic nominati nepotem, Equitis Ademari filium. Didicerat Tolosæ litteras: ubi anno 1365 Juris pontificii Doctor creatus, *Bal. p. 997.* postea Sacræ Sedis Notarii dignitatem obtinuit, quæ functione carebat, & quam Summi Præsules conferebant iis, quos volebant promotos. Multi mirabantur petasum rubrum Guilielmo impositum: nam etsi jam Sacerdos, nondum octo & viginti annos natus erat. Papa videbatur id feciſſe in gratiam senioris Cardinalis Acrisolii, quicum familiarem amicitiam in minore honoris gradu coluerat; & qui credebatur ejus adjutor præcipuus fuisse ad conscendendam sedem Apostolicam. Non tamen deerant novo Cardinali dotes egregiæ. Bene se gesserat in litterarum curriculo; & magnam existimationem collegerat: doctissimos inter juvenes numerabatur: denique concinna corporis magnitudine, ac præclara oris specie pollebat. Renunciatus est

Cardi-

Cardinalis Presbyter de S. Stephano in monte Cælio. Secul. XIV. A. C. 1367.

Decimo nono Maji Urbanus Massilia discessit cum classe triremium viginti trium, aliarumque navium, quas ei magnifice adornaverant Regina Neapolis Joanna, Veneti, Genuenses, ac Pisani. Triremis Veneta erat, quam inscendit Papa. Sequebantur eum in hoc itinere cuncti Cardinales; quinque si excipias, Ægidium Albornium jam versantem in Italia, & quatuor hærentes Avenione, scilicet Raymundum Canillacium, Petrum Montrucium, Petrum Iterium, & Joannem Blandiacium.

Die Dominica 23 Maji Urbanus advenit Genuam: ubi tam in portu, quam in urbe a Duce atque civibus pro dignitate sua exceptus, quia hebdomas rogationum erat, quinque dies subsitit. Divertit apud Equites Rhodios, quorum in templo rem divinam solenniter fecit anniversario die Ascensionis Domini 27 mensis. Postero die Veneris Cardinali Marco Viterbino, qui controversias inter Barnabam Pro-Comitem, ac Genuam sedaret, ibi relicto, Portum Veneris delatus triduo hic mansit. Die Martis 1 Junii portum Pisanum, postridie Plumbinum, die Jovis Castrum Novum attigit, ubi quinque dies agebat. *Vitæ to. 1. p. 377. 1013. to. 2. p. 768.*

Sæcul. XIV A.C. 1367.

Exſcendentem venerabatur ſuus in locis illis Legatus Cardinalis Ægidius Albornius cum omnibus fere Optimatibus territorii Eccleſiaſtici, in quo ſitum eſt Caſtrum Novum. Stabant in littore tentoria e textis ſericis, ac frondibus aſpectu jucundiſſimis. Stabat inibi altare, ubi Papa poſt quietem modicam coram ſe peragi ſacrificium ſolemne voluit. Tum conſcenſo equo petiit Caſtrum Novum. Hora prandii divertit ad Fratres Minores, quibuscum manſit usque ad ſecundam Pentecoſtes diem. Prima, quæ erat ſexta Junii, ſolenniter confecit ſacrum: eodemque in loco aures præbuit Legatis, Romanorum nomine plenum urbis dominium, & claves caſtelli S. Angeli, quod antea tenebant, ſibi offerentibus. Die Mercurii 9 Junii Viterbium venit: ubi magno acceptus gaudio menſes quatuor permanſit. Illic audiit gratulantes adventum ſibi ſuum Cardinales ſe itinere terreſtri ſecutos, cunctos Proceres, Præſulesque, ac Oratores urbium Italiæ.

§. II.

Jeſuatarum ſocietas.

Ferrar. 31. Jul. Heliot.

Ibidem ratum habuit Jeſuatarum inſtitutum novum a Joanne Columbino conditum. Senis nobili ortus genere primaria

ria urbis munera, quin etiam vexillum geſſit: ſed avaritia laborabat, in ſua commoda, & omnes diteſcendi modos intentus. Quodam die de curia reverſus domum, cum paratum non videret prandium, excanduit in uxorem ſuam; quæ ut moræ patientem redderet, vitas Sanctorum legendas ei porrexit. In primo iræ motu librum abjecit in pavimentum; factus deinde mitior ac ſublevatum codicem aperiens incidit in vitam S. Mariæ Ægyptiacæ; atque inter legendum adeo eſt commotus, ut illico ſtatueret mutare ſuum vivendi genus: fluebat tum annus 1355. Cœpit igitur largam erogare ſtipem, frequentare templa, calidas ad Cœlum preces mittere, gulæ ventrique bellum inferre. Conjugi a longo tempore oranti Deum, ut ipſum ad bonam frugem reduceret, perſuaſit continentiam. Cubabat in aſſeribus, geſtabat cilicium, cædebat ſe flagellis, ac vilem ferebat veſtem. Ædes ſuas convertit in publicum hoſpitium peregrinorum, ac ægrotantium, quibus ipſe ſerviebat.

Sæcul. XIV. A.C. 1367.

Hiſt. Ord. rel. to. 3. c. 55.

Filium habebat & filiam: qua inter ſacras Deo Virgines recepta, illoque mortuo Joannes conſentiente conjuge omnia bona ſua pauperibus largitus ſe ad incitas redegit cum adhærente ſibi alio Nobili Senenſi Franciſco Vincentio. Obibant

Sæcul. XIV. A.C. 1367.

ibant urbes & pagos Hetruriæ, atque ad noxas æquis pœnis expiandas hortabantur. Ita Columbinus discipulos ad sexaginta collegit, quibuscum Papam Urbanum adiit. Viterbii aliquamdiu commorati, cum eum ad Castrum Novum exscensurum scirent, ad hujus portum venerunt in vestibus nullius pretii, quibus panniculos assuerant, nudis pedibus, solumque sertum oleaginum in suo quisque vertice gerebant. Cum pedem Papa in terra poneret, exclamabant: Laudetur JESUS Christus; & vivat sanctissimus Pater!

Papa benigne acceptis dixit se daturum vestes; sed tegmine capitis, & ligneis saltem sandaliis uterentur. Sequebantur eum usque Viterbium: ubi accusabantur, quasi essent Fratricelli. Ergo Urbanus Cardinalem Guilielmum Sudrium Episcopum Massilienssem eorum doctrinam discutere jussit: cumque innocentiam probassent suam; institutum solenniter confirmans, eis quam gestarent, vestem suis præbebat manibus. Erat alba tunica cum simili tegmine capitis, & pallio ferrugineo. Jesuatas vocabat eos populus, quippe quibus frequens in ore JESU nomen esset: ac regulam S. Augustini postea coluere. Joannes Columbinus Senas rediens morbo in itinere extinctus est die sabbati postremo Julii anno

anno 1367. Etsi rite non relatum inter Cælites Gregorius XIII Martyrologio Romano inseri voluit. Societatem, postquam annos trecentos steterat, denique suppressit Clemens IX 6 Dec. an. 1668. Sæcul.XIV. A.C.1367. *Mart. Rom. 31. Jul. Bullar. Cl. IX. const.30. Vit. Urb. p.378.*

Papa Urbanus magnos sperabat fructus ex documentis ac obsequiis Cardinalis Ægidii Alvari Albornii Episcopi Sabinensis: sed hic Viterbii 24 Aug. vivere desiit post legationem in Italia quatuordecim fere annis obitam, multasque urbes partim amicis pactionibus, partim armorum vi ad officium reductas. Erat Præsul virtute, doctrina, excelsitate animi, miraque in rebus gerendis prudentia conspicuus, ita, ut plerisque Italis in amore, reliquis saltem terrori esset. Bononiæ pro pauperibus litterarum studiosis popularibus suis, nempe Hispanis collegium condidit.

§. III.

Tumultus Viterbienses.

Quinto Septembris anno 1367 Viterbii turbas ingentes excitavit rixa privata inter domesticum Cardinalis cujusdam, & civem urbis ob petulantiam commissam ad fontem salientem. Cœptus per urbem clamor: Vivat populus! pereat Ecclesia! Populus arripuit arma contra familias Cardinalium, hosque ipsos male *Vit. to.1. p. 379.420.10. 13. to 2.p.769. Cont. Nang. p.916.*

Sæcul. XIV. A.C. 1367

male habuit; inter alios Cardinalem Vabrenſem Guilielmum Bragoſum ad ædes Papæ ſine pileo profugum; & Cardinalem Carcaſſonenſem, qui Fratris Minoris perſonam induit. Cardinales reliqui exceptis Italis fere omnes perfugerunt in Papæ palatium, ubi per triduum, quo durabat tumultus, hærebant: Papæ ipſius vitam appetere dicebantur ſeditioſi.

Quapropter copias contra urbem adventare voluit. Tum vero cives agniti delicti ſui veniam flagitare; ſe arbitrio Papæ ſubmittere; in ſignum ſuæ pœnitentiæ omnia urbis arma, & catenas, quibus plateas clauſerant, in ejus palatium deferre. Præterea in locis, ubi tumultus inceptus, & ubi violentiſſimus fuerat, erexere patibula, in quibus ſuſpenderunt nocentiſſimos, nimirum quinque ante domicilium Cardinalis Carcaſſonenſis Idibus Septembribus; & duos alio die ante portam Cardinalis Vabrenſis. Cæteris parcebat Papa, cum quasdam domos munitas deſtrui juſſiſſet. Sic reſtituta fuit tranquillitas.

§. IV.

Concilium Eboracenſe.

In Anglia Joannes Thursbius Archiepiſcopus Eboracenſis, antea regni Cancellarius

cellarius Thorpii prope Eboracum suis cum Suffraganeis concilium provinciale habuit; finiitque 29 Sept. an. 1367. Decem ibi canones edebantur. Dominicis, festisque diebus in cœmeteriis non exerceantur mercatus, nec judicia, vel luctationes, aut similes ludi. Ex occasione vigiliarum precumque pro mortuis noctu non detur opera ludis, nugisve aliis in privatis domibus, nedum in templis. Observetur sanctio Archiepiscopi Guilielmi Zuchii proximi antecessoris nostri, Parochis, cæterisque Sacerdotibus annua statuentis stipendia. Non impediatur perceptio decimarum, quippe divino ex jure debita. Clericorum vestes saltem ad media crura pertineant. Causas matrimonii cognoscant idonei tantum Viri, Juris periti, & in hoc causarum genere exercitati. Nempe frequenter eas indoctis hominibus committebant Archidiaconi, aliique Judices inferiores.

Sæcul. XIV. A. C. 1367.

to. 11 *Conc. p.* 2482. *cap.* 1. *c.* 2. *c.* 3. *c.* 5. *c.* 7. *c.* 8.

§. V.

Papa Romam intrat.

Urbanus V denique Romam advenit, & cum duobus millibus armatorum intravit die sabbati 16 Octobris 1367 anno Christi, sexagesimo autem tertio post Benedicti XI discessum & mortem Perusiæ

Vitæ to. 2. *c.* 779.

Sæcul. XIV. A.C. 1367.

Vit to. 1. p. 380. 1014.

fiæ obitam. Effusi obviam Clerus, & populus Urbanum solemni pompa & ingenti gaudio excipiebant inter Dei laudes mittentis sibi pastorem suum. Qui peractis in S. Petri templo suis precibus, ac sedis pontificiæ possessione de more capta transiit in palatium contiguum, nempe Vaticanum, ex vetustate, ac privatione incolarum pæne corruens: quod magnifice reparandum saltem secundum tecta curavit.

Die Dominica 31 Octobris primum sacrificium solenni ritu confecit in ara S. Petri, ubi nullum erat factum a tempore Bonifacii VIII. Tunc Urbanus, Sint Deo laudes, inquiebat, quod dederit, ut votum persolvere meum potuerim. Simul in Episcopum Sabinensem inauguravit Cardinalem Guilielmum Acrifolium seniorem, quem jam pridem nominaverat Archiepiscopum Cæsaraugustanum, sed consecrari non jusserat. Hunc dein Cardinalem in regnum Neapolitanum misit, ubi sedaret dissidia, & bella inter Principem Tarenti, & Ducem Andriæ commota. Brevi etiam post suum Romæ ingressum Anglicum Grimoardum fratrem suum, quem jam creaverat Cardinalem Episcopum Albanensem, pro gubernando territorio Ecclesiastico constituit suum Vicarium Generalem, ac Bononiam, ubi resideret, misit.

Viterbio

Viterbio nondum abierat Papa, cum Imperatoris Græci Joannis Palæologi Legatos octo accepit; quos ducebant Paulus Constantinopolitanus Patriarcha Latinus Petri Thomæ successor, & Amedeus Sabaudiæ Comes Palæologi avunculus. Veniebant nomine Imperatoris, Præsulum, Cleri, Ordinis Nobilium, & populi Græciæ ad sinum Ecclesiæ Romanæ redire, ut ajebant, cupientium. Quo fine se mense Majo Sacram aditurum Sedem spondebat Palæologus: & Papa iter ei facilius ut redderet, Reginæ Joannæ, cæterisque Principibus, quorum terras ille transiturus erat, hac super re scripsit, sicut etiam Imperatrici Helenæ, patri hujus Joanni Cantacuzeno, Philotheo Constantinopolis, Nisoni Alexandriæ, & Lazaro Hierosolymæ Patriarchis, quos promovere concordiam posse putabat. Has epistolas omnes dabat 6 Nov. 1367. Sub finem ejusdem anni præcepit Archiepiscopis Neapolitano & Brundusino, cunctos ut Episcopos, Abbates, cæterosque Præsules Neapolim æquo sæpius venientes, ibique nimium diu commorantes residere propriis in diœcesibus ac Ecclesiis juberent; atque Religiosos eandem aulam frequentantes in ipsorum monasteria remitterent.

Sæcul. XIV. A.C. 1367.

Rayn. 1367. n. 7.

Sæcul. XIV. A. C. 1368.

§. VI.

Capita SS. Petri, & Pauli.

Secundo Martii anno 1368 Papa Urbanus in palatio Lateranenſi pernoctavit: & poſtridie rem divinam egit in ſacello, quod vocabant Sancta Sanctorum: unde deprompſit SS. Petri & Pauli capita ibi dudum clauſa ſub altari. Ipſe prehenſum S. Petri caput, Cardinalis Urgellenſis alterum S. Pauli detulerunt in conclave ad plateam ſpectans: & illic utrumque omni populo commonſtrans Papa præſentium cuivis conceſſit indulgentiam centum annorum, ac centies quadraginta dierum. Apoſtolorum capita argenteis quidem, ſed non magni pretii capſis incluſa erant: nova pro eis opera Urbanus confici curavit, quæ altero demum anno ſunt abſoluta. Ad Vaticanum equo ſublimis rediit non per ambages, ſicut quidam anteceſſores fecerant, ſed recta via, ut evitaret locum, ubi Papiſſam Joannem peperiſſe ajebant. Quod indicat huic fabulæ tunc fidem abrogari cœptam eſſe.

Vitæ to. 2. p. 770. to. 1. p. 381.

Boll. 29. Jun. to. 22. p. 442. Vit. PP. p. 390.

Opera, quæ Papa pro capitibus Apoſtolorum fieri juſſit, ſunt argenteæ ſtatuæ pectore tenus effictæ cum ſuis brachiis, æſtimabiliores a caritate materiæ, ac ornamen-

namentorum, quam ab elegantia artificii, quod demonstrat corruptum sensum sui sæculi, & quales huic res arriserint. S. Petrus ibi exhibetur amictus ut Papa, & tali redimitus tiara, qualis tunc gerebatur, ad modum coni acuta, & tribus onusta coronis: sublata dextera signum crucis expressurus videtur, ut populo benedicat: læva fert geminas claves magnas. S. Paulus gladium dextra, librum sinistra tenet. Utriusque statuæ pectus decorat lilium ex gemmis donum Caroli V Gallorum Regis. Duo hæc opera minimum tricies mille florenos aureos valere dicebantur. Sæcul. XIV. A.C. 1368.

Eodem mense Martio an. 1368. Regina Neapolis Joanna Romam ad Papam venit: ac Rex Cypri Petrus Lusinianensis cum filio suo eodem tempore ibi aderat. Quarta jejunii verni Dominica Papa pro more rosam auream consecravit dandam personæ in aula sua spectatissimæ. Tradidit Reginæ: & Cardinalibus quibusdam eam Cyprio Regi, ac hujus filio prælatam improbantibus, Nolite hoc mirari, ajebat: nec enim magis mirum est, quam Abbatis Massilienſis electio in Papam. *Vitæ t. 1. p. 381. to. 1. p. 770.*

Is Rex Cyprius belli sacri studio tam incensus non ideo puriorem agebat vitam: sic docet epistola Papæ 5 Dec. an. 1367 data, in qua hunc ad Principem ait: *Rayn. 1367. n. 14.*

Sæcul. XIV. A.C. 1368.

Cum horrore audivimus te conjugi tuæ illuſtri proſapia, & amœnis moribus conſpicuæ remiſiſſe nuncium, ut adulteram publice foveres. Qua ratione præter offenſam Dei populum affligis tuum cupientem ſtirpis regiæ incrementum; & Chriſtiani nominis hoſtes exhilaras lacesſendo Numen tibi relatas de ipſis victorias impertitum. Simul Raymundo Nicoſiæ Archiepiſcopo ſcripſit, ut illum a re tam indigna, & a ſingulari certamine cum Florimundo Spartæ, ſeu Miſithræ Domino pro viribus avocaret. Rex Cyprius Roma reverſus domum ſequente anno 1369 fratrum ſuorum iræ victima cecidit.

Id. 1369. *n.* 7. *Vitæ PP. p.* 386.

§. VII.

Concilium Vaurenſe.

Petrus Jugius Narbonenſis Archiepiſcopus hoc anno 1368 ſuum concilium provinciale habuit, ut exequeretur mandatum Papæ 25 Nov. 1364 editum. Id concilium fuit celebratum Vauri, & collectum ex tribus provinciis Narbonenſi, Toloſana, & Auſcenſi. Tredecim ei Præſules intererant ipſi, nempe duo Archiepiſcopi Narbonenſis, & Toloſanus, atque Bliteræ, Carcaſſonis Alectæ, Vauri, Apamiæ, Lombariæ, Convenarum, Tarbæ,

Sup. lib. 96. §. 49.

to. 11. *Conc. p.* 1975.

bæ, Vasati, Eloronæ, ac Lascurris Episcopi. Auscitanus cunctique reliqui Antistites suos illuc Procuratores miserunt. Tolosanus erat Godefridus Verolius ex nobili familia Cadurcensis agri, antea Carcassonensis Episcopus, Tolosam ab Innocentio VI translatus anno 1361. Hoc in concilio condebatur grande sanctionum corpus e centum triginta tribus membris constans, quorum pars magna deprompta fuit e conciliis Avenione habitis tum anno 1326, tum 1337. Membrum primum est catechismus, seu exemplar institutionis Parochis commonstrans prima sanctioris doctrinæ capita tradenda populis. Secul. XIV. A. C. 1268. *Baluz. conc. Narb p. 112. not. p. 55.* *Sup. l. 93. §. 35.* *Sup. lib. 94. §. 55.*

In reliquis noto ea, quæ sequuntur: Religiosi Mendicantes non transeant alios ad Ordines, ut beneficia, vel pensiones accipiant. Sacerdoti rem divinam peragenti non ministret suus filius nothus. Parochus in templo suo sacrificans unum saltem Clericum linteo indutum amiculo habeat inservientem sibi. Clerici sabbato abstineant a carnibus. Quævis Ecclesia cathedralis, aut Collegialis, ut vocant, duos e gremio suo ad Universitatem mittat Theologiæ, vel Juri Canonico daturos operam; qui tamen per absentiam suam nihil amittant de distributionibus quotidianis. Cætera ferme omnia spectant ad bona, jura, immunitates, ac *Art. 74.* *a. 82.* 83. 90. XII.

Sæcul. XIV. A. C. 1368

jurisdictionem Ecclesiæ. Concilium solutum est 3 Junii an. 1368.

§. VIII.

Papa Monte Flasconis commoratur.

Vitæ to. 1. p. 770. to 2. p. 382. 408.

Urbanus die Jovis 11 Maji Roma Montem Flasconis abiit, ætatem ibi ob cœlum salubre acturus. Sed quod sciret locum non esse toti curiæ suæ capiendæ parem, Viterbii propinqua urbe reliquit Ministros ad expedienda negotia necessarios. Illic habitans duas edebat litteras abrogantes cultum publicum a Summa Sede non decretum Viris sanctimoniæ fama inclytis. Priores Ravennenſi Archiepiſcopo, & Suffraganeis ejus inscriptas dabat 1 Septembris; ibique ait: Ut comperimus, quidam provinciæ vestræ Dominicani Jacobum sui Ordinis Fratrem proclamant Beatum, non ausi Sanctum dicere: ac Eremitæ S. Augustini idem faciunt suo Franciſquino, per fulminis ictum necato. Amborum laudes pro concione celebrant in plateis, ac templis suis: ubi aras eis erigunt, & in officio ecclesiastico eos memorant diebus obitus, quibus abstinere a labore, adire templa, ubi jacent illorum corpora, & afferre dona volunt pŏpulum. Papa Præsules jubet hanc Fratrum temeritatem reprimere.

Rayn. 1368. n. 12.

Alterâ

Alteræ litteræ 15 Septembris ſcriptæ ſunt ad cunctos Epiſcopos Britanniæ. Carolus Guidonis Bleſarum Comitis filius natu major connubio ſibi junxerat hæredem comitatus Britannici; de quo tamen cum eo contendebat Joannes Comes Monfortius. Enato inde in bello diuturno Carolus Bleſenſis denique occiſus eſt anno 1364. Qui cauſam ejus credebant juſtam, eum putabant Martyrem, ut qui præterea per vitam ſuam ſingulari pietate, ſeveris afflictationibus corporis, & magna largitate in pauperes fulſiſſet. Igitur aliquot Religioſi præſertim Ordinum Mendicantium de illo loqui e ſuggeſtu ad populum; in officio divino ejus mentionem facere die obitus; ſuadere pium acceſſum ad ſepulchrum ejus; ubi res quædam ſupra naturæ vim, & ordinem effici dicebantur: Atque iſta ſunt, quæ Papa Urbanus tum prohibuit. Sequente autem anno 1369 rogatus a Rege Gallorum & familia mortui Episcopo Bajocenſi, & Abbatibus Majoris Monaſterii, & Andegavenſi ad S. Albinum præcepit, ut Caroli Bleſenſis vitam, & miracula indagarent. Quod executioni datum; ac perſcripta inquiſitio ad Papam Gregorium XI miſſa fuit: qui ea minime utebatur: ac negotium effectu caruit. Etiamnum tenetur illa e centum triginta duobus teſtibus compoſita.

Sæcul. XIV. A.C. 1368.

n. 11. *Lobia hiſt.* p. 309. 373.

p. 398.

Id. t. 2. p. 540

Sæcul. XIV. A. C. 1368.

§. IX.

Creantur Cardinales.

Die Veneris 22 Sept. 1368 adhuc Montefiascone agens Urbanus sacerdotio inauguravit duos veteres Cardinales Diaconos, nempe Guilielmum Jugium, quem suus avunculus Clemens VI anno 1342 sacra purpura donaverat, & Stephanum Audebertum ea ornatum anno 1360. Eodem die Urbanus designavit octo Cardinales novos. Primus erat Arnaldus Bonardus Alexandrinus Patriarcha honorarius, ac Ecclesiæ Montis Albani Administrator: sed paucis ante diebus, quam diceretur Cardinalis, obierat. Secundus, Philippus Cabassolus tum Avenionensis Vicarius Generalis, ac Jerosolymæ Patriarcha honorarius. Tertius, Simon Langhamius Anglus Archiepiscopus Cantuariensis. Fuerat Monachus, & Prior, dein Abbas Westmonasterii, renunciatus an. 1361 Episcopus Helianus, denique anno 1366 Archiepiscopus. Quartus, Bernardus * Sylvulus Cadurcensis, tunc Archiepiscopus Neapolitanus, Doctor Juris Civilis, & Cadurci primum, deinde Burdigalæ Canonicus, ac Præfectus Chori, Papæ Urbano a sacello, & Auditor sacri palatii, anno 1365

Sup. l. 95. §. 12. *Sup. lib.* 96. §. 41.

Baluz. p. 1016. 1021

Bal. p. 1026. *Ughel. to.* 6. *p.* 198.

* Bosquet.

1365 sedi Neapolitanæ impositus, quam vero reliquit, cum nominatus esset Cardinalis Presbyter de duodecim Apostolis. Neapoli successorem habuit Bernardum Rutenensem. Sæcul. XIV. A.C. 1368.

Quintus, Joannes Domnamantinus, primum Canonicus Quintinofanensis in tractu Veromanduorum; post electus Episcopus Lexoviensis; & anno 1360 creatus Bellovacensis Præsul. Agebat etiam Galliæ Cancellarium; ac sequente anno 1369 festa Lustratæ Virginis die petasum rubrum accepit per manus Guilielmi Melodunensis Archiepiscopi Senonum, titulum autem a templo Quatuor Coronatorum. Sextus, Stephanus Parisinus natus Victoriaci ad Sequanam, Doctor Juris pontificii, anno 1359 Magister supplicum libellorum palatii regii, ac ex Decano Ecclesiæ Parisinæ Episcopo ejusdem per Urbanum factus 11 Dec. 1363. Delphini Caroli baptismo, quem ei Cardinalis Bellovacensis Joannes Domnomantinus conferebat die Mercurii 6 Dec. 1368, assistebat Stephanus: eodemque die Parisiis Romam abiit: quo Idibus Februarii anno 1369 delatus titulum a templo S. Eusebii obtinuit. Tum abdicavit sedem Parisinam: quam Papa Emerico Magnacio decrevit 23 Septembris eodem anno. *Bal. p. 1029.*

Sæcul. XIV. A.C. 1368.

Septimus, Petrus Bagnacensis dictus ob patriam suam in Marchia, & diœcesi Lemovicana sitam. In Universitate Tolosana litteras discens a Cardinali Hugone de S. Martiale mutuatus erat Ciceronis opera duobus voluminibus comprehensa: quorum restitutionem sanxit in testamento suo: tanto tunc pretio constabant libri. Ab anno 1345 Abbas Montis Majoris prope Arelatem erat, quando declaratus est Cardinalis Presbyter de S. Laurentio *in Damaso*. Is unicus e novis Cardinalibus Monte Flasconis aderat: & anno sequente vitam edidit. Octavus & ultimus Franciscus Thebaldescus Romanus, ac Romæ Prior Ecclesiæ S. Petri, unde vocatus est Cardinalis de S. Petro, quamvis esset Cardinalis Presbyter de S. Sabina. Honorifica ejus mentio fiet postea.

Bal. p. 1030.

p. 1032.

§. X.

Imperator Carolus IV Romæ versatur.

Oraverat Urbanus Carolum, ut ereptores terrarum Ecclesiæ subacturus exercitum in Italiam numerosum duceret. Antequam vero hanc intraret, per diploma Viennæ in Delphinatu 11 Aprilis anno 1368 datum, & sigillo munitum aureo

aureo cunctas immunitates, ac donationes ab Imperatoribus factas confirmavit, accurate recensens omnia Ecclesiæ Romanæ jura, & possessiones: quia Paparum, & Imperatorum absentia diuturna eas vehementer turbaverat, & multis usurpationibus iniquis locum dederat. Carolus Veronam delatus cum dominantibus in ea Scaligeris modica transegit pecunia: sed Mediolanum progressus nihil ibi obtinuit. Sæcul. XIV. A. C. 1368. p. 384. Rayn. 1368. n. 5. 6. 7.

Igitur ad Papam iter persequens, die Martis 17 Octobris attigit Viterbium; ubi cum illo prandit. Tum Romam petiit: quo secutus eum Papa 22 ejusdem mensis advenit. Quem mille passus ab urbe Imperator expectabat in quodam S. Magdalenæ templo: unde pedibus illum comitabatur vehentis eundem equi frenum tenens: quod Sabaudiæ Comes ab altero latere faciebat. Ita pergebant ad Vaticanum; & Romæ opperiebantur Imperatricem: quæ, cum Cardinales omnes obviam venissent, die Dominica 29 Oct. urbem intravit. Die Mercurii 1. Nov. Papa rem divinam peregit ad aram S. Petri; & Imperatricem coronavit; postquam Cardinalis Episcopi Ostiensis manu de more inuncta fuerat. In sacrificio Imperator Papæ librum liturgicum, ac linteum Eucharisticum seu corporale ministrabat, ut Diaconus; sed Evan- *Vit. td. 1. p. 771.*

Sæcul. XIV. A.C. 1368.

Evangelium non legebat, nisi die natali Domini. Eodem festo Sanctorum Omnium Imperatrix coronata per urbem vehebatur equo usque ad templum Lateranense. Carolus coronatus fuerat anno 1355: nec multo post impositam conjugi coronam Roma discessit.

Sup. lib. 96. §. 26.

§. XI.

Errores in Anglia damnati.

In Anglia novus Cardinalis Simon Langhamius Archiepiscopus Cantuariensis congregatis multis Theologiæ ac Juris Canonici Doctoribus condemnavit plurimos errores, quorum plerique fuere fructus subtilitatum scholasticarum. Enumerat triginta: vide ponderosiores! Quivis homo debet ante mortem suam habere claram visionem Dei, ac liberam optionem convertendi se ad Deum, aut inde se avertendi: atque secundum hanc electionem vel consequetur salutem, vel damnabitur. Quod intelligendum non de adultis modo, sed & de infantibus, iis quoque, qui moriuntur in utero materno, nec de Christianis tantum, verum etiam de Judæis, Saracenis, ac ethnicis. Baptisma non est necessarium ad salutem illius, qui decedit infans: ac de salute infantis sacro fonte aspersi non minus dubitandum est, quam de felicitate perpetua

to. II. Conc. p. 2034.

n. 4. 5. 6.

petua infantis ſine baptiſmo mortui, & cujuslibet alieni a fide Chriſtiana. Nemo damnari poteſt ob ſolum peccatum congenitum. Gratia, ut plerumque explicatur, eſt ludificatio: & homo vitam æternam naturæ viribus mereri poteſt. Sæcul XIV. A C. 1368. 7. 8. 10. 11.

Nihil poteſt malum eſſe ſolum ideo, quia vetitum eſt: atque fructus, quem comedit homo primus, erat prohibitus, quia malus erat. Finitus eſt Deus Pater; finitus Filius; ſolus Spiritus Sanctus eſt infinitus. Rem nullam Deus in nihilum redigere poteſt. Homo eſt mortalis tam neceſſario, quam eſt animal: ita Chriſtus, Beatique omnes adhuc revera ſunt mortales. Omnes Beati tam Angeli, quam homines, excepto Chriſto, etiamnum peccare, ac damnari poſſunt. Damnati omnes, etiam dæmones reſtitui poſſunt in ſtatum priſtinum beatique fieri. Deus neminem creare poteſt peccato nulli obnoxium. Hos errores condemnans ſanctio eſt inſcripta Cancellario Univerſitatis Oxonienſis, & data Lambethæ 9. Nov. 1368. 15. 16. 18. 20. 23. 24. 26. 27. 28. 29.

Rex Eduardus III edoctus Simonem Langhamium evaſiſſe Cardinalem, omnia Cantuarienſis archiepiſcopatus prædia tanquam vacantia ſub cuſtodiam tradidit: nam inſtar regulæ ſtatutum erat, ut Romana purpura reliqua beneficia cuncta faceret vacua. Archiepiſcopus inſi- *Bal. vita p. 1024.*

guia

Sæcul. XIV. A. C. 1368.

gnia dignitatis suæ depositit, & jurisdictionem suam Priori, & cœnobio Cantuariensi reddidit. Tum bona Regis cum venia mense Aprili anno 1369 discessit; & Montem Flasconis 24 Maji advenit. A Papa Cardinalis Presbyter de S. Sixto nominatus Cantuariæ successorem habuit Guilielmum Vitelescum Vigornensem Episcopum, Archiepiscopi Simonis Issipii nepotem a Papa translatum.

Godwin. p. 167. Walsing. p. 183.

§. XII.

Dionysii Sulechati retractatio.

Parisiis Dionysius Sulechatus Ordinis Minorum tertiam cecinit palinodiam aliquot errorum, quos quinque abhinc annos defenderat. Ut librum sententiarum exponeret, suum faciens principium (erat nomen cujusdam actus publici) de paupertate Evangelica, & perfectione Christiana propositiones protulit, quæ favere Fratricellorum hæresi videbantur. Delatum illius nomen ad Cancellarium Parisiensis Ecclesiæ, & ad Doctores Facultatis Theologicæ: quibus magno numero congregatis tum inspectum principium Dionysii manu scriptum, tum alia indicia persuaserunt eum has propositiones propugnasse. His postea mature discussis declarabant quasdam hæreticas, alias Ecclesiæ decisioni contrarias, multas

Bibl. PP. Paris. to 4. p. 1160. Duboulai to 4. p. 378. 382. 424. Rayn. 1362. n. 16.

tas offensioni esse. Accito igitur Fratri Dionysio interdixere, ne Professoris munus obiret, donec aliter statuissent. Sæcul.XIV. A.C.1369.

Ille in hac inhibitione acquiescere se simulans recantavit errata sua coram Cancellario & Doctoribus legendo formulam sibi præscriptam. Sed eandem retractationem in conventu solemni facturum se pollicitus, cum instaret præfixa dies, se submovit. Quocirca Stephano Parisino Episcopo, postmodum Cardinali, & Inquisitoribus denunciatus ut hæreticus, & vocatus in jus est. At non se stitit, nisi Avenione; ubi pridie Calendas Februarias an. 1365 palinodiam iteravit suam coram Guilielmo Romano sacri palatii Magistro, & novem aliis Theologiæ Doctoribus Parisinis. Dein se purgaturus erratis prioribus adjecit nova.

Nam in præsentia duorum Cardinalium, quos a Papa cognitores impetraverat, & coram Doctoribus Parisinis, quos illi accersiverant, fecit declarationem eorum judicio pejora pristinis errata continentem. Tum nova quærentem effugia comprehendi Papa, & 1 Aprilis errores iterum Parisiis & publice quidem revocare jussit, alioqui piorum cœtu movendum. Cardinalis Bellovacensis Joannes Domnamantinus erat, cui executionem mandati hujus commisit per litteras

Sæcul. XIV. A.C. 1369.

teras Romæ datas 23 Dec. 1368. Quapropter Dionyſius die Jovis poſt Dominicam Quaſi modo pridie Idus Apriles an. 1369 Pariſiis in templo Dominicanorum tertiam, eamque publicam cantavit palinodiam.

Rayn. 1369. *n.* 15.

Eodem tempore Urbanus edebat litteras vetantes, ne Præſules, Priores, aliique cœnobiorum Præſides a candidatis religioſæ vitæ tirocinium poſituris ante vel poſt convivium poſtulent pecuniam, vel ornatus pretioſos, aut res alias quantumvis pios ad uſus adhibendas. Permittitur ſolum, ut accipiant ea, quæ ſuſcepti offerrent ultro, ac liberrime, nec ex compoſito. Qui contra fecerint, homines profani anathemate devincti, Regulares adminiſtrando munere interdicti declarantur. Dabat 4 Apr. 1369.

Anno eodem Papa per diploma Viterbii ultimo Auguſti ſcriptum ex oppido, quod erat Mons Flaſconis, ſedem Epiſcopalem fecit; caſtrum civitatis jure ac nomine inſignivit; S. Margaritæ templum eſſe cathedrale voluit: ubi octo Canonicos inſtituit, quibus aſſignavit reditus, ac novæ diœceſi limites præſcripſit. Nondum tamen Epiſcopum ei dedit: ſed poſt annos ſeptem Gregorius XI Urbani ſucceſſor novam ædem cathedralem dedicans Antiſtitem ibi primum poſuit Petrum

Ughell to. 1. *p.* 1051.

p. 1062.

trum Aſcuſium natione Gallum, ex Or- Sæcul. XIV.
dine Auguſtinianorum Mendicantium. A. C. 1369.

§. XIII.

Imperator Græcorum Romæ agit.

Viterbio recta Romam ivit Urbanus, ubi expectabatur ab Imperatore Conſtantinopolitano. Is erat Joannes Palæologus, qui magnos Turcarum progreſſus videns in Italiam tranſierat, a Principibus Occidentis auxilia petiturus. Papa die ſabbati 13 Oct. an. 1369 Romam ingreſſus Palæologum honoribus affecit multis, ſed paulo minoribus, quam ſi fuiſſet Imperator Occidentis. Die Jovis 18 ejusdem menſis Imperator Græcus in templo Spiritus Sancti fidem profeſſus eſt coram quatuor Cardinalibus, nempe Guilielmo Sudrio Epiſcopo Oſtienſi, Bernardo Sylvulo de duodecim Apoſtolis, Neapolitano Archiepiſcopo, Franciſco Thebaldeſco de S. Sabina, & Raynaldo Urſino Diacono de S. Adriano, quibus Papa hac de re mandatum dederat Viterbii 7 Octobris.

Vitæ PP. to 1 p. 388. 410 to. 2. p. 772. Chalcond. p. 25.

Rayn. 1369. n. 1. 2. &c. Allat. con. p. 843.

Palæologus fidem prorſus catholicam, & inter alia puncta profitebatur, Spiritum Sanctum procedere a Patre, ac Filio; Romanam Eccleſiam tenere principatum totius Eccleſiæ catholicæ, ac jus

Sæcul. XIV. A. C. 1369.

decidendi controverſas de Fide quæſtiones; & quemlibet in materia eccleſiaſtica læſum eo appellare poſſe. Hanc profeſſionem tradidit ſermone Græco exaratam, cui nomen ipſe ſuum ſubſcripſerat minio, ſigillumque aureum impreſſerat: & cum illam jurejurando confirmaſſet, tanquam verus Catholicus ad oſculum pacis commiſſus eſt a Cardinalibus.

Vitæ to. 2. p. 773.

Die Dominica 21 Oct. e Vaticano palatio ſuo egreſſus ſolium conſcendit S. Petri baſilicam inter & hujus gradus erectum. Amictu pontificio inſignem ſtipabant cuncti Cardinales, ac Præſules ſuis pariter ornamentis induti. Mox venit Imperator Græcus; atque ut Papam vidit, ter flexit genua: tum acceſſit pedesque, manum, & os ejus oſculabatur. Papa ſurgens prehenſa illius manu incepit hymnum Ambroſianum. Simul intrabant templum; ubi Papa canebat ſacrum coram Imperatore, magnoque Græcorum numero. Eo die cum Papa pranderunt Palæologus, & univerſi Cardinales.

Rayn. 1368. n. 18.

Anno priore Urbanus audierat, Fratres Minores a Ludovico Hungariæ Rege ſtimulatos protectosque in Bulgaria, Raſcia, & Boſnia quam plurimis hæreticis ac ſchiſmaticis ſanam perſuaſiſſe fidem: ut docet epiſtola, quæ Regi gratias agebat 14 Jul. an. 1368. Ut conſuleret

eorum

eorum constantiæ, ac hæreticorum his in provinciis adhuc frequentium progressibus obstaret; Archiepiscopis Spalatino, & Ragusiano, eorumque Suffraganeis scripsit, ut pro viribus impedirent commercium Catholicorum cum hæreticis Bosniæ, ac ne hi illis, aut illi his merces afferrent: qui contra egerint, anathemate, ac hæretici etiam carcere mulctarentur. Dabat 13 Nov. 1369. Sæcul. XIV. A. C. 1369. *Id.* 1369. n. 1, 3

Quod Græci se Romanos dicerent, metuebatur Græcorum astus sub nomine Romanæ Ecclesiæ. Itaque Imperator Joannes Palæologus mense Januario sequentis anni 1370 Romæ confecit litteras, quibus explicat tabulas 18 Octobris datas, & declarat se per Ecclesiam Romanam intelligere illam, cui præsideret Papa Urbanus V. Is abeunti Constantinopolim Principi multas alias inter gratias Idibus Februarii contulit facultatem habendæ aræ gestatu facilis, in qua fieri coram se sacrum curaret, sed per Latinum duntaxat Sacerdotem. Nimirum Græci non utuntur aris lapideis, sed corio, linteo, vel parte panni hunc in finem consecrata: *Antiminsion* vocant. Papa illi etiam commendatitias dedit litteras ad Principes, quorum terras is transiturus erat; veluti ad Reginam Neapolis Joannam, & ad Philippum Tarenti Ducem, & Constantinopolitanum Imperato- *Id.* 1370. n. 1. *Id.* n. 4. *Du Cange gloss. Gr. p.* 85.

Sæcul. XIV. A.C. 1369.

rem honorarium. Denique Palæologus æquissimo erga Papam animo discedere visus est.

Vitæ to. 1. p. 388.

§. XIV.

Christo adjunguntur Valachi &c.

Clara Valachiæ Præfecti Alexandri vidua, Princeps catholica, & pia filias duas nuptum dederat, Regi Bulgariæ alteram, alteram Regi Serviæ. Priorem illam a schismate ac hæresi dimoverat: quod ei gratulans Papa suadebat, ut idem faceret posteriori filiæ. Scripsit 19 Jan. & 8 Apr. etiam privigno ejus Ladislao Valachiæ Præposito, authorque fuit, ut ad Ecclesiam rediret.

Rayn. n. 5.

n. 6.

n. 7.

Lasco Moldaviæ Dux natione Valachus per Fratres Minores saniora doctus schisma, in quo cum subjectis eo usque vixerat, abjicere statuit: idque per duos ejusdem Ordinis Fratres Papæ Urbano indicavit, orans, ut sedes episcopalis fieret Cereta sibi submissa urbs Halicianæ in Russia diœceseos, a qua longe remota esset; præterquam quod Episcopus debitam Ecclesiæ obedientiam abnueret tota cum provincia. Papa proinde Archiepiscopo Pragensi, & duobus Episcopis Vratislaviæ, atque Cracoviæ scripsit, ut in rei veritatem inquirerent; addebatque:

que: Si Lasconem, ac ei subditos sincere ac firmiter velle catholicam amplecti fidem videritis, eos, aut ex eis illos, quos censueritis opportunos, ejurare schisma jubebitis. Tum Ceretam urbem, totamque Moldaviam a jurisdictione Haliciani Præsulis, & cujuslibet Viri ecclesiastici omnino liberam pronunciabitis, solique Sedi supremæ in rebus sacris obnoxiam. Denique Ceretam civitatis, ac sedis episcopalis honore decorabitis: pro diœcesi totam ei Moldaviam adjungetis, &, si quod illic inveneritis templum idoneum, id facietis cathedrale. Hoc mandatum dedit 24 Jul. an. 1370. Sæcul. XIV. A.C. 1370.

Interim Papa plerosque Viros Apostolicos ab antecessoribus suis in Tartariam missos obiisse, multosque Christianos novos carere pastoribus audiens, hoc anno non paucos illuc Fratres Minores postremo Martii misit cum Guilielmo Dupratio Doctore Parisino: hunc eis præesse voluit: hunc fecit Archiepiscopum Cambalinum, Minorumque Ministri Generalis per universam Cathajam Vicarium: huic dedit potestatem ducendi eo duodecim, quos vellet, Fratres ejusdem Ordinis. Complures eis epistolas dedit; primam ad Magnum Tartarorum Canum: alteram ad cunctos ejusdem nationis Principes; tertiam ad gentem totam: hortabatur, ut Archiepiscopo, *Vad.* 1370. n. 1. 2. n. 4. 5.

Sæcul. XIV. A. C. 1370.

Collegis ejus, novisque Christianis faverent; ac ipsi religionem veram prosequerentur. Crediderim Viros Apostolicos cognovisse, quam utiles forent hujusmodi epistolæ. Quarta monebat omnem Græciæ Clerum, ut Imperatoris sui exemplo schisma rejiceret.

n. 8.

§. XV.

Mons Cassinus instauratur.

Montis Cassini cœnobium, Ordinis Benedictini caput, in rebus sacris ac terrenis magnopere defloruerat. Tenebant illud multi monachi vagabundi, & insolentes, qui fere hominum profanorum instar vivebant: ac ædificia pæne diruerat terræ motus. Papa Urbanus, ut celebre id monasterium instauraret, primo episcopatum a Joanne XXII anno 1319 ibi constitutum per litteras 30 Nov. 1366 datas suppressit, Abbatem præ Episcopo renovandæ inibi disciplinæ idoneum ratus. Deinde in reparanda ædificia impendit abbatiæ vacantis reditus. Tum depulsis monachis malis modestos ac probos e cœnobiis, ubi exactissima sacrarum legum observatio vigebat, collectos ibi sedem figere jussit.

Vitæ PP. p. 389.

Ibid. p. 138. 275.

Bullar. Cassin. to. 2. p. 283.

Tantum deerat Abbas bene gubernando cœnobio novo, & attrahendis illuc homi-

hominibus egregiis aptus. Talem Papa diu nigros inter Monachos quærebat frustra. Tandem apud Camaldulenses invenit Virum piissimum, in sacris precibus, ac libris assiduum, optimis præditum moribus, prudentem in rebus gerendis, abstinentiæ carnium, ac totius Regulæ studiosissimum: vocabatur Andreas Faventinus. Accersitum hoc anno 1370 Papa reluctantem constituit Abbatem Montis Cassini. Eodem anno 7 Maji Reginæ Neapolis Joannæ scripsit, huic ut monasterio redderet jurisdictionem profanam, authoritatem in clientes fiduciarios, cæteraque jura diminuta per Carolum Andegavensem, ac reliquos Reges antecessores suos. Timebat Papa, ne alioqui disciplina inibi parum diu floreret.

Sæcul. XIV. A.C. 1370.

Vitæ p. 1039

Rayn. n. 15.

§. XVI.

Papa discedit Roma.

Die lunæ 15 Apr. 1370 Papa in templum Lateranense portari voluit duas statuas pectore tenus effictas pro capitibus SS. Petri, & Pauli, quæ ibi tres Cardinales solenniter illis inclusa imposuere grandi tabernaculo suffulto quatuor columnis marmoreis, atque, ut Papa jusserat, supra principem aram confecto. Sequente die Mercurii Papa Romam ul-

Sup. §. 6.

Vit. to. 1. p. 390.

to. 2. p. 773.

Sæcul. XIV. A.C. 1370.

timo vidit, Viterbium, & inde Montem Flaſconis profectus. Tum declaravit ſuum propoſitum redeundi Avenionem, pacis inter Franciam & Angliam conciliandæ gratia: utque tota curia ſua parare ſe ad iter poſſet, edixit juſtitium a Calendis Juniis usque ad initium Octobris.

p. 391.

Die Veneris poſt Pentecoſten ſeptimo Junii Papa Monte Flaſconis creavit duos Cardinales. Prior erat Petrus Eſtainius in Rhutenenſi diœceſi nobiliſſimo natus genere, S. Benedicti regulam profeſſus, ac ex Epiſcopo Florofanenſi Bituricenſis Archiepiſcopus factus: ſed accepta purpura ſedem illam reliquit ſecundum diſciplinam hactenus obſervatam. Papa eum nominavit Cardinalem de S. Maria trans Tiberim, & in Italia ſuum eſſe Legatum voluit. Alter fuit Petrus Corſinus Florentinus, Thomæ Doctoris, & ſacri palatii Auditoris filius, de ſede Volaterrana, quam tenuerat, Florentiam translatus anno 1361, modo Cardinalis de S. Laurentio *in Damaſo*: ac Florentiæ mox illi ſucceſſit Angelus Ricaſolius.

p. 1039.

p. 1040.

Ughell. to. 3. *p.* 198.

Paulo poſt Papa Romanis ſcripſit, ut eos de abſentia ſua conſolaretur, & averteret maculam, quam ea ipſorum nomini aſpergere poſſet. Declarabat igitur ſe non abiiſſe ob moleſtiam aliquam ex iis captam: e contrario ſe ſuamque curiam optime

Rayn. n. 19.

optime ab eis habitos esse per triennium Romæ, ac in vicinia transactum. Cogimur, addebat, trans montes nos recipere ob negotia non tantum Ecclesiæ universali utilia, sed & moram nullam ferentia: vosque semper in animo præsentes nostro tenebimus, quamdiu nobis fideles eritis. Dabat 26 Junii. Sæcul. XIV. A. C. 1370.

§. XVII.

S. Birgitta Sueca.

Mense Julio S. Birgitta Sueca Montem Flasconis venit, ut adiret Papam. Sub annum 1302 ex una de nobilissimis Sueciæ familiis orta, cum tredecim annos habens Vulfoni juveni Principi nupsisset, octo ei liberos peperit: communi dein consensu continentiam coluere. Hoc in statu Compostellanum S. Jacobi templum simul petiere pietatis causa: & reversi religiosam amplecti vitam statuerunt ambo. Vulfo, priusquam id faceret, decessit. Birgitta vero vidua duplicabat afflictationes corporis, suamque in pauperes largitatem: & paulo post, nempe sub annum 1344 Vadstenæ in Lincopiana diœcesi monasterium condidit pro sexaginta Virginibus, ac viginti quinque Fratribus Ordinis Augustiniani, quibus tradidit quasdam constitutiones: cœnobio autem nomen a SS. Salvatore indidit. *Bullar. Bonif. IX. const. 5.*

Sæcul. XIV. A. C. 1370.

Talis erat Birgitta, cum ab Urbano confirmationem ſuæ regulæ, quam ajebat a Deo ſibi dictatam, petiit, ac impetravit. Tum Papæ per Nicolaum Nolæ Comitem dici curavit, fore, ut ageret perperam, neque conficeret iter ſuum, ſi abiret ex Italia. Præterea Cardinali Bellofordiano, qui poſtea evaſit Papa, præſente Alphonſo Epiſcopo Giennino expoſuit, ſibi Romæ verſanti Beatiſſimam Virginem indicaſſe ſequentia: Deus vult Papam non egredi ex Italia, ſed ibi manere ad mortem usque, ſive Romæ, ſive alibi. Alioquin, ſi redibit Avenionem, morietur ſtatim, & de ſuo agendi modo rationem reddet Deo. Hujus rei notitiam e cœlo hauſtam Birgitta Cardinali aperuit, ut Urbano eam ſcripto daret quam ſecretiſſime. At illo id facere non auſo, ſancta vidua ipſa eandem Alphonſi manu ſcriptam Papæ tradidit.

p. 414. 1057. *Rayn.* 1370. *n.* 9.

§. XVIII.

Urbanus V obit.

Vitæ p. 392. 412.

Septimo Calendas Septembres Papa Monte Flaſconis Caſtrum Novum venit: ubi hærebat usque ad Nonas Septembres: quibus conſcenſa nave ſexto decimo ejusdem menſis Maſſiliam, & tandem viceſimo quarto Avenionem attigit plaudente populo. Inter Gallorum, Anglo-

Anglorumque Reges consilia pacis per se ipsum agitaturus jam itineris apparatus aliquos curaverat; cum gravem in morbum cecidit; & imminere sibi mortem videns de sola salute animæ suæ cogitavit. Expiatis sæpius noxis usu Sacramentorum munitus coram suo cubiculario, conscientiæ Arbitro, multisque aliis Viris spectatis, Credo, ajebat, credo firmiter omnia, quæ docet sancta Ecclesia catholica. Siquid aliud unquam quocunque demum modo protuli, revocatum volo, meque correctioni Ecclesiæ submitto. Ut hæc testificatio monstrat, non se credebat liberum ab erroris periculo. Sic obiit die Jovis 19 Dec. 1370; postquam sederat annis octo, mense uno, diebus undeviginti. In cathedrali templo Avenionensi primum sepultus, deinde Massiliam in S. Victoris ædem, ut voluerat, translatus est: magnaque ibi miracula fieri dicebantur. Sæcul. XIV. A. C. 1370. p. 398.

Pæne jam inde a suscepto pontificatu plurimis in locis ædificia excitare cœpit, ac semper postea pergebat. Avenione palatium erexit, ac elegantem paravit hortum. Multas exstruxit ædes sacras; multa Canonicorum collegia instituit, & dotavit: Romæque, & alibi non paucis templis donavit calices, ornamenta, & libros. Assidue habebat senatus, & consilia; & negotiis probe a cito expediendis p. 392.

Sæcul. XIV. A.C. 1370.

dis invigilabat: sed reprimebat Causidicorum procuratorumque artes subdolas. Exercuit fervorem suum contra usuras, concubinatum, mercatumque sacrilegum: &, quantum potuit, constrinxit possessionem complurium beneficiorum. Per totum pontificatus sui tempus diversis in Universitatibus litterarum studiosos mille aluit, librosque necessarios contulit indigentibus. Cesserone pro duodecim tironibus in arte medica collegium condidit, ac vectigalibus instruxit. Generatim pauperum curam permagnam gessit, minime passus in se dominari naturalem in cognatos propensionem.

p. 395.

§. XIX.

Gregorius XI Papa.

Ipso die obitus Urbani V. 19 Decembris Cardinales fratrem ejus Anglicum Collegam suum, Albanensem Episcopum, Legatum, & Vicarium Generalem in Italicis Ecclesiæ terris rei certiorem faciebant, monebantque, ut has Ecclesiæ possessiones conservare studeret, quamdiu vacaret suprema sedes. Vacavit autem decem duntaxat dies. Nam 29 ejusdem mensis Cardinales conclave vespere ingressi primo mane quasi divino instinctu cooptarunt Cardinalem Bellofordianum. Is erat Petrus Rogerius Malomontii

Rayn. 1370. n. 24.

Vitæ p. 255. 425. 731.

montii Lemovicana in diœceſi natus, Clementis VI nepos ex fratre Guilielmo Comite Bellofordiæ in Vallagia. Ex Notario Summæ Sedis Cardinalis Diaconus de S. Maria Nova, ut vocant, anno 1348 per Papam ſuum patruum evaſerat, quanquam nondum decem & octo annos habens: at excellebat egregia indole, modeſtis, ac temperatis moribus, præclaro ingenio, raraque induſtria; & magnos jam progreſſus fecerat in Jure Civili, cui navatam tunc operam diu continuavit: deinde Juri Canonico, ac Theologiæ Morali ſtudium impendit ſuum, ita, ut, quoties ferebat occaſio, rectiſſime de iis diſſereret. Multa obtinuit beneficia. Fuit Narbonenſis Canonicus, Rothomagenſis Archidiaconus, Præpoſitus in templo SS. Salvatoris Trajecti ad Moſam, Cantuarienſis, & Bituricenſis Archidiaconus, Aurelianenſis Eccleſiæ Canonicus, & Archidiaconus Solliacenſis. Hoc tum temporis in more poſitum habebant Cardinales, ut dignitatem ſuſtinerent ſuam. Gregorius XI dici voluit electus Papa, eoque ipſo die rei notitiam per litteras dedit Regi Gallorum Carolo V. Die ſabbati quarta Januarii in Sacerdotem, ac poſtera Dominica in Papam conſecratus, coronatusque fuit.

Sæcul. XIV. A.C. 1370.

Vit. p. 1061.

Rayn. 1370. n. 26.

§. XX.

Sæcul. XIV. A. C. 1371.

§. XX.

Designantur Cardinales.

Vitæ p. 427. 1061. Die Veneris post Pentecosten 6 Junii an. 1371 Papa Gregorius declaravit duodecim Cardinales, octo Presbyteros, & quatuor Diaconos. Primus erat Petrus Gomesius Barrosinus Hispanus, tunc Hispalensis Archiepiscopus, probabiliter nepos illius, quem anno 1327 Joannes XXII Cardinalem creavit: uterque gessit titulum de S. Praxede. Iste sic promotus Avenionem Papæ adduxit duos equos pulcherrimos, quos ei Rex Castellæ donabat cum ornatu pretiosissimo. Secundus, Joannes Crosius Papæ cognatus in tertio gradu, per Clementem VI ab anno 1348 Lemovicensis Episcopus, modo Cardinalis de S. Nereo; sed communiter vocatus Cardinalis Lemovicensis. Tertius, Bertrandus Cosnacius ex eadem diœcesi, primum Brivanus Canonicus Regularis, deinde Tolosanus Doctor Juris Pontificii, & anno 1337 Brivanus Prior, postmodum Convenarum Episcopus, & inde dictus Cardinalis Convenanus.

Sup. lib. 93. *§.* 40.

Vad. 1371. *n.* 4.

Vitæ p. 1070

Quartus, Bertrandus Latgerus Arvernus Ord. Minorum, Doctor Theologiæ, anno 1345 a Clemente VI renunciatus Episcopus Alaſſinus in Corsica, inde post tres annos Assisium, & hinc Glandevam trans-

translatus anno 1368; unde cognomen traxit ut Cardinalis, etsi habebat titulum de S. Cæcilia. Quintus, Robertus Genevas Comitis Genevensis frater, ex Canonico Parisino, & Archigrammateo Sacræ Sedis factus an. 1365 Tervanus Episcopus, post triennium translatus Cameracum, modo Cardinalis de duodecim Apostolis. Sextus, Guilielmus Chanacius e nobilissima stirpe Lemovicensi, anno ætatis septimo Lemovicis ad S. Martialem monastica indutus veste, Parisiis evasit Doctor Juris Canonici, an. 1354 Salmurinus ad S. Florentium Abbas, an. 1368 per Urbanum V Carnuti Episcopus, an. 1371 per Gregorium XI Mimati Præsul, & mox Cardinalis de S. Vitale.

Septimus, Joannes Faber Papæ Gregorii consobrinus, Doctor legum, ac ex Decano Aurelianensis Ecclesiæ Episcopus Tutelensis per Urbanum V ab anno 1370, postea Cardinalis de S. Marcello, sed brevi mortuus, nempe 6 Martii an. 1372. Octavus Joannes Turrius Arvernus, Abbas Benedictofanensis ad Ligerim, modo Cardinalis de S. Laurentio *in Lucina*. En octo Cardinales Presbyteros!

Primus Diaconorum, & nonus inter omnes fuit Jacobus Ursinus Romanus, Notarius Sacræ Sedis. Decimus, Petrus Flandrinus ex Vivarina diœcesi, Doctor Juris Canonici, ex Decano Ecclesiæ Bajocensis,

Sæcul. XIV. A.C. 1371.

Card. Fr. pr. p. 485.

Vitæ p. 1085

p. 1092.

p. 1104.

Sæcul. XIV. A.C. 1371.

censis, Cardinalis de S. Eustachio. Undecimus, Guilielmus Noëlletus e diœcesi Engolismensi, anno 1365 Tolosæ inter Doctores Juris relatus, postmodo Canonicus Bajocensis, & Auditor sacri palatii, anno 1366 Constantinopolim ad reconciliandas Ecclesias missus, Archidiaconi Carnutensis munere fungebatur, quando appellatus est Cardinalis de S. Angelo. Ultimus, Petrus Vergnius, in Tutelensi diœcesi natus, Cesseronius Doctor Juris Pontificii, anno 1368 Vaurensi concilio ut Narbonensis Canonicus adfuit, & Archidiaconum Rothomagensem agebat, cum nominatus est Cardinalis de S. Maria *in via lata*. Hi tres posteriores erant Auditores sacri palatii, & Papæ Gregorio a supplicibus libellis. Habes duodecim Cardinales decretos 6 Junii anno 1371.

p. 1113.

p. 1116.

§. XXI.

Quæstiones de augustissima Eucharistia.

Nicolaus Emericus Dominicanus Theologiæ Doctor, ac per Arragoniam Inquisitor Papæ Gregorio indicavit, hoc in regno quosdam Religiosos e suggestu sacro protulisse has tres propositiones: I. Si consecrata hostia cadat in cœnum, locum-

Direct. Inquis. p. 44.

locumve sordidum, quamvis maneant species, corpus Domini desinit ibi esse, ac eo redit substantia panis. II. Idem fit, si hostiam corrodat, vel devoret animal. III. Pariter, si homo species consumat in ore suo, Christus non venit in stomachum, sed in cœlum abit. Inquisitor Papæ exposuit has propositiones posse offensioni esse, ac expetiit inhibitionem, ne dicerentur ad populum. Gregorius præsentes tunc novos Cardinales Petrum Flandrinum de S. Eustachio, & Guilielmum Noëlletum de S. Angelo jussit hac super re scribere Archiepiscopis Tarraconensi, & Cæsaraugustano, eorum Suffraganeis, harumque provinciarum Inquisitoribus. Illi suis in litteris ajunt: Ex Papæ mandato vos monemus, nequem sinatis istarum propositionum aliquam enunciare pro concione, alioquin ipso facto incursurum in pœnam anathematis. Significamus etiam Papæ nomine, hunc idem interdixisse Fratri Joanni Delaunio Ordinis Minorum sæpe harum propositionum aliquas publice vestris in templis elocuto. Dabant Villæ Novæ (quæ dicitur Avenionensis) 8 Aug. 1371.

Sæcul. XIV. A. C. 1371.

Notandum, Papam non prorsus damnasse hæc tria dicta, sed tantum prohibuisse, ne palam spargerentur e pulpitis, quod imbecillos animos possent offendere. Et vero de mysterio Eucharistiæ

Vad. 1371. *n.* 14. 15. *&c.*

Sæcul. XIV. A.C. 1372.

Doctores quidam indigne loquebantur; inter alios Wicleffus, qui tunc in Anglia incipiebat dogmata diſſeminare. Propoſitiones, de quibus agitur, poterant, ut in ſe ſunt, adhuc haberi problematicæ, ac de illis in utramque partem diſputare licebat. Magiſter Sententiarum inquiebat: Poſſumus dicere, animalia non accipere corpus Chriſti, quamvis hoc accipere videantur. Quid ergo accipit forex, aut quid comedit? Deus ſcit. At ex mente S. Thomæ hoc in caſu ſubſtantia corporis Chriſti non deſinit eſſe ſub ſpeciebus, quamdiu manent: atque iſta opinio plus valuit in ſcholis catholicis.

Lib. 5. diſt. 19

3. p. q. 80. a. 1. ad 3.

§. XXII.

Apoſtolica expeditio in Boſnia.

Cum Laſco Moldaviæ Dux ejurato Græcorum ſchismate de ſuo ad Eccleſiam Romanam reditu Papæ ſcripſiſſet: hic illum per epiſtolam 25 Jan. 1372 datam hortatus eſt ad conſtantiam, & ut conjugem quoque ſuam in ſchiſmate pertinacem ad Eccleſiæ ſinum reduceret. E multis litteris per annum eundem ſcriptis apparet, Fratres minores ſtrenuam dediſſe operam adjungendis Chriſto hæreticis, ac ſchiſmaticis propinquarum regionum, ſcilicet Boſniæ, atque Raſciæ.

Rayn. 1372. n. 32.

Hujus

Hujus Ordinis Fratres tam Regis Hungariæ Ludovici, quam suo nomine Papæ Gregorio tradidere petitionem, in qua dicebant in Rascia, Basaratiaque, ac vicinis terris messem multam, operarios esse paucos: permitteret, ut plura sui Ordinis cœnobia conderent. Consensit Papa per epistolam 17 Junii exaratam, inscriptamque Bartholomæo Arverno Minorum Ministri Generalis Vicario in Bossina. Decimo Calendas Julias Gregorius ad omnes Ordinis Ministros Provinciales, & Custodes, seu Guardianos scripsit, ut in Bossinam ad hunc laborem Apostolicum eundi copiam facerent cunctis Fratribus, qui sic cuperent, ac idonei viderentur: vetuit tamen, ne novi plures, quam sexaginta eo venirent. Memorant eædem litteræ, Fratres Minores quotannis magno numero adiisse Portiunculam indulgentiæ 2 Aug. consequendæ causa. Dabantur etiam in provinciis Hungariæ finitimis religionis desertores, qui e Christianis fiebant Musulmanni, vel post acceptum baptismum ad Mahometis superstitionem redibant. In hos æque, ac in hæreticos animadvertere Inquisitores Dominicanos, Franciscanosque jussit Gregorius.

sæcul. XIV. A.C. 1372.

Vad. tod. n. 30.31.32.

Rayn. n. 34.

Sæcul. XIV. A.C. 1372.

§. XXIII.

Condemnantur errores.

n. 33. In Germania Albertus Halberſtadienſis Epiſcopus dictitabat, hoc in orbe fieri omnia per neceſſitatem; ex fato pendere vitam, & mortem cujusque hominis; de nulla re conſilium, aut deliberationem habendam eſſe; vim ſiderum neceſſario influere in quoslibet actus hominum. Cumque hic Præſul eruditionis fama floreret ut Doctor Pariſiis creatus: multi, præſertim Nobiles, ſermonibus ejus commoti vacillare in fide, non Cælites, non Deum precari, & opera bona negligere cœperunt.

Bulæus. p. 21.

Papa re comperta Præpoſito Herfordiano, Dominicano per illa loca Inquiſitori, & cuidam Auguſtiniano Theologiæ Doctori 15 Martii an. 1372 dedit hoc mandatum: Si videritis ita eſſe, Epiſcopum jubebitis errorem ſuum coram vobis, ſuoque Clero, ac populo fateri, temere prolata retexere, & agnoſcere, quod ſint hæretica. Publicæ actus iſtius tabulæ conficientur! Deſtinabitis ei tempus, intra quod hæc agat. Si non obedierit interea, eum ad tribunal noſtrum citabitis, pro quo ſe ſiſtat duos intra menſes. Sive autem pareat, ſive non; has propoſitiones palam declarabitis hæreticas,

reticas, & a Romana Ecclesia condemnatas. Sæcul. XIV. A.C.1372.

Papa etiam audiit in quibusdam Siciliæ locis esse homines, qui non dubitarent Dulcini discipulos, & Fratres *vitæ pauperis*, etsi a Summa Sede damnatos, Sanctorum instar colere; illorum ossa, ut sacras reliquias asservare; in eorum honorem templa, vel sacella condere; quotannis ea magnas per turmas, & cum luminibus obire die mortis istorum commentitiorum Cælitum. Igitur Episcopis Siculis 12 Sept. scripsit Papa, ut has superstitiones in posterum arcerent non modo per censuras ecclesiasticas, verum etiam, si foret opus, per auxiliarias civilis Magistratus vires. *Rayn. n. 36. Sup. Lib. 91. §. 33.*

§. XXIV.

S. Andreas Corsinus.

Ineunte anno 1373 obiit verus Sanctus, nempe Andreas Corsinus Fesulanus in Hetruria Episcopus, Florentiæ nobili Corsinorum familia ortus sub annum 1302. Antequam nasceretur, parentes ejus Deo promiserant primum conjugii sui fructum. Sed initio Andreas non respondit eorum consiliis. Anno ætatis duodecimo esse liberior, & disciplinæ impatiens cœpit, pergebatque tres circiter *Boll. 29. Jan. to. 2. p. 1061.*

Sæcul. XIV. A. C. 1373. annos. Quibus elapsis mater, quam contumelia modo affecerat, Video, ajebat, Video, mi fili, te lupum esse illum in somnio mihi objectum. Nam pridie natalem tuum videbar mihi lupum parere, quasi postea, cum templum intraret, conversum in agnum. Non es noster, sed sanctissimæ Virginis, cui te devovimus. Hæc verba Andreæ animum ita commovebant, ut per noctem totam de iis cogitaret, ac servire Deo statueret.

Postero die templum Carmelitarum adiit, utque in Ordinem admitteretur, precibus obtinuit suis. Consentiebant parentes, ac filio benedicebant. Post vota nuncupata singulis diebus Veneris se flagellis cædere acriter; tum grandem collo fiscinam appendere, ac per Florentiæ plateam maximam precario victum colligere solitus offensis hac re parentibus, Paupertatem, ajebat, sum professus: mendicare meum est. Inauguratus sacerdotio nihil solennis ritus, quem cupiebant parentes, primo in sacro suo voluit; sed hoc peregit in parvo cœnobio extra urbem sito. Jussu comitiorum generalium Parisios petiit, litterarum studia exerciturus; ac triennio ibidem mansit. In reditu Avenionem delatum Cardinalis Florentinus Petrus Corsinus agnatus suus per aliquot dies detinuit. Illic Andreas cæco usum oculo-

rum

rum reddidit; alias quoque sanationes feciſſe fertur. Sæcul.XIV. A.C.1373.

Reverſus domum evaſit Prior cœnobii Florentini. Sed 13 Oct. 1349 electus Feſulanus Epiſcopus, & a Clemente VI confirmatus aufugit clanculum; & apud Carthuſianos ſeſe abdidit. Quærebatur fruſtra: novamque ad electionem res ſpectabat: cum trium annorum puer ſe in conventum inferens clamavit: Andream elegit Deus: mittite ad Carthuſianos! reperietur ſacris inſiſtens precibus. Conſecratus igitur Feſulanam Eccleſiam per annos tres ac viginti rexit, inter alias virtutes eximiam in pauperes charitatem colens. Tandem ad Superos migravit 6 Jan. 1373. Poſt multas ſolicitationes ex intervallo repetitas Urbanus VIII eum in Sanctorum numero collocavit anno 1629. *Ughel. to. 3. p. 329.* *Bull. p. 1064.*

§. XXV.

Cenſuræ contra Pro-Comites.

Papa Gregorius anteceſſorum veſtigia perſequens renovavit pœnas duobus fratribus Barnabæ, & Galeatio Pro-Comitibus irrogatas. Septimo Calendas Auguſti anno 1372 ad omnes Epiſcopos Germaniæ dedit epiſtolam; in qua exaggerat nefarios Barnabæ conatus contra Imperium, ac Romanam Eccleſiam; *Rayn. 1372. n. 1.*

Sæcul. XIV
A. C. 1373

perfidiam recedentis a pactionibus Sacra cum Sede factis; & violentiam invadentis bona aliena. Prohibet, nequis pecuniam, annonam, opem, aut consilium fratribus istis afferat: eis subjectos jurisjurandi religione solvit: illis adhærentes anathemate, interdicto, & privatione dignitatum, munerumque omnium percellit: cunctos demum Episcopos consurgere hos in tyrannos jubet.

Id. 1373. n. 10

Septimo Januarii an. 1373 alias edebat litteras, in quibus singulatim recenset illorum crudelitates in multos Clericos per quadriennium necatos; per vim arrogata ipsorum arbitrio beneficia; & occupata bona ecclesiastica. Tandem imperat Barnabæ, ut quinto Calendas Apriles hora senatus sacri se sistat, causam dicturus suam, & sententiam auditurus. Præterea ut ne Pro-Comites per novas affinitates Principum, & Optimatum familiis innecterentur, vetuit, ne cum illis inirentur matrimonia, alioquin irrita futura: & quamvis insolita esset hæc inhibitio: multos absterruit ab eorum affinitate, quam perlibenter quæsiissent.

Vitæ to. 1. *p.* 430.

Sed rebus efficacioribus ad coërcendos Pro-Comites opus esse vidit Gregorius. Igitur e suis, fœderatorum, & Franciæ terris numerosas collegit copias, quibus præfecit Amedeum Sabaudiæ Comitem. Victo sæpius Barnabæ, pacemque

Rayn. n. 13.

cemque tentanti repoſuit: Manifeſto per- Sæcul.XIV.
juris haud fidendum: pacem, & promis- A.C.1373.
ſa non ſervant ſua, niſi quatenus id ſuis ſervire commodis putant. Nos ob pacem fallacem tantos ſumptus non facimus.

§. XXVI.

Pax inter Neapolim, & Siciliam.

Gregorius præter alios Eccleſiæ clien- *Id.*1372.n.4.
tes fiduciarios etiam Reginam Neapolis Joannam fidem ſibi ac obſequium ſpondere voluit: quod ea quarto Januarii anno 1372 fecit inter manus Bernardi Rhuteni Archiepiſcopi Neapolitani, cui Papa id dederat negotium. Eodem is *Ughel.to.6.* tempore hanc Principem inter ac Fride- *p.* 198.
ricum Arragonium Regem Siciliæ cu- *Rayn.* 1372.
ravit pacem, de qua multos per annos e- *n.* 5. *&c.*
gerant duo Fratres Minores, ſcilicet U- *Vad.* 1372.
bertinus Curillonius Friderico primus a *n.* 18.
ſacello, & Joannes Epiſcopus Gravinenſis, Reginæ Joannæ a confeſſionibus. *Bzov.* 1373.
Denique confectam ab eis pacem confir- *n.*24.25. *&c.*
mavit Papa quibusdam temperamentis *Rayn.* 1372.
additis 1 Oct. 1372. Tum miſſus ab eo *n.* 25.
Joannes Revellionius Epiſcopus Sarlati- *Vit. p.*432.
nus conſenſum partium obtinuit poſtre- 1122.
mo Martii an. 1373: & in Siciliam de- *Rayn.* 1373.
latus cenſuras huic inſulæ multis ab- *n.* 19.
hinc annis irrogatas ſuſtulit, nactus po-

Sæcul. XIV. A. C. 1373.

ſtea rogati a Friderico Gregorii mandatum 30 Martii an. 1375 ſcriptum, ut illum coronaret Regem Trinacriæ.

§. XXVII.

Turlupini hæretici.

Rayn. 1373. n. 19. 20.

Interim Papa Gregorius Regi Franciæ Carolo V ſcripſit in hanc ſententiam: Ut audivimus, in quibusdam regni tui locis utriusque ſexus homines de ſecta Begardorum (etiam Turlupini vocabantur) diverſas ſpargunt hæreſes: & tu per Inquiſitores in illos animadvertere cœpiſti. Hic cernimus Turlupinorum nomen tunc fuiſſe ſerium, ac ſignificaſſe quoddam Manichæorum genus: & argumento itidem eſt commentarium curiæ fiſci hoc eodem anno editum. Gregorius pergit: Sed & Valdenſium multitudo magna in Delphinatu, locisque vicinis datur: Prætorumque tuorum aliqui Inquiſitoribus, quos juvare deberent, obſtant; loca pro ipſorum munere contra hæreticos obeundo parum tuta aſſignant; illos de his ſtatuere ſine profano Judice non patiuntur, aut ipſorum ſententias ei monſtrare cogunt: quos tanquam hæreticos, aut ſuſpectos illi carceribus mandarunt, tui Prætores in libertatem aſſerunt: ac renuunt ex Juris præſcripto jurare, ſe regionem ab hæreticis purgaturos.

Du Cange Gloſſ. Turlup.

gaturos. Papa hortatur Regem, ut remedia his rebus iniquis adhibeat. Dabat 27 Martii an. 1373. Nota, Lector, circumscriptum jam tum Inquisitionis exercitium! Sæcul. XIV. A. C. 1373.

Turlupini se nominabant societatem pauperum, negabantque verecundandum de ulla re, quæ naturalis esset, ideoque opus Dei. Itaque corpora nudabant sua, & promiscue concumbebant instar pecorum, ab institutione divina non distinguentes pravitatem naturæ per peccatum inductam. Rex Carolus V progressum sectæ hujus per severitatem stitit. Parisiis in foro porcario extra portam S. Honorii eorum vestes, ac libri combusti sunt, & duo ex primis, qui hanc sectam professi fuerant, vir ignoti nominis, & Joanna Albentonia. *Gaguin. l. 9. Cont. Fr. de Nang.*

Sub idem tempus Papa comprehendi jussit Arnaldum Montanerium fratrem Minorem Podicertanum Catalaunum, qui a tempore Innocentii VI e suggestu sacro proferebat, defendebatque quosdam errores. Redacti sunt in has quatuor propositiones: Christus, & Apostoli nihil habebant proprium vel privatim, vel communiter. Quicunque gerit vestem S. Francisci, damnari nequit. S. Franciscus quotannis aliquo die descendit ad flammas piaculares, & hinc educit animas Fratrum sui Ordinis. Is Ordo stabit perpetuo. *Rayn. 1373. n. 19. Direct. Inquis. 2. par. q. 11. p. 267.*

Sæcul. XIV. A.C. 1373.

petuo. Arnaldus noluit ejurare ſuos errores, quanquam id ſimulabat: ſed fuga ſe ſubduxit. Citatus non adfuit ad judicium; novemque annis permanſit contumax. Tandem ut Inquiſitor Emericus Urbanum V, dein Gregorium XI conſuluit, una cum Berengario Davide tunc Urgellano Epiſcopo publice Arnaldum declaravit hæreticum obſtinatiſſimum, ac errores ejus damnavit. Ergo Gregorius Armando Fratrum Minorum Miniſtri Provincialis Vicario ſcripſit, ut profugum in Orientem Arnaldum Montanerium ad Summam Sedem captivum mitteret.

§. XXVIII.

S. Birgittæ obitus.

Sup. §. 17.

Sancta Birgitta obtenta ab Urbano V confirmatione ſui Ordinis Neapolim primo, tum in Siciliam, & inde Romam delata, quod ſe crederet divinitus admonitam, ut Hieroſolymam iret, etſi ſexaginta novem ætatis annos habens Palæſtinam cum filia ſua Catharina petiit. Illic obibat ſacra loca omnia, quorum in numero ſemper ducebatur Nazarena domus Virginis ab Angelo ſalutatæ. Romam reverſa Birgitta inibi apud S. Claræ filias ad S. Laurentium *in Panisperna*, quo ſe receperat, ſanctam oppetiit mortem

Heliot. to. 4. p. 38.

Bull. can. n. 22.

n. 41.

mortem 23 Julii anno 1373. Sequente anno corpus ejus curis Catharinæ filiæ translatum in Sueciam sepultum est in Vadstenano cœnobio, quod illa condiderat, & ubi multa fiebant opera naturæ viribus majora. Sæcul. XIV. A.C. 1373.

§. XXIX.

Sanctiones pro Candia.

Candiam tum temporis tenebant Veneti, sed incolebant Græci ex maxima parte schismatici, quos Monachi, & Sacerdotes sui pro viribus avocabant a reditu ad Romanam Ecclesiam. Idcirco Papa Urbanus anno 1368 hujus insulæ Archiepiscopo, & Suffraganeis scripsit epistolam, in qua dicebat: Modo, dum ecclesiasticæ censuræ Magistratus civilis ope melius mandari executioni queunt, in hac insula extirpatum iri schisma sperantes præcipimus, ut Græcorum nemo ad Ordines promoveatur nisi per Episcopum Latinum, aut Græcum Catholicum, qui hoc per litteras testetur suas; & consecratus a tali Sacerdos divinum sacrificium, officiumque ex ritu Ecclesiæ Romanæ peragat. Vetamus insuper, ne quis Monachus, vel Sacerdos Græcus nostrum non servans ritum deinceps audeat confitentibus operam dare, aut e suggestu ad Populum dicere. *Rayn.* 1368. *n.* 20.

Etiam

Sæcul. XIV. A.C. 1373.

Etiam Duci Veneto Andreæ Contarino scripsit in hanc sententiam: Ut comperimus nuper admodum: Constantinopolitanus Patriarcha Græcus olim vestram in insulam Cretam mittebat Archiepiscopum sibi similem, seu schismaticum, qui tales Græcos in rebus sacris regeret. At unus ex tuis antecessoribus gravi sub pœna prohibuit, ne hujusmodi Præsul in posterum reciperetur: ac inde a morte cujusdam Macarii observata est interdictio: ut etiamnum observatur. Idem Dux sanxit, nequis schismaticus excederet ex insula, & schismatico a Præsule Ordines acciperet: quæ tamen inhibitio modo haud observatur; & sic in insula fovetur schisma. Oramus itaque, ut hoc præceptum sancte servandum cures; & tam per te ipsum, quam per Prætores, quos ibi habes, facias, quidquid ad schismaticos Ecclesiæ jungendos valet: qui, quo magis concordes Latinis Catholicis, eo fideliores tibi erunt. Dabat 27 Oct. 1373.

Id. 1373. *n.* 18.

§. XXX.

Festum oblatæ in templo Virginis.

Sup. lib. 96. §. 39.

Philippus Macerianus nobilis Gallus, ac Regis Cyprii Cancellarius, de quo jam facta mentio, hoc anno in aulam Regis Caroli V delatus, huic exposuit, quæ sequuntur:

tur: In Oriente, ubi ſum verſatus diu, quotannis feſtum oblatæ in templo Sanctiſſimæ Virginis tres habentis annos agitatur ad rei memoriam. Magnum id feſtum Occidenti non eſſe notum cogitans, cum Legatum Regis Cyprii apud Papam agerem, loquebar ei de hoc argumento, feſtique officium modis muſicis illigatum exhibui. Poſteaquam id per Cardinales, aliosque Præſules, ac Theologiæ Doctores perluſtrandum curaverat, permiſit, ut hoc feſtum celebraretur: quod executioni datum Avenione coram multis Præſulibus, ac frequente populo. Sæcul. XIV. A.C. 1373. *Launoi Hiſt. Navarr. to. 1*

Sub hæc verba Philippus idem officium Regi tradidit. Accepit Carolus, & 21 Nov. 1373 in ſacello ſuo peragi ſolenniter voluit per Papæ Nuncium Petrum Abbatem Conchenſem, ac Juris pontificii Doctorem; qui rem divinam fecit, ac ſermonem habuit elegantiſſimum in præſentia Regis, & plurimorum Præſulum, Procerumque ab iſto huc accitorum. Præbuit ea res materiam epiſtolæ, qua idem Rex Magiſtrum & Academicos Navarræi Collegii ſequente anno eſt adhortatus, ut oblatæ in templo Virginis feſtum diem anniverſarium agerent.

§. XXXI.

Sæcul. XIV. A.C. 1373.

§. XXXI.

Angliæ beneficia ecclesiastica.

Walsing. p. 18.

Hoc anno Eduardus III Anglorum Rex Papam per Legatos oravit, ut Angliæ beneficiorum in Romana curia vacantium reservationes omitteret; Cleroque libertatem eligendi Episcopos, ac eos confirmandi jus Metropolitis relinqueret. In aliis quoque rebus multis læsos se conquerebantur Rex, & Angli. Itaque Gregorius in Angliam misit Episcopos Pompejopolis, & Senogalliæ, ac Ægidium Sanctium Munnium Ecclesiæ Valentinæ Præpositum, qui Regi Eduardo hanc facerent declarationem: I. Causæ omnes, quæ beneficia, quamdiu vacant, Regio juri obnoxia contingunt, & in curia seu Romana, seu Anglica modo agitantur, differentur in Natalem S. Joannis Baptistæ diem anniversariam primo futuram; postea vero resumi, & iterum tractari poterunt. II. Qui ex authoritate Apostolica in Anglia beneficia tenent, manebunt in possessione, quæ propterea haud poterit turbari. III. Si cathedrales interim, vel aliæ vacabunt Ecclesiæ; ac Rex hac occasione nominationem ad quædam beneficia esse suam contendet, nihil novum faciet, quod obesset litigantibus, aut aliis, qui ea conferendi jus

Rayn. 1374. n. 21.

a Sum-

a Summa Sede obtinuerunt. Reliqua declaratio ſimiles continet cautiones, nequid novetur usque ad præfixam diem. Mandatum Legatis dedit 21 Dec. 1373. Sæcul. XIV. A.C. 1374.

§. XXXII.

Eccleſia Polonica.

Milleccius Sacerdos & Canonicus Pragenſis Gneſnam Poloniæ urbem petierat: ubi per ſpeciem pietatis hæreſes e ſuggeſtu ſpargebat. Edoctus id Papa Gneſniano Archiepiſcopo Idibus Januariis anno 1374 ſcripſit, ut in rem inquireret, & in Milleccium, ſi ſontem inveniret, animadverteret. In litteris decimo ſequentis Februarii datis ad Imperatorem Carolum Regem Bohemiæ, ubi Milleccius ſerere ſuos errores cœperat, memorat Gregorius, ſe hac de materia ſcripſiſſe Archiepiſcopo Pragenſi, ac Epiſcopis Vratislaviæ, Litomeſci, & Olomutii; rogatque Carolum, ut ea, quæ hi Præſules agerent, authoritate ſua fulciat. *Rayn.* 1374. *n.* 10. *n.* 11.

Tunc Poloniam turbabat factio Monachi aſpirantis ad coronam. Regi Caſimiro III Nonis Novembribus anni 1370 mortuo ſucceſſerat Ludovicus Rex Hungariæ tanquam genitus ex Eliſabetha ejus ſorore, Ladislai Loctecii filia. Die Dominica poſt ſolenne S. Martini decima ſeptima Novembris eodem anno 1370 *Dugloſ. l. 9. p. 1162.* *Lib. 10. p. 7.*

Sæcul. XIV. A. C. 1374. Cracoviæ per Jaroslaum Gneſnanum Archiepiſcopum coronatus Poloniæ Rex non ideo ſceptrum Hungariæ abdicavit.

p. 20. Regis Caſimiri cognatus quidam Ladislaus cognomine Candidus, quod ſe viduum ac ſine liberis videret, relictis ei terris ſuis omnibus acceptisque ab eodem mille florenis e Polonia exceſſit, nunquam illuc redire ſtatuens. Conſcenſa Venetiis nave Hieroſolymam profectus in reditu ſubſtitit Avenione, atque Ciſtercienſem familiam auxit ut frater laicus. Diu inibi commoratus veſtem cineream mutavit nigra in Divionenſi S. Benignæ cœnobio.

p. 17. Quatuordecim fere annos ibi permanſerat: cum quidam Poloniæ Proceres eum de Regis Caſimiri obitu certiorem factum impulere, ut remiſſo monaſticæ vitæ nuncio rediret in patriam, regnique poſſeſſionem caperet ut hæres maſcula e ſtirpe proximus. Neque contenti miſiſſe alios venerunt ipſi; & proponebant exemplum Caſimiri Regis, qui Cluniaci ſe profeſſus Monachum, & in Diaconum conſecratus anno 1040 a Papa Benedicto IX votorum ſolennium gratiam faciente regnandi, & conjugis ducendæ copiam impetraſſet. Secutus id exemplum Ladislaus Candidus an. 1373 e monaſterio ſuo Avenionem abiit, ſimilem a Papa Gregorio gratiam petiturus,

Sup. lib. 59. §. 39.

Qua

Qua minime obtenta Basileam primum, ubi Poloni Proceres eum expectabant, tum de horum consilio Budam, Regemque Ludovicum adiit: a quo male satis acceptum destituerunt Poloni Proceres spe lapsi sua. Elisabetha vero Regina Hungariæ, altera Ludovici conjux erat Ladislai neptis e sorore. Illa maritum avunculo tam intentis precibus propitiavit, ut eum Avenionem remitteret cum Legatis, qui orarent Gregorium, ut per ipsum illi liceret exuere Monachum, & in ducatum reverti suum. Id autem abnuit Papa, ut antea, vota solennia laxandi causam inveniens nullam. Sæcul. XIV. A.C. 1374.

Tum Ladislaus inscio Rege Ludovico cum quatuor solum domesticis in Poloniam Majorem transiit. Sed Gnesnam delatum hospes agnovit suus anniversario Natali Virginis sexto Idus Septembres, qui erat dies Veneris; &, quod consequitur, fluebat annus 1374. Ille se proditum videns mox abiit; & arcibus quibusdam captis bellavit aliquamdiu, at irrito conatu. Denique Regi Ludovico submittere se, suumque Griecoviæ ducatum decies mille florenis vendere coactus, opulentam in Hungaria Cistercienfis Ordinis Abbatiam obtinuit, ubi reliquam vitam ageret. Cum ibi multos mansisset annos, illa pariter relicta noxarum maculas absterfurus cœnobium p. 28. D.

Sæcul. XIV. A.C. 1374.

Divionense repetiit; ubi supremum explevit diem.

§. XXXIII.

Petrarcha Poëta.

Vita per Squarz.

Hoc anno 1374 naturæ concessit Franciscus Petrarcha vir celeber, quem nosse interest ad judicandum, quanti ponderis esse debeat ejus testimonium de Summis Præsulibus sui temporis, ac de Curia Romana. Aretii in Hetruria 28 Julii an. 1304 natus patrem habuit Florentinum ex antiqua familia, sed paulo ante per factionem patria expulsum. Cum is relicta Italia ex comitatu Romanæ Curiæ victurus Avenionem iret, Franciscus nonum circiter agebat annum; & Grammaticam discere Carpentoracti cœpit: unde Cesseronem a patre, tum Bononiam Juris audiendi gratia missus, eo neutiquam delectabatur, sed lectione Virgilii, Ciceronis, & Historicorum, quos tam assidua versabat manu, ut ex primis fuerit, qui mansuetioribus denuo musis, & litteris politioribus animos conciliarunt.

Avenionem reversus aliquot annos peragrando Franciam, & Italiam traduxit: Parisios venit: Romam adiit: ubi res opere antiquo, & arte summa perfectas observabat inspector curiosissimus. Dein Avenio-

Avenionem iterum profectus se recepit in locum, cui nomen Vallis Clausa: ubi amœnam invenit solitudinem, ac plerosque libros suos composuit. Præ aliis nota sunt poëmata ejus Italica, quorum materia præcipua est illius amor in bellam Lauram. Præsetulerat clericatum ab adolescentia sua, fuitque postmodum Archidiaconus Parmensis, & Canonicus Patavinus: sed vitæ professio non eum cohibuit, quin libidinem sequeretur suam, cum esset juvenis. Nec eam restinxit, nisi quadragesimo ætatis anno. Ita filiam suscepit, quam nominabat Francisculam, & nuptui collocavit. Papa Benedictus XII Petrarchæ, ut Lauram duceret, suasit, beneficiorum fructus annuos servandi copiam se ipsi facturum spondens. At Poëta repositi, si semel possideret Lauram, omnia, quæ deinceps scribere de illa vellet, intempestiva fore. Aliter ipsa sentiens, cum se destitutam spe sua cerneret, alii nupsit. Sæcul.XIV. A.C.1374.

Annos triginta septem habens Petrarcha venit Neapolim ad Regem Robertum amantem hominum litteratorum: a quo commendatitias nactus litteras Romam petiit poëtica coronandus laurea, ut morem veterem revocaret, cujus tamen monimentum antiquitas nullum reliquit. Hæc ceremonia inanis, & profana magis, quam Christiana peracta est an. 1341

Sæcul. XIV A. C. 1374.

die Paſchatis ſexto Idus Apriles, quo Petrarcha in Capitolio ritu ſolenni coronam accepit lauream.

Sed modicum judicium ſuum, & animi ſui levitatem tunc maxime prodidit, cum palam profeſſus eſt ſua ſtudia erga Nicolaum Laurentium delirum illum hominem, qui ſub titulo Tribuni plebis an. 1347 Romæ ſeditionem commovit infauſto, ut legimus, eventu. Petrarcha ei ſcripſit ut Heroi cuidam libertatis Romanæ reſtitutori: eum comparabat Camillis, Brutisque, ac Viris, quos Roma vetus clariſſimos habuit: eundem ad perſequenda inſtituta, Romanos ad ſequendum eum hortabatur: denique ſpondebat ei haud minora, quam cæleſte præmium. Num poſt hæc laudari Petrarcha ut author idoneus poteſt? An hujus litteræ latinæ dici plenæ pii fervoris, gravitatis, ac doctrinæ queunt? An ejus vagæ declamationes contra Romanam Curiam ſatis momenti habent, ut cum eo perhibere liceat, Avenionem fuiſſe Babylonem, ac reſidentem ibi Eccleſiam fuiſſe meretricem Apocalypticam? Deceſſit 19 Julii anno Chriſti 1374, ætatis ſuæ 70.

Sup. l. 95. §. 38.

Hort. ad Nic. Laur. p. 535.

Myſt. d'iniq. p. 440.

§. XXXIV.

Sæcul.XIV.
A.C.1375.

§. XXXIV.

Papæ ad Cantacuzenum epistola.

Dominicani a Papa in Armeniam missi cum Clero Constantinopolitano de rebus inter Latinos & Græcos controversis disseruerant coram Joanne Cantacuzeno antea Imperatore, tunc Monacho, qui dixerat se persuasum sibi habere Romanæ Ecclesiæ primatum inter cunctas orbis Ecclesias, summamque in eas potestatem & pro hac veritate tuenda suam, si foret opus, vitam daturum. Id per Episcopum fide dignum edoctus Papa Gregorius Cantacuzeno gratulabatur per litteras, in quibus ait: Negatio primatus nostri discordiam Latinos inter & Græcos excitavit, & aluit. Tuque, ut fama fert, magna polles prudentia, gravitate morum, & scientia præter authoritatem, quæ tibi restat ex dignitate imperatoria. Proin oramus magnopere, ut Ecclesiarum concordiam, cujus author fieri præcipuus potes, omni ope, atque opera promoveas. Ingenti nobis gaudio esset te videre, ac tecum id tractare negotium, si posses venire Romam, quam nos autumnali hujus anni tempore adire statuimus. Dabat 28 Jan. 1375.

Rayn. 1375. n. 2.

Sæcul. XIV. A. C. 1375.

§. XXXV.

Papa Romam ire decernit.

Gregorius fuſceptum animum petendi Romam jam declaraverat, cum ſolemnem Romanorum legationem excepiſſet. Vide, quomodo Imperatori Carolo hac ſuper re 8 Oct. ſcripſerit! Adire Romam præcipuam ſedem noſtram, ibique ac propinquis in locis cum noſtra Curia reſidere, jam inde ab initio pontificatus noſtri ſemper deſideravimus. Hactenus ob diverſa obſtacula haud potuimus hoc iter facere, ac ne tempus quidem ei deſtinare. Nunc autem conſtituimus menſe Septembri juvantibus Superis nos viæ committere, ne nimium cunctemur. Pergratam tibi rem nunciantes expetimus, ut hoc iter cum noſtra Curia tuto conficere, ac Romæ tranquille agere auxilio poſſimus tuo. Idem eodem tempore indicavit Papa Ducibus Auſtriæ, Ludovico Hungariæ, Friderico Siciliæ Regibus, ac Principibus Italiæ univerſis.

Id. 1374. *n.* 23.

Sup. lib. 96. §. 54.

Vidimus, quam ægre Galli tulerint Papam habitare Romæ; & quæ hac de re Urbano V propoſuerint. Quapropter Gregorius XI 9 Jan. 1375 Regi Carolo V ita ſcripſit: Quamvis grave ſit nobis e tua vicinia, natalique regione noſtra procul

Rayn. 1375. *n.* 22.

cul abire: id tamen exigunt condecentia, incrementum religionis, & ſtatus terrarum Eccleſiæ: ac proximo vere Romam proficiſci poſt maturam deliberationem ſtatuimus. Significavit hoc etiam Eduardo Angliæ, Ferdinando Luſitaniæ, Henrico Caſtellæ, Petro Arragoniæ, & Carolo Navarræ Regibus. At poſtea ſperans ſe per autumnum anni hujus confecturum pacem inter Franciam, & Angliam, iter ſuum in vernum anni poſteri tempus diſtulit; ut docet ejus epiſtola 20 Julii ad Ducem Venetum data. Sæcul XIV. A.C. 1375.

Diuturna Paparum in urbe Avenione commoratio videbatur approbare reliquorum Præſulum abſentiam a propriis diœceſibus. Itaque Papa, ut malum hoc exemplum, quod ex ſua parte ſublaturus erat, totam per Eccleſiam tolleret, 29 Martii edidit ſanctionem, cujus hæc erat ſumma: Præcipimus, ut omnes cujuscunque dignitatis Epiſcopi, Abbates, ac Ordinum Præpoſiti duos intra menſes ad ſuas redeant Eccleſias, & aſſidue ibi reſideant, exceptis ſolum Cardinalibus, Legatis, Nunciis, cæterisque Adminiſtris noſtris, quos ſpeciatim nominaverimus, & quatuor Patriarchis, quorum ſedes ſunt in terris hominum a religione ſana alienorum. n. 23.

Sæcul. XIV.
A. C. 1375.

§. XXXVI.

Hæretici capiuntur.

Rayn. n. 26. Valdenſes, aliique hæretici invaleſcebant in Delphinatu, ſeque finitimas in provincias, præſertim in Sabaudiam *Bzov. n. 15.* extendebant. Seguſione die Luſtratæ Virginis Inquiſitorem necarunt in cœnobio Dominicanorum. Alius ex eodem Ordine Inquiſitor Antonius Paronus in quadam diœceſeos Taurinenſis parœcia multos dari hæreticos audiens eo ſe contulit: & die octava Paſchatis peracto ſacrificio, & concione contra hæreticos habita per duodecim ſicarios ex eorum numero publice ante templum in platea multis ictibus eſt transfoſſus. Re comperta Gregorius Amedeum Sabaudiæ Comitem per litteras ſtimulavit, ut has duas cædes a ſubjectis ſibi hominibus commiſſas vindicaret. Dabat 20 Martii anno 1375.

Vall. 1375. n. 12. Quia Delphinatus jam tum Gallorum Regis erat, ad eum Papa Nuncium miſit Antonium Maſſenſem in Hetruria Epiſcopum una cum Franciſco Borillo Ordinis Minorum Doctore Theologiæ, ac Inquiſitore Viennæ, vicinarumque provinciarum. Multas ferebant epiſtolas 7 Maji an. 1375 datas. In prima Regi ſcripta dicebat Gregorius: Quidam Delphina-

phinatus Viri nobiles, ut comperimus, favent hæreticis, quorum numerus ibi magnus est; nec Inquisitorem in eos animadvertere sinunt: ipse provinciæ Gubernator etsi rogatus, auxiliarem non præbet manum, sic malum ingravescit. Oro igitur Majestatem tuam, ut ei velociter medeatur; nec scribat modo, verum etiam illa in loca mittat homines flagrantes religionis studio, & animosos, qui regia mandata conficiant. Sæcul. XIV. A.C.1375.

Episcopo simul Parisiensi Emerico Magnacio ita scripsit: His diebus, cum apud nos esses, indicavimus tibi, quæ audiveramus de multitudine hæreticorum hærentium in Delphinatu, & Gubernatoris præsidio fruentium. Memineris etiam nos imperasse tibi, ut hac de re ad Regem nostro referres nomine. Modo itaque nostras ei litteras trades, ac instabis, ut earum rationem habeat. Alioqui Rectorem, hæreticorumque fautores nobiles punire cogeremur.

Eodem die septimo Maji Amedeo Sabaudiæ Comiti eisdem propemodum verbis, ut Regi Carolo, scripsit; quibusdam insuper Nobilibus singulatim, ac Delphinatus Præsidi. Misit etiam litteras communes tribus Archiepiscopis Viennæ, Tarentasiæ, ac Ebreduni; & Episcopis Valentiæ, Vivarii, Gratianopolis, atque Genevæ: commendabat illis Nuncium, n.14.15. n.16.17.18.

Sæcul. XIV. A. C. 1375

Nuncium, & Inquiſitorem; ac præcipiebat, ut diœceſibus ſuis denunciandum curarent anathema in Patarinos, & ſimiles hæreticos intortum.

c 15 ext. de hæret.

Inquiſitores tot hæreticos in his provinciis comprehenderunt, ut Viennæ, Ebreduni, & Avenione novos conſtrui carceres, captivisque, Inquiſitoribus ipſis, atque miniſtris eorum provideri de victu opus eſſet. Pro ſuſtinendis his ſumptibus Papa voluit ex quinque provinciis Arelatenſi, Aquiſextana, Ebredunenſi, Tarentaſina, & Viennenſi ſemel colligi quater mille florenos aureos, & quinque annis ſingulis florenos octingentos de reſtitutis bonis male partis, legatisque incertis. Ita ſonat epiſtola 17 Junii ad quinque Archiepiſcopos, & horum Suffraganeos data.

Vad. n. 22.

Rayn. 1375. n. 28.

Multos Ruſſiæ populos armis ſubegerat Caſimirus Poloniæ Rex: cujus ſucceſſor Ludovicus hac in regione magnam Catholicorum multitudinem habitare audiens Avenionem miſit legationem ſolemnem, quæ a Gregorio peteret, ut Pocutiæ urbem Haliciam epiſcopatu Leopoli huc translato inſignem redderet ſacram metropolim; Volodimiriæ vero, Chelmi, ac Premisliæ ſedes epiſcopales conſtitueret. Omnia fecit Gregorius. Jacobus natione Polonus inauguratus eſt in Archiepiſcopum Haliciæ: ubi etiam

Dlugos. l. 10. p. 26.

erat

erat Ecclesia ritus Græci, ut adhuc inibi est. Premisliam Papa primum Episcopum misit Henricum Fratrem Minorem Germanum nobilem, ac virtute præditum, qui hanc Ecclesiam in pulchrum adduxit ordinem. At eodem tempore, quo Papa Regi Ludovico gratificabatur in his episcopatibus decernendis, conquerebatur, quod is ad arbitrium suum statueret de sacris dignitatibus, ac beneficiis, in quæ potestatem plenam a Deo Papa obtinuisset. Sic ait Gregorius; & hunc agendi modum vocat tyrannidem.

Sæcul. XIV. A. C. 1375.

Rayn. n. 30.

§. XXXVII.

Creantur Cardinales.

Die Jovis 20 Decembris Papa Gregorius Cardinales novem designavit, octo Presbyteros, unumque Diaconum. Primus erat Petrus Jugius Papæ consobrinus, tunc Rothomagensis Archiepiscopus, antea Narbonensis, idem, qui anno 1351 concilium Bliteræ habuit; & an. 1368 Vaurensi concilio interfuit. Papa Gregorius eum 27 Aug. 1375 Rothomagum, ac eodem die Joannem Rogerium Archiepiscopum Auscitanum fratrem suum Narbonem transtulerat. Petrus accepit titulum de S. Clemente: sed Narbonensis semper Cardinalis vocatus est

Vitæ to. 1. p. 33. 1130.

Sup. lib. 96. & §. 7.

Sup. §. 7.

Vitæ to. 2. p. 778.

Sæcul. XIV. A.C. 1375.

est ob diuturnum illius Ecclesiæ regimen.

to 1. p. 1134. Ughel. to. 4. p. 361.

Secundus, Simon Brussanus Mediolanensis, utriusque Juris Doctor celeber, ab anno 1370 Mediolani Archiepiscopus, postea Papæ a libellis supplicibus, nactus titulum de SS. Joanne ac Paulo, Mediolanensis tamen Cardinalis dictus. Ter-

p. 1141.

tius, Hugo Montalanius Brito, vel potius Andegavus; antea gradatim Chori Præfectus, Decanus, & Archidiaconus Ecclesiæ Nannetensis; an. 1354 electus ejusdem Episcopus; sed per Papam, qui eam arbitrio suo reservaverat, ibi collocato Roberto Trecorensi Præsuli suffectus, anno 1356 Briocas translatus: quarum Antistitem agebat, cum declaratus est Britanniæ Cancellarius, ac dein Cardinalis de quatuor Coronatis Martyribus: sed cognomen traxit a Britannia.

p. 1144.

Quartus, Guido Malesecus, Papæ propinquus, in Tutelensi natus diœcesi. Postquam Tolosæ Jus Canonicum tum didicerat, tum docuerat palam, Sacerdos, & Vallis Corbariæ ad Narbonensem Ecclesiam spectantis Archidiaconus, per Papam Urbanum V anno 1370 Lutevanus Episcopus factus, & anno sequente translatus Pictavium erat: cujus nomen ei adhærebat, cum appellatus esset Cardi-

p. 1154.

nalis de S. Cruce *in Jerusalem*. Quintus, de S. Marcello Joannes Grangius Petra

træ Fiſſæ in Rodumnenſi agro, Lugdu- Sæcul.XIV.
nenſique diœceſi natus, Monachus Bene- A.C.1375.
dictinus, Doctor Juris pontificii, ab anno 1357 usque ad 1372 Fiſcamni Abbas, tum Epiſcopus Ambianenſis, & ſic cognominatus ut Cardinalis. Sextus de S. Laurentio *in Lucina* Petrus Sortenacius in tractu Cadurcenſi ortus. Concilio Vaurenſi an. 1368 adfuit ut Carmanenſis ad S. Felicem Decanus Toloſanæ diœceſeos. Deinde Auditor litterarum Papæ, ab anno 1373 poſt Bertrandum Caſtronovinum Vivarii Epiſcopus inde cognomentum ut Cardinalis habuit. p. 1170.

Septimus, Geraldus Podinus Lemovicenſis, Papæ conſanguineus, Monachus Benedictinus. Anno 1350 Abbas ad S. Petrum in Monte diœceſeos Catalaunenſis, anno 1363 Majoris Monaſterii Abbas creatus; dein a Papa miſſus in Italiam, ut ipſius theſaurum ibi cuſtodiret, ac penſiones e cunctis Eccleſiæ terris colligeret; anno 1362 per Gregorium XI Peruſiæ, Patrimonio S. Petri, & aliis quibusdam provinciis præfectus Peruſiæ duas arces condiderat; in quarum altera obſidebatur, cum decretæ ſibi purpuræ nuncium accepit: nam regiminis ſui duritia plures ei ſeditiones accerſivit. Titulum de S. Clemente obtinuit demum ſub finem anni 1376: ſed Cardinalis Majoris Monaſterii nuncupabatur. p. 1173.

Octavus,

Sæcul. XIV. A. C. 1376.

Octavus, Joannes Buxerius Burgundio tunc Abbas Ciſtertienſis. Aberat, cum promoveretur; nec Avenionem attigit niſi ultimo Februarii an. 1376; ibique obiit pridie Nonas Septembres ejusdem anni. Cardinalis nonus, ſolusque Diaconus fuit Petrus Lunius Arragonius filius Joannis Martinii Lunii Baronis de Ilveca, Viri ſuo tempore celebris. Petrus ſtatura parvus, ſed magnus ingenio, Juris pontificii Doctor, ac Eccleſiæ Valentinæ Præpoſitus Jus Canonicum Ceſſerone palam docebat, quando renunciatus eſt Cardinalis de S. Maria *in Coſmedin*: magnamque poſthæc in Eccleſia perſonam egit. En novem Cardinales 20 Dec. 1375 nominatos! Debuiſſet horum creatio fieri poſtero die Veneris: at erat dicatus S. Thomæ; nec admittebat, ut ſenatus pontificius haberetur.

p. 1181.

p. 1182. 1193.

p. 977.

p. 434.

§. XXXVIII.

Papæ litteræ contra Raymundum Lullum.

Ineunte anno 1376 Gregorius contra errores Raymundi Lulli litteras edidit inſcriptas Archiepiſcopo Tarraconenſi, & Suffraganeis ejus. Ibi ait: Nicolaus Emericus Dominicanus per Arragonium, Valentinum, & Majoricanum regna Inquiſitor

Direct. Inquiſ. p. 311.

quisitor jam dudum nobis exposuit, se in- Sæcul.XIV.
veniisse viginti volumina per quendam A.C.1376.
Majoricæ civem Raymundum Lullum vulgari sermone scripta: ubi sibi visus esset videre multos errores, ac hæreses manifestas, quibus tamen aliqui fidem haberent. Tum hos libros per Cardinalem Petrum (Estainius erat) Episcopum Ostiensem, ac plures quam viginti Theologiæ Doctores discuti curavimus: qui nobis indicarunt se inibi plus ducenta puncta falsa & hæretica conspexisse. Igitur, postquam Cardinalis, & Doctores de iis sæpius inter se, ac denique coram nobis egerant, ea puncta declaravimus talia, qualia illi eadem judicarant.

Et quia Inquisitor asseveravit vestra in regione dari alios libros eodem a Raymundo vulgatos, qui, ut ferret opinio, errata similia continerent: Dominicis ac festis diebus in omnibus vestrarum diœcesium templis curabitis edici, ut, quotquot teneant hos libros, intra mensis spatium vobis eos tradant, quos pariter excutiendos ad nos mittetis. Mox autem cuivis hominum generi hanc doctrinam, horumque usum librorum interdicetis, donec Suprema Sedes aliter statuerit. Dabat 25 Jan. 1376.

§. XXXIX.

Sæcul. XIV. A. C. 1376.

§. XXXIX.

Gregorii litteræ adversum Florentinos.

Vitæ. p. 434. Interea Florentini se a Rectoribus per Papas in Italiam missis male accipi perhibentes propemodum cunctas terrarum Ecclesiæ urbes, ac loca induxere ad fœdus: idque indicari placuit per vexillum, in quo grandibus litteris scripta erat vox *Libertas*. Ita compararunt exercitum protecturum eos, qui ultro inirent fœdus, & illos, qui obsisterent, eo compulsurum. Hoc seditionis consilio statim ecclesiasticum in territorium diffuso Papæ Prætores occisi, aut pulsi turpiter; castella, & arces dirutæ, vel ab aliis perperam occupatæ. Initium Bononiæ factum: Cardinalis Noëlletus ibi habitans ut Papæ Vicarius Generalis captus primum, deinde suis exutus bonis, & abire coactus. Paulo post Perusiæ cives novum Cardinalem Geraldum Podinum iisdem pæne tractarunt modis.

p. 435. *Rayn.* 1376. *Bzov. eod. n.* 15. *Sup. lib.* 95. §. 35. Gregorius tristissimo rei nuncio summopere commotus egit, quæcunque potuit. Contra Florentinos fusas edebat litteras, in quibus eis exprobrat primum ea, quæ an. 1346 fecerant, ut exercitium Inquisitionis constringerent; tum

singulares quasdam violentias, velut illam, quam nuperrime Cardinali Geraldo Podino intulerant. Addit: Etsi hæc facta erant cognita: inquirere tamen in ea jussimus Cardinalem Petrum (Sortenacium putat) de S. Laurentio *in Lucina* Presbyterum; qui nos de pervulgata eorum notitia certiores reddidit. Posthæc per litteras 3 Febr. datas Florentinos (scilicet eos, qui Florentiæ a mense Junio prioris anni præfuerant) monuimus, ut a cœptis absisterent, & ultimo die Martii coram nobis adessent audituri se incidisse in pœnas ex Jure, ac pristinis sanctionibus nostris constitutas. Sæcul.XIV. A. C. 1376. *Kayn.n.4.*

Posteaquam se præfixo die non stiterant; eos ut contumaces anathemate, urbem ac diœcesim interdicto perculimus. Insuper omne cum Christianis commercium Florentinis ademimus vetando, nequis hominum eis pecuniam, frumentum, vinum, carnes, lanas, pannos, ligna, vel aliam mercem, aut rem afferret, vel ab illis emeret, aut acciperet: quotquot hanc inhibitionem nostram negligerent, homines anathemate, urbes, aliave loca interdicto mulctavimus. Præterea Florentiæ Universitatem suppressam, cives & Magistratus omni jurisdictione, cunctis privilegiis, bonisque suis privatos, ipsosque voluimus expositos illis, qui eos corriperent in servitutem redigen-

Sæcul. XIV. A.C. 1376.

dos. Dabat 20 Aprilis Dominica *Quasimodo* anno 1376.

Bzov. p. 1535

Secuti quidam effectus notabiles: multi Florentini, qui Avenione, aliisque in locis domicilium fixerant, in patriam redire coacti non sine gravibus damnis: qui erant in Anglia, facti mancipia Regis, & hujus fisco addicta bona eorum omnia. Malebant tamen ærumnas pati, quam se arbitrio Romanorum submittere: ac generatim Florentini neutiquam terrebantur censuris pontificiis; sed vehementius incendebantur ad tuendum sociale fœdus: quin etiam in omnem partem spargebant libellos contra Ecclesiam, & Papæ personam scriptos.

Vitæ p. 435. *Valsing. an.* 1376. *p.* 190.

Vitæ p. 436. 1193.

Intellexit proin eos haud posse ad officium, nisi per vim reduci: & Cardinalem Robertum Genevatem ut Legatum *a latere* in Italiam misit numeroso cum exercitu; cui præerant Joannes Agundus Anglorum Dux, & Joannes Malestricti Dominus Britonum Præfectus.

p. 447.

Robertus in regendas sibi provincias delatus fortiter agebat, ut conservaret illos, qui Papæ fideles manserant. Sed nihil profecit in revocandis ad obsequium rebellibus, quorum pertinaciam Florentini, & horum socii malitiosis fraudibus augebant.

§. XL.

Sæcul.XIV.
A.C.1376.

§. XL.

S. Catharina Senenſis.

Cenſuras tamen pontificias ſuo cum exteris commercio officere videntes Florentini ſe pacem cupere perhibebant: cujus impetrandæ gratia Avenionem miſerunt Catharinam Senenſem Virginem Religioſam magna ſanctitatis exiſtimatione florentem. Anno 1347 in ipſa urbe Senis nata tinctoris filia ætatis anno vigeſimo circiter inſtitutum Pœnitentium S. Dominici ſororum amplexa ſeveras corporis afflictationes continuavit, adauxitque ſilentium, vigilias, & jejunia ſua, unice ac vix non perpetuo ad precationem intendens animum. Sed ſervitium ægris quibusdam præſtitum ſi excipiam, de labore manuum, vel alia occupatione externa nullam mentionem video in vitæ hiſtoria ſcripta per Raymundum Capuanum Dominicanum, qui Catharinæ a confeſſionibus fuit, & poſtea Ordinis Magiſter Generalis. *Boll. 30. Apr. to.II. p.359.*

Dubitavit is aliquamdiu (ſic fatetur) de veritate rerum grandium, quas ipſi dicebat tanquam ipſo e Chriſto cognitas: nec enim alio a Magiſtro ſe vitam ſpiritualem didiciſſe ajebat. At in hoc dubio, addit Raymundus, cum Catharinam aſpicerem, vultum ejus videbam ſubito *p.875.n.90.*

Sæcul. XIV. A. C. 1376.

bito mutatum in faciem viri ætate mediocri, barba modica, ſpecie tantæ majeſtatis plena, ut eſſe Chriſtum manifeſto liqueret. Hæc relatio fidem Raymundo demit potius, quam Catharinæ addit.

p. 881. n. 115. Hæc quodam die viſionem habuit, in qua Chriſtus cum ſanctiſſima matre ſua, multisque aliis Cælitibus comparens ſolenniter eam ſibi deſpondebat ipſius digito annulum induens aureum margaritis quatuor, & uno adamante ornatum. Dilapſa viſione annulus ſemper in digito Catharinæ hæſit, at ipſi ſoli aſpectabilis: p. 894. n. 163. nemo alius eum conſpexit unquam. Ita p. 898. n. 180. ſe habent reliquæ hujusmodi gratiæ, quas a Chriſto nactam ſe dicebat; veluti p. 901. n. 191. cum ſugeret vulnus lateris; cum ille cor ſuum cum corde ipſius commutaret; denique cum eidem ſtigmata imprimeret nemini conſpicua. Non ambigo, quin bona fide crediderit omnia, quæ narrabat. Sed vivida imaginandi vis per jejunia, & vigilias accenſa magnam ibi partem habere poterat, præſertim quod has cogitationes nulla occupatio exterior diſſiparet.

p. 956. n. 419. Talis erat Catharina, cum Florentini eam legare Avenionem ſtatuerunt. At ejus nomine præmittebant Raymundum Capuanum, qui Papæ iram ſedaret. Tum Catharinam Senis ad Florentiæ pomœ-

ria

ria usque accersitam urbis Priores (sic vocabantur) adibant, orabantque magnopere, ut cum Papa ipsorum pacem coram conficeret. Ibat proin, & Avenionem 18 Junii an. 1376 delata reperit ibi Patrem Raymundum, quo utebatur interprete: nam Papa Latine, ipsa Italice, nimirum communi Hetruriæ sermone loquebatur. Colloquium Papa finiebat his verbis: Ut videas me velle pacem, simpliciter eam arbitrio permitto tuo: attamen honorem Ecclesiæ tibi commendatum habe! Sæcul. XIV. A.C. 1376.

At Florentini non agebant bona fide. Cum Catharinam rogarent, ut Avenionem peteret, spondebant a se missum iri post eam Oratores, tantum, quæ præscriberet, facturos. Sed mittebant sero admodum: & Papa Catharinæ prædixit, ipsam deceptum iri. Et vero postquam advenerant Oratores, negabant se habere præceptum cum ea conferendi consilia. Supplicabat tamen Gregorio, ut eos indulgenter haberet: suadebat etiam, ut peteret Romam, quod ille fecit: & ipsa rediit in Italiam.

§. XLI.

Wenceslaus Romanorum Rex.

Interim Imperator Carolus IV Wenceslaum suum filium natu majorem quin-

Sæcul. XIV. A.C. 1376.

decim habentem annos in Regem Romanorum eligi curaturus, hac super re 6 Martii ad Papam scripsit, id se haud posse sine permissu ejus agnoscens. Consensit Papa: & Electores primum Rensiam die Pentecostes 1 Junii, tum decimo ejusdem mensis Francofordiam delati Wenceslaum ibi Romanorum Regem cooptarunt allecti pecunia: nam Imperator singulis promiserat centies mille florenos aureos; quos præsentes solvendo impar oppignoravit eis proventus Imperii; atque sic vires ejusdem fregit, nunquam postea reparatas.

Rayn. 1376. *n* 13 14. *&c* *Vitæ to.* 2. *p.* 793. *&c.* 1199 *Æn. Sylv. hist. Boh. c.* 33.

§. XLII.

Papæ iter.

Exeunte Augusto anni 1376 Avenionem profecti Lucas Savellus & quidam alius ut Romanorum Legati supplicabant Gregorio, ut curiam suam transferret Romam, & cum Cardinalibus ibi resideret. Adjungebant: Romani volunt Papam habere Romæ, quia Romanus est Pontifex; & a Christianis omnibus ita vocatur. Ni annuas, Romani, ne dubita, sibi providebunt de Papa, qui deinceps Romæ cum ipsis maneat. Cardinalis de S. Petro tum pontificius Romæ Legatus cogebatur Gregorio scribere, nisi quam primum veniret, offensionem

Vit. to. 1. *p.* 1194.

p. 1195.

nem naſcituram: & poſtea reſcitum eſt, Romanos in Abbatem Montis Caſſini conjeciſſe oculos, ut eum facerent antipapam, illumque conſenſiſſe. Sæcul. XIV. A.C. 1376.

Gregorius amiſſa ſpe pacis Gallos inter & Anglos conciliandæ, quæ cauſa, vel obtentus itineris dilati erat, ad hoc ſerio ſe comparabat; & idem agere Cardinales juſſit. Qui ægerrime id ferebant, quod Romanos metuerent. Itidem Rex Franciæ Carolus moleſtiam capiebat ex rei nuncio: nam commodiſſimum ei fuerat habere Papam Avenione. Quocirca fratri ſuo Ludovico Andegaviæ Duci, qui erat Toloſæ, ſcripſit, ut mox adiret Papam, & a conſilio diſceſſus abduceret. Dux Avenione a Cardinalibus magno exceptus gaudio habitabat in Papæ palatio, quo commodius ei loqueretur. Sed perdita omni opera eundem valere jubens, Sancte Pater, ajebat; petis regionem, ubi parum diligeris: atque ſi moreris ibi, quod vero ſimillimum, Romani cunctos Cardinales habebunt in manibus, & quem volent, Papam per vim facient. *Froiſſ. 2. c. 12*

Tandem Idibus Septembris anno 1376 Avenione abiit Papa Gregorius relinquens tantum ſex Cardinales, ſcilicet Anglicum Grimoardum Albani, Ægidium Aiſcelinum Tuſculi, Joannem Blandiacium Sabinæ Epiſcopos, Petrum Montira- *Vitæ I. p. 438. 1196. Itiner. ap. Bzov. n. 31.*

Sæcul. XIV. A. C. 1376.

tiracium Presbyterum de S. Anastasia, Guilielmum Chanacium de S. Vitale, ac Hugonem Martialisanensem Diaconum de S. Maria *in porticu*. Reliqui Cardinales cuncti sequebantur Papam; qui Massiliæ satis triremium, aliarumque navium pro se suoque comitatu invenit. Duodecim ibi dies commoratus inito rursum mari ventum principio contrarium habuit. Genuam advenit die sabbati S. Lucæ anniversario, 18 Octobris, reliquit die Mercurii 29 ejusdem mensis. Sed pridie Calendas Novembres in loco, cui nomen Portus Delphini, subsistere coactus festo Sanctorum Omnium die sacrificavit apud novos Eremitas S. Hieronymi, quibus munera dabat & privilegia. Cum secunda Novembris esset Dominica, officium pro mortuis dilatum fuit in diem proximam: post hanc Gregorius iterum conscendit navem.

Die Jovis Pisas delatus magnis ibi honoribus & donis ipse Cardinalesque affecti sunt. Transactis ibi octo diebus Plumbinum, & 16 Nov. Portum Herculis petiit. Cardinalis interim Narbonensis ex fatigatione itineris æger Pisas portatus die Veneris 21 Novembris ibi vitam posuit. Is erat Petrus Jugius Papæ consobrinus, tunc Rothomagensis Archiepiscopus. Humatus primum Pisis, dein Narbonem translatus, in magnifico se-

Vitæ to. 1. p. 1133. 155.

pulchro

pulchro marmoreo, quod sibi conficiendum curaverat, conditus est. Dicebatur testamento statuisse de quingenties mille florenis. Denique Papa Gregorius Castrum Novum attigit die Veneris 5 Decembris; & quinque hebdomades ibi cum sua manebat Curia. Sæcul. XIV. A.C. 1376. *Bzov. p. 1548*

Interim pro securitate illius pactionem cum Romanis conflarunt tres, qui Romæ agebant, Cardinales, Petrus Estainius Ostiorum, Petrus Corsinus Romani Portus Episcopi, & Franciscus Thebaldescus de S. Sabina, dictus Cardinalis de S. Petro. Pacta vero erant talia: Romani promittunt fore, ut (quod Papæ Urbano fecerunt) Papæ Gregorio, cumprimum Ostia intrarit, plenam & liberam Romæ dominationem deferant; & ab eo tempore Cardinali de S. Petro permittant custodiam, ac præfecturam pontium, portarum, turrium, & totius partis trans Tiberim sitæ. Papa vicissim spondet se conservaturum societatem administrorum justitiæ perficiendæ; ac vult eos consueta stipendia, & emolumenta ex ærario urbis accipere. Additur: Sed Papæ jurabunt fidem: postquam eum Ostia contigisse compererint, e communi domicilio obviam ei procedent: ac post reditum suæ quisque domi habitabunt. Hæc acta sunt 21 Dec. 1376. *Rayn. 1376. n. 11.*

§. XLIII.

Sæcul. XIV. A.C. 1377.

§. XLIII.

Papa Romam intrat.

Itin. Bzov. Rayn. 1377. n. 1.

Die Martis 13 Jan. 1377. Caſtrum Novum reliquit Gregorius, & poſtridie attigit Oſtia Tiberina, quæ Roma duabus leucis, ſive ſex millibus paſſuum diſtant. Die Veneris ſurrexit media nocte, ac divinum cantabat officium. Poſt ſacrum quievit paulum; dein per ſonitum tubæ ſuos omnes exſuſcitari voluit. Reverſus in triremem adverſum per Tiberim velis, remisque tendebat Romam per totum diem; nec nocte proxima exſcendit. Tandem die ſabbati 17 Jan. Romam delatus magnis ceremoniis inter omnia lætitiæ ſigna ibi exceptus eſt.

Deſcendit prope templum S. Pauli: quod ingreſſus aderat ſacrificio Epiſcopi Senogallici. Is erat Petrus Amelinus Brenacius ex diœceſi Alectana, qui hujus itineris Avenione Romam facti commentarium diurnum ſcripſit. Poſt rem divinam Papa conſcenſo equo Romam intrabat ſtipatus cunctis Cardinalibus, qui erant tredecim numero, ſcilicet Petrus Corſinus Portuenſis Epiſcopus, Joannes Croſius Prænestinus Antiſtes, Guilielmus Acrifolius, Franciſcus Thebaldeſcus, Bertrandus Latgerus Glandevanus Præſul, Hugo Morlanus, Simon Burſanus, Guido Male-

Vitæ p. 455.

Malesecus, Joannes Grangius, Jacobus Ursinus, Guilielmus Noëlletus, Petrus Verrucanus, ac Petrus Lunius. Hos inter comites Papa sequente populo innumerabili totam transibat urbem, ac sub vesperum ad S. Petri basilicam venit: cujus ante frontem expectabatur inter faces plurimas; & accensæ fuerant templi lucernæ omnes, quarum plus octo millia numerabantur. Hunc in modum Gregorius XI intravit Romam: quæ ab illo tempore continua Summorum Præsulum sedes mansit. Sæcul. XIV. A.C.1377.

Die S. Agnetis 21 Jan. cum luceret, sacrum clausis foribus confecit ad aram S. Petri ante Veronicam, seu veram iconem Christi, quam postea proprio in loco reposuit. Die festo Cathedræ S. Petri 22 Febr. eandem ad aram pontificio ritu sacrificavit: itemque die Paschatis, qui hoc anno 1377 erat vicesimus nonus Martii. Sed die sabbati 16 Maji cœpit habitare ad S. Mariæ templum Majus: ac postero die Pentecostes ibi sacris operabatur. Die lunæ Lateranensem S. Joannis basilicam, die Martis ædem S. Pauli adiit. Permansit autem proxime illud templum Marianum usque ad sabbatum post solenne augustissimi Sacramenti, nempe ad 30 Maji.

§. XLIV.

Sæcul. XIV. A.C. 1377.

§. XLIV.

Apostolicæ litteræ contra Wicleffum.

Walsing. p. 191. 203. to. 11. Cons. 9 p. 2038. Sup. lib. 93. §. 39.

Inibi Archiepiscopo Cantuariensi, Londinensique Præsuli hæc scribebat: Ut cum dolore audivimus, Joannes Wicleffus Theologiæ Doctor, & Luttervortii Lincolniana in diœcesi Parochus publice tuetur, ac e suggestu spargit propositiones falsas, quarum aliquæ congruunt cum erroribus Marsilii Patavini, & Joannis Janduni a Papa Joanne XXII condemnatis. Pudore vos suffundere, & habere anxios debet indulgentia, qua hos errores toleraſtis hactenus. Itaque clam inquiretis, an revera Wicleffus defenderit propositiones, quarum exemplaria vobis mittimus. Si ita est: nostra ex authoritate comprehensum carceri mandabitis petito, si opus fuerit, Magistratus civilis præsidio. Quæstionem de reo habebitis: interrogata, & responsa nobis clausa & obsignata mittetis: & ipsum fida sub custodia detinebitis usque ad novum imperium. Dabat 22 Maji anno 1377.

Huic epistolæ addebat quatuor alias eodem scriptas die. Prima præcipit eisdem Præsulibus, ut Wicleffum capere si nequeant, eum publico edicto jubeant tres intra menses adesse ad Papæ judicium.

cium. Altera vult, ut Regem Eduar- Sæcul. XIV.
dum, liberos ejus, Walliæ Principis Vi- A. C. 1377.
duam, ac regni Proceres de re illa edoceant, hortenturque ad errores junctis viribus extirpandos. Tertia Universitati Oxonienſi exprobrat negligentiam in reprimendis Wicleffi erroribus, imperatque, ut horum progreſſum ſiſtat, & illum corripiat ad duos Præſules mittendum. Ultima Regem Eduardum monet, ut his Præſulibus ad id negotium manum auxiliarem præbeat.

Miſſæ his cum litteris propoſitiones *Valſing.* Wicleffi ſunt undeviginti: apertiores ex *p.* 201. 204. iis vide! Deus nequit homini pro ipſo, *Art.* 2. *p.* 242. ac hæredibus ejus dominium civile dare 6. 7. 17. in perpetuum. Si datur Deus, Domini profani Eccleſiæ nocenti bona fortunæ adimere legitime ac ita poſſunt, ut mereantur præmium; & poſito caſu id debent fidenter facere, alioquin damnandi.
Nemo ab Eccleſia abdicari poteſt, qui 9.
non ipſe prius ab ejus corpore ſe disjunxerit. Chriſtus diſcipulis ſuis non de- 12.
dit exemplum obnoxios anathemate perſequendi ob crimen, nedum ob denegatas res profanas. Papa vel quivis a- 15.
lius non ligat, aut ſolvit; niſi quando ſe 16.
conformat ad legem Chriſti. Credendum eſt fide catholica, quemlibet Sacerdotem legitime initiatum ſufficientem habere poteſtatem conferendi Sacramenta

omnia

Sæcul. XIV. A. C. 1377.

omnia, & proin abſolvendi a quacunque noxa hominem affectum eo doloris genere, quod vocatur contritio. Virum eccleſiaſticum, Papamque ipſum reprehendere, accuſareque legitime poſſunt ſubjecti, & laici. Punctum poſtremum eſſe damnandum non video.

19.

Valſing. p. 206.

Wicleffus undeviginti propoſitionum ſuarum explicationem edidit, in qua nullam recantat, ſingulas probare ſtudet per ſubtilitates ſcholaſticas ex parte maxima non minus ipſis propoſitionibus obſcuras. Magnopere inſectatur dominium profanum, & ſacras proſcriptiones, quas infirmare conatur.

§. XLV.

Mors Eduardi III. Richardus II Angliæ Rex.

Sed antequam Gregorii litteræ in Angliam venire poterant, Rex Eduardus III orbem totum valere juſſerat. Deceſſit 21 Junii anno 1377, cum regnaſſet annos quinquaginta & unum fere. Ægrotanti ſemper aſſidebat nequiſſima concubina, quæ miſerum a ducenda ratione animæ avertebat; & morti proximum videns, poſteaquam annulos de digitis ejus detraxerat, ſe ſubmovit. Amiſerat vocem Rex, ac ſine Sacramentis mortem oppe-

Valſing. p. 192.

oppetiit. Succeſſit ei Richardus II Eduardi Walliæ Principis priore anno extincti filius duntaxat undecim natus annos. Weſtmonaſterii 16 Julii coronatus regnabat ductu patrui ſui Joannis Ducis Lancaſtriæ. Sæcul XIV. A.C.1377.

Archiepiſcopus Cantuariæ, ac Londini Epiſcopus acceptis Papæ de Wicleffo litteris Oxonienſis Univerſitatis Cancellario ſcripſere, ut cum Theologiæ Profeſſoribus probatiſſima doctrina inclytis undeviginti propoſitiones Wicleffi ſine ſubtilitatibus ſcholaſticis ſecreto diſcuteret. Nobisque indicabis, adjungit epiſtola, Collegarum & tuum de illis judicium: Wicleffum vero jubebis ſe nobis intra menſem in Londinenſi templo S. Pauli ſiſtere, ut de propoſitionibus ſuis reſpondeat. Hoc mandatum dabant 18 Dec. 1377. Sed actionem interrupere aliquamdiu Papæ obitus, ac regiminis Anglici mutatio: nam Wicleffum tuebantur Dux Lancaſtriæ, ac Henricus Percius armorum Præfectus primarius. *to. 11. Conc. p. 2042.*

§. XLVI.

Papa Gregorius Anagniæ commoratur.

Interim [Papa] die ſabbati poſt feſtum ſanctiſſimæ Euchariſtiæ 30 Maji Ro- *Vita p. 436. 440.*

Sæcul. XIV. A.C. 1377.

ma profectus Anagniam 2 Junii advenit; ibique manebat usque ad Nonas Novembres. Hoc iter fecit, ut salubri fruerentur cælo, magnosque calores effugeret. Ineunte Septembri erga Christum Patientem, & sanctissimam Virginem pietas eum sua jussit sancire primum, ut festis diebus Inventæ, ac Exaltatæ Crucis Dominicæ totum de hac officium fieret: cum antea in utroque festo antelucanas inter preces solum tres ultimæ lectiones de illa, sex reliquæ autem de quibusdam Sanctis, quorum memoria in eos dies incidebat, recitarentur: Petro Amelino Episcopo Senogalliæ impositum est munus componendi pro festis ambobus officii: quod, quia historiam dubiam memorabat, postea correxit Clemens VIII. Deinde quod ad Beatissimam Virginem spectat, Gregorius statuit, ut ejus Natale festum vigiliam cum jejunio, & liturgiam propriam haberet, at hæc vigilia non observatur amplius.

Gavant. in Brev. sect. 7. c. 7.

Anton. tit. 22 c. 1. §. 6.

Vad. 1377. n. 45. &c.

Illo tempore Fulginiæ in ecclesiastico tractu obiit Thomas seu Thomasuccius Frater tertii Ordinis S. Francisci, parcissimo victu, rerum fluxarum, suique ipsius contemptu maximo, & vaticinationis dono illustris. Etiam miracula ei non pauca tribuuntur: & S. Antoninus Florentinus ex illis, qui eum viderant, multa ad ejus vitam pertinentia singillatim

latim audiit, ut scribit. Cum ille triennium solitudini mandasset, inde jubente Deo, ut credebat, egressus multos per annos percurrebat urbes Hetruriæ; hortabatur, ut se Papæ rursum submitterent, ac suos corrigerent mores; crebraque ludibria, & injurias invicta patientia perferebat. Tandem 15 Septembris spiritum reddidit annos quinquaginta septem natus. sæcul.XIV. A.C.1377. n.23.

Nonis Novembris eodem anno Gregorius discessit Anagnia, & septimo ejusdem mensis revenit Romam. Sub anni finem Florentini cum Papa de pace agere cœperunt suadente Barnaba Mediolanensium Duce. Gregorius ad eam propendebat, profanam in Italia dominationem suam instaurandi spe destitutum se videns: ac Florentinorum belli diuturnitatem fastidientium animos frangebat Bononiensium cum Papa reconciliatio. Quocirca Oratores Sarzanam legarunt: quo ut Legatum suum Papa Joannem Grangium Cardinalem cognomine Ambianensem, & interim Florentiam misit Sanctam Catharinam Senensem: cui ab infensa plebe ibi periculum vitæ instabat. *Vitæ p.456. 440.* *p. 441. 480.* *Leon. Aret. lib.8.p.188.* *Vita ap. Boll. to.11. p. 957.*

Secul. XIV. A.C. 1378.

§. XLVII.

Gregorius XI obit.

Vitæ PP. p. 441. 442. 1201. 1202. Rayn. 1378. n. 2.

Hoc dum negotium geritur, Papam interea morbus corripuit Nonis Februariis an. 1378. A juventute ſua imbecillus, & incommoda uſus valetudine, tametſi nondum quadraginta ſex annos compleverat, acerbis calculi doloribus discruciabatur. In periculo ſe videns 19 Martii edebat litteras, in quibus ait: Si deceſſus noſter fiat ante Calendas Septembris, Cardinales, qui Romæ aderunt, non accitis, aut expectatis abſentibus, intra vel extra urbem ſitum, quem volent, locum, deſtinabunt ad ineunda ſuffragia; poteruntque longius, breviusve tempus abſentibus præfinire, intra quod adveniant ante conclavis ingreſſum: immo etiamſi hoc non intrent, poterunt cooptare Papam: qui, ſi puncta partis majoris tulerit, agnoſcetur, etſi pars minor repugnet. Monemus ſimul, ut Deo rationem vocis ſuæ reddituros ſe cogitent, Paſtorem dignum eligant, & ſupra memorata quam celerrime exequantur.

Septembrem deſignabat Gregorius: quia tunc Avenionem, ſi viveret, reverti ſtatuerat. At Deus id non permiſit: ſed ille Romæ obiit 27 Martii anno 1378. Cadaver ejus primo portatum in Vaticanam

canam basilicam, ubi justa ei funebria solenniter solvebantur; postridie translatum ad S. Mariæ templum Novum, unde titulum acceperat ut Cardinalis, ibique sepultum est. Sederat septem annis, duobus mensibus, & viginti septem diebus. Multum amabat propinquos, patrem, fratresque ac nepotes suos, & in statu, ad quem patruus ipsius Clemens VI eos evexerat, conservabat. Habebat illos apud se; multaque iis suadentibus, aut eorum causa faciebat maxime in promovendis hominibus, quibus doctiores, probioresque inveniri poterant. Singulari tamen benevolentia complectebatur Viros litteratos; quorum multos coævos in gradibus dignitatum posuit.

Sæcul. XIV. A.C. 1378.

Papebr. cont. p. 94.

Romæ tunc agebant sexdecim Cardinales, Petrus Corsinus Portuensis Episcopus, dictus Cardinalis Florentinus; Joannes Crosius Prænestinus Præsul, vocatus Cardinalis Lemovicensis; Guiliel-mus Acrifolius; Bertrandus Latgerus ex Ordine Minorum cognomine Glandevanus; Robertus Genevas; Hugo Montalanius seu Morlanus nomen natus a Britannia; Guido Malesecus appellatus Pictavienſis; Petrus Sortenacius cognomento Vivarienſis; Franciscus Thebaldescus nominatus Cardinalis de S. Petro; Simon Brussanus nuncupatus Mediola-

Acta ap. Papebr. p. 95. Rayn. n. 78. Duboulai to. 4. p. 482.

Sæcul. XIV. A.C. 1378.

diolanensis; Geraldus Podinus cognominatus ex Majore Monasterio; Jacobus Ursinus; Petrus Flandrinus; Guilielmus Noëlletus; Petrus Verrucanus; ac Petrus Lunius. En versantes Romæ sexdecim Cardinales! Sex Avenione remanserant, Anglicus Grimoardus Albani, Ægidius Aiscelinus Tusculi, Joannes Blandiacius Sabinæ Antistites, Petrus Montiracius, Guilielmus Chanacius, & Hugo Martialisanensis: Joannes Grangius agnomine Ambianensis tunc legatione fungebatur in Hetruria. Erant omnino viginti tres Cardinales.

Sup. §. 42.

Qui Romæ aderant, accersitos ad se Senatorem, ac reliquos Primores urbis jusserunt jurare observationem illius de conclavi sanctionis *Ubi periculum*, vicique ac palatii Vaticani, ubi conclave habendum esset, fidelem custodiam, ac defensionem ab omni violentia. Sed e S. Mariæ templo Novo, ubi Papa Gregorius modo terræ mandabatur, nondum abierant Cardinales: cum civitatis Administratores eis exposuere sequentia:

Sup. lib. 86. §. 45.

§. XLVIII.

Romanorum postulatio.

Diuturnam Paparum per absentiam defloruit Roma, & universa pæne Italia. Romana templa, unde titulos Cardinales

dinales obtinent, atque palatia corruerunt magna hoſpitum offenſione toto ex orbe Chriſtiano pietatis cauſa venientium. His malis afferri remedium haud poteſt certius, quam aſſidua Papæ, & Cardinalium præſentia in loco, ubi ſacram ſedem Deus ipſe conſtituit; & ubi Supremi Antiſtites omnes usque ad Clementem V reſidebant. Ex illo tempore non abfuerunt, niſi quia Galli erant vel tranſmontani, majoremque patriæ, quam dignitatis ſuæ, ac divini nutus rationem ducebant. Hæc Paparum abſentia ſeditionis anſam præbuit urbibus & locis provinciæ, quæ vetus Eccleſiæ Romanæ patrimonium eſt; cujus populi a Prætoribus exteris vexati & oppreſſi turbas & bella commoverunt tanta, ut Eccleſia ſuis ex poſſeſſionibus parum emolumenti caperet. E contrario eas tuendi gratia theſauros omnium orbis Eccleſiarum ſumptibus collectos ita conſumpſit, ut exhauſta modo magnam in contemptionem venerit. Finiebant Romani efflictim orando, ut Cardinales in præſens Italum eligerent Papam. Sæcul. XIV. A. C. 1378.

Reponebant ſe daturos Eccleſiæ Paſtorem, quem revera idoneum crederent ſine reſpectu nationis, aut perſonæ. Tum conclavi providebant de cuſtodia; quæ ſpectabat ad Petrum Croſium Arelatenſem Archiepiſcopum, tanquam Eccleſiæ *Vitæ. p. 464. 1207. 1237.*

Sæcul. XIV. A. C. 1378.

Romanæ Cubicularium. Sed tumultum inter Romanos cœptum veritus, Caſtello S. Angeli ſe includere ſtatuit; & Guilielmum Voltanum Maſſilienſem Epiſcopum rogavit, ut ipſius loco cuſtodiam conclavis in ſe ſuſciperet. Nec erat abs re Cubicularii metus. Nam Romani dimiſſis ex urbe cunctis Nobilibus, qui continere populum potuiſſent, accitos e vicinia multos ruſticos feroces, ac inhumanos (Montani vocabantur) ad pontium, & portarum cuſtodiam adhibebant, ut ne Cardinales exire Roma poſſent.

Papebr. p. 96 n. 6.

Antequam conclave intrarent, inita, quem in Papam eligerent, conſultatione ne Galli quidem concordabant. Lemovices alium, alium reliqui volebant: hoc ſolum convenit inter Gallos omnes, ut ne aliquem de Cardinalibus Italis cooptarent; qui, cum eſſent tantum quatuor, vincere nequirent. Hi quatuor cupiebant Italum: nec poterant inducere animum, ut Gallum eligerent. Demum Cardinales Galli Lemovicibus adverſi cooptare potius Italum, quam Lemovicem cum Italis decernebant, dicentes palam, totum orbem cepiſſe ſatietatem nationis hujus, quæ tamdiu poſſediſſet pontificatum quaſi hæreditarium. Ergo Lemovices inter ſe ſtatuebant eligere Italum Romana purpura non conſpicuum; & proponebant Archiepiſcopum Barianum.

num. Sperabant enim fore, ut Cardinales Itali in eum potius, quam in Gallum aliquem conſentirent, ac reliqui acquieſcerent propterea, quod eſſet Vir doctiſſimus; diu Avenione in ſtylo Romanæ curiæ probe exercitatus: natusque Neapoli ſubjecta ditioni Joannæ Principis magno Cardinalium favore florentis. Fama hujus optionis prius emanavit, quam in conclavi agerent. Sæcul. XIV. A.C. 1378. n. 8.

§. XLIX.

Eligitur Urbanus VI.

Omnes ſexdecim hoc intrarunt 7 Aprilis die Mercurii ante ſacra Ramalia: moxque veſperi clauſo, & cuſtoſtodiis munito conclavi Cardinales Acrifolius ac Pictavienſis, quod de Archiepiſcopo Bariano ſtatuerant, Cardinali de S. Petro indicarunt. Cum hic & Mediolanenſis cum illis conſentirent, numeratis ſuffragiis videbant ſe habere duas eorum partes tertias. Poſtero die Jovis 8 Aprilis Cardinales convenerunt in ſacellum conclavis adhuc bene cuſtoditi: & cum Liturgiæ de Spiritu Sancto ex more adfuiſſent, poſt modicam deliberationem Cardinalis Acrifolius, O Domini! ajebat: jam conſideamus! mox Papam habebimus: non dubito. Cardinalis Urſinus cupiebat rem ducere longius; & n. 9. n. 10.

Sæcul. XIV. A.C. 1378. clamantem populum, qui Papam patria Romanum volebat, decepturus, Accersamus, ajebat, Fratrum Minorum aliquem: ornemus eum trabea, mitraque pontificia, & fingamus electum: postea hinc abeamus: alibique alium cooptabimus. Nimirum populus ante Vaticanum palatium conclavis locum congregatus Italice clamabat: *Romano lo volemo:* Romanum volumus.

Ursinus consilium suum rejectum videns, reliquis suadebat, ut Cardinalem de S. Petro patria Romanum deligerent. At Cardinalis Lemovicensis reposuit: Revera est Vir sanctus: sed duo dantur obstacula. Diceremur forsitan eum cooptasse tanquam Romanum, ut populi clamoribus obsequeremur: præterea est infirmus nimium, & impar oneri pontificatus. Cardinalis Florentinus habet patriam Ecclesiæ Romanæ inimicam. Cardinalis Mediolanensis solum natale tenet tyrannus Barnabas obstinatus Ecclesiæ hostis. Cardinalis Ursinus est pariter Romanus, fautor partium, & junior, quam ut Præsulem Supremum agat. Ita Cardinalis Lemovicensis quatuor Cardinales Italos dignitate summa excludebat.

n. 12. Deinde coram omnibus, qui erant in conclavi, dicebat: In Papam præcise, ac libere deligo Dominum Bartholomæum Archie-

Archiepiscopum Barianum. Illico plus duæ tertiæ partes Cardinalium eundem cooptabant: quod videns Florentinus illis accessit, probe clauso adhuc conclavi. Tum consultatum, an protinus promulganda esset electio? Placebat hoc fieri post prandium. Scilicet electus Papa aberat a palatio: atque si absens jam indicaretur populo, timebatur, nequa contumelia in eum utpote non Romanum inter viam jaceretur. Itaque cum multis Præsulibus Italis Romæ agentibus acciebatur sub obtentu gravium Ecclesiæ negotiorum. Venerunt omnes; & in palatio sumebant prandium, sed extra conclave, in quo prandebant Cardinales. Sæcul. XIV. A. C. 1378. n. 13.

Sublata mensa iterarunt Archiepiscopi Bariani electionem majoris securitatis gratia, & ut clarius monstrarent illam esse liberam. Interim cœptus in populum diffundi rumor, electum jam esse Papam. Clamabat igitur, & rogabat ejus patriam ac nomen. Massilienſis Episcopus conclavis custodiæ præfectus reposuit: Adite templum S. Petri! & cognoscetis. Haud recte audierant quidam, ædemque Cardinalis de S. Petro adire se jussos, & hunc esse Papam rati convolabant ad ejus domicilium, & supellectilem inde aliquam auferebant ex pravo more spoliandi domum recentis Papæ in signum lætitiæ. Cum autem non promulgare- n. 14. n. 15.

tur

Sæcul. XIV. A. C. 1378.

tur electio, populum haberi ludibrio nonnulli suspicabantur eo facilius, quod conclave ex parte recluderetur ad asportanda vasa argentea, cæteraque utensilia Cardinalium. Quocirca quidam de populo aperta conclavis janua eo intrarunt, ne Cardinales exirent antefactam, denunciatamque electionem.

n. 15. Sed Cardinales cisalpini a conspecto in conclavi populo sibi magnopere timentes propterea, quod non cooptassent Romanum, Cardinalem de S. Petro induxere, ut se indui ornatu pontificio sineret. Proinde illum populus ut Papam venerabatur. Hunc inter tumultum e palatio domos suas abibant Cardinales omnes excepto illo unico: qui diserte ajebat: Non sum Papa: nec esse antipapa volo: electus est Archiepiscopus Barianus, qui præstat mihi. Sed populum metuentes ob adhibitam fabulam Cardinales ædibus non fidebant suis: sex in castellum S. Angeli, quatuor in varias extra Romam arces se recipiebant: cæteri quinque manebant suis in domibus.

n. 16. Postero die Veneris 9 Aprilis novus Papa suasore Cardinali de S. Petro, quicum noctem in palatio egerat, sui electionem indicavit civitatis Administratoribus: qui contentissimi veniebant, ut debitam Papæ reverentiam præstarent. Sed hanc abnuens ille adhuc Archiepiscopus dici

dici Barianus voluit. Eodem die mane quinque Cardinales, qui ſuis in domiciliis permanſerant, honorifica ei ſuffragia gratulantes inſtabant, ut acquieſceret, ſuadebantque, ut illos ſex, qui hærerent in caſtello S. Angeli, accerſeret, quo plures ipſum in ſede Apoſtolica collocarent. Rogatu Senatoris, Præfectorumque urbanorum illi e caſtello in palatium delati cum quinque cæteris ibi electionem iterum majoris ſecuritatis cauſa repetierunt. Sæcul. XIV. A.C. 1378. n. 17.

§. L.

Urbanus VI in ſolio ſupremo ponitur.

Cum dein Archiepiſcopum inter ſe conſidere juſſiſſent, Cardinalis Florentinus eorum Decanus ſermone habito, ex formula illum oravit, ut conſentiret. Annuit; & cantato S. Ambroſii hymno imponitur ſolio: rogatur, quod velit nomen: Urbanum ſe nuncupat: ſalutatur Papa: Cardinalis Verrucanus e feneſtra clamat: Annuncio vobis gaudium magnum: habemus Papam, qui ſe nominat Urbanum ſextum. Die ſabbati 10 Aprilis novus Papa his undecim Cardinalibus, & Urſino, qui Romam redierat, ſtipatus deſcendit in baſilicam Vaticanam: ubi ponti- n. 18. n. 19. n. 20.

Sæcul. XIV. A.C. 1378.

pontificia in cathedra principem ad aram considenti venerationem Canonici suam exhibebant. Canebatur solenniter hymnus Ambrosianus: Papa sacro privato intererat: tum fausta precatione populum prosequebatur in loco, ubi Gregorius XI id facere consueverat.

Th. schism. c. 1.

Papa Urbanus VI, dictus antea Bartholomæus Prignanus Neapoli patre Pisano, matre Neapolitana ortus, erat celeber Juris Canonici Doctor, modestus, pius, a studio sui commodi alienus, mercatus sacrilegi hostis acerrimus, castitatis, & justitiæ fervidus cultor: sed plus æquo nitebatur sua prudentia; & adulatoribus nimis faciles præbebat aures.

Ughel. to. 7. p. 911.

Homines doctos, probosque amavit ingenue, ac pro viribus juvit. Cum versaretur Avenione, multa curiæ Romanæ munera obibat, agebatque multos per annos Cognitorem gratiarum singularium. Quotidianus convictor, & a sacello erat Cardinali Pompejopolitano Petro Montiracio Pro-Cancellario; quo absente tabulario sanctiori præerat. Renunciatus Acherontiæ Archiepiscopus, dein anno 1376 Barium translatus, nunquam ibi adfuisse videtur. Sacrificabat quotidie:

Vitæ PP. p. 934. 938.

diu noctuque gerebat cilicium: præter jejunia præcepta per hebdomades anniversariam Christi nascentis memoriam præcurrentes, & a Dominica, quæ Sexage-

xageſimæ nomen habet, tolerabat ine- Sæcul. XIV.
diam. Quovis veſpere, poſtquam cubi- A.C. 1378.
tum ierat, curabat ſacras ſibi litteras legi, donec obdormiſceret: ac nullum perdebat tempus. Erat craſſus, ore fuſco, ſtatura brevi, & ſexaginta circiter annos natus, quando in Papam electus eſt.

Undecimo Aprilis Urbanus VI inter Cardinales, Præſules, aliosque palmarum, & olivarum ramos diſtribuit ex more Paparum. Poſtridie ſacrum funebre ritu ſolemni fieri juſſit pro anima Gregorii XI anteceſſoris ſui. Sequente biduo cunctis Cardinalibus ſtipatus exiit, ut populo, ac peregrinis religionis cauſa Romam delatis noxarum veniam largiretur. Die ſacro cœnæ Domini anathemata dixit aſſiſtente Cardinalium Collegio, accenſos cereos pro more tenentium. Anniverſaria orbis redempti die interfuit officio divino in ſacello ſuo, & adoravit Crucem ſingulis cum Cardinalibus. Sabbato ſancto adfuit officio, & conſecrationi cerei paſchatis. Hanc totam per hebdomadem præſente Papa diverſi Cardinales rem divinam fecere: ac ſingulorum nomina memorantur. *Papebr. p. 93 n. 21.*

§. LI.

Sæcul. XIV. A.C. 1378.

§. LI.

Urbanus coronatur.

n. 22. Die Paſchatis 18 Aprilis Papa Urbanus ſolemniter & omnibus cum ceremoniis convenientibus coronatus eſt coram univerſo populo, & magna piorum peregrinantium multitudine. Aderant cuncti ſexdecim Cardinales: redierant enim Romam, qui diſceſſerant: cuncti per trimeſtre ſpatium conſueta illi officia præſtare, ac plane cum eo, tanquam vero cum Papa vivere pergebant. Poſtridie impoſitam illi coronam 19 Aprilis agentes Romæ ſexdecim Cardinales ſex reliquis Avenione hærentibus ſcribebant hunc in modum: Ut probe ſciatis ea, quæ Romæ facta ſunt, nec habeatis fidem illis, qui rem vobis aliter indicarunt, accipite, quæ nunciamus! Poſt obitum Papæ Gregorii XI ſeptimo menſis hujus conclave ingreſſi poſtridie mane ſub horam tertiam (vulgo nonam) concorditer, ac libere in Papam cooptavimus Dominum Bartholomæum Archiepiſcopum Barianum, electumque declaravimus præſenti populo numeroſiſſimo. Poſt biduum Papa novus publice collocatus in ſolio nomen Urbani, ac die Paſchatis coronam ſolemni accepit ritu. Huic epiſtolæ ſua nomina ſubſcribebant omnes ſexdecim

Rayn. 1378. n. 19.

decim Cardinales. Sex Avenionenſes in reſponſo ſuo Urbanum agnoſcebant Papam: & Cardinalis Ambianenſis a ſua per Hetruriam legatione Romam profectus, & 25 Aprilis exceptus in ſenatu pontificio ut Legatus Urbanum ſalutavit Summum Pontificem. Ita hic diſerte fuit agnitus ab omnibus viginti tribus, qui tum ſacrum componebant Collegium. Sæcul. XIV. A.C. 1378. *Papebr. n. 25*

Verum ſecunda die Paſchatis, poſtquam cantui veſpertinarum precum in majore palatii ſui ſacello interfuerat, Epiſcopos, qui eo venerant, palam objurgare cœpit, eſſe omnes perjuros dicens, quippe qui ſuas reliquiſſent Eccleſias, ut in ipſius curia reſiderent. Silebant cuncti; præterquam Martinus Epiſcopus Pompejopolitanus, Papæ a libellis ſupplicibus, Catalanus, clarusque Doctor Juris Canonici, quod Avenione diu docuerat. Is Papæ reſpondit: Non ſum perjurus: nec privatæ, ſed publicæ utilitatis cauſa in curia verſor, paratus inde ad Eccleſiam reverti meam. Ita carpebat clanculum increpantis imprudentiam. *Th. c. 4.*

Sequente die lunæ ſenatum habebat publicum, cui Cardinales, Præſules, ac Romanæ curiæ Miniſtri magno numero intererant. Inſtituens ſermonem in heſternum Evangelium de paſtore bono rurſus Cardinalium, Præſulumque mores caſtigabat aſperius. Improbabant hoc illi, *c. 5.*

Sæcul. XIV. A. C. 1378.

ac præterea non magnopere curabant: sic Urbanum reddebant odiosum inconsulta hæc monita, & nihil aliud efficiebant. Sub idem tempus, cum ærarii Apostolici minister e provincia quadam veniens collectos nummos pauculos illi attulisset, homini dixit hæc S. Petri ad Simonem verba: *Pecunia tua tecum sit in perditionem!* nec accepit. In dies singulos agebat multa similia: quæ animos ab eo alienabant.

Act. c. 8. v. 20.

§. LII.

Cardinales Anagniæ commorantur.

Sub medium Majum Cardinales Papæ infensi relicta, ubi hic adhuc erat, Roma Campaniæ urbem Anagniam petierunt: obtentum eis præbuerat fuga calorum, qui tunc Romæ invalescunt. Paucis post diebus Papa Cardinales contra se conspirasse audiens factam eis abeundi copiam dolebat: & quod se illos reducturum ad officium speraret, Roma sexto Calendas Julii Tibur fere in medio Romam inter & Anagniam situm profectus quatuor circiter menses ibidem mansit. Interim Cardinales Avenionenses eum agnoscebant Papam. Etenim, cum Petrus Gandelinus Nobilis Gallus commissum sibi castellum S. Angeli Papæ Urbano injussu horum Cardinalium cedere recusa-

Th. c. 7.

Vitæ to. 1. p. 464.

Marten. thesaur. to. 2. p. 1073.

recusaret, tertio Julii ei scribebant, ut si- Sæcul.XIV.
ne mora hunc locum Urbano tanquam A.C.1378.
Papæ, vel cui is vellet, traderet: se sub *Vitæ PP.to.*
ejus potestate obedienter, ac fideliter, ut 2. p.814.
par esset, vivere. *Rayn.* 1378.
n.24.

Longe aliter loquebantur Cardinales hærentes Anagniæ. Perhibebant electionem Urbani esse nullam, ut quæ facta esset per violentiam; nec recepisse libertatem se suam, nisi postquam Roma exiissent. Illam conservandi gratia, & ut se tutos præstarent, Petrum Crosium Archiepiscopum Arelatensem Ecclesiæ Romanæ Cubicularium jubebant induce- *Vitæ. to.* I.
re Bernardum Salium Vasconem Ducem p.464.
militum, ut ex Viterbii vicinia, ubi ageret, cum suis abiret ad tuendum sacrum Collegium. Bernardo præter Romam *Th.c.*13.
incedenti occurrens in armis magna Romanorum turba transitum pontis volebat præcludere. At ille profligatos in fugam vertit quingentis circiter cæsis, captisque plurimis. Sic transgressus pontem, Anagniam venit.

Fugitivi deinde Romam clamoribus, ac tumultu implebant: & cladem ulturi c.14.
suam non dubitabant ministros aulæ, curiæque Romanæ, maxime cisalpinos, respectu sui transmontanos invadere; nullo dignitatis, sexus, aut ætatis discrimine; ipsos Episcopos expilare, in carcerem mittere, ac multis mensibus ibi detinere.

Sæcul XIV. A.C. 1378.

Quæ Aulicorum Papæ infectatio Romæ durabat diu: soli Germani, quam extranei reliqui minus vexabantur.

Duboulai to. 4 p. 466.

Interim Cardinales Anagnini Universitatis Parisinæ Rectori, ac Doctoribus scribebant in hanc sententiam: Ad Regem mittimus Nicolaum Saturninofanensem Magistrum Palatii, & inclytum Theologiæ Doctorem, penitus edoctum nostram mentem de rebus difficillimis, & quæ maximo momento sunt ad religionem, & statum Ecclesiæ. Oramus proin, ut benevole audito tantundem fidei, quantum nobismet, habeatis. Dabant Idibus Julii. Qui epistolam ferebat, Doctor fuit ab anno 1372 Dominicanorum per Franciam Magister Provincialis, postmodum Romana donatus purpura.

Vit. to. 1. p. 1015.
Dubou. ead. p. 466.

Quæ fuerint hæc ponderosa negotia, docet Marsilius Inghenius vetus Universitatis Parisinæ Rector in litteris ad illum 7 Julii Tibure, ubi Papa erat, scriptis. Meo judicio, inquit, Ecclesia centum ab annis non fuit in tanto schismatis periculo, quantum ei nunc impendet. Papa hoc in loco residet cum Cardinalibus Italis: reliqui numero tredecim Anagniæ hærent: prioresque, populus Romanus, & maxima Italiæ pars dicuntur Urbanum agnoscere Papam verum, ac legitimum. At tredecim Cardinales perhibent contrarium,

trarium, scilicet electionem esse nullam ob violentiam Romanorum, quæ ipsis libertatem ademerit. Corporum custodes sibi Britones ascivere, aliosque milites, qui reapse nunc Anagniæ sunt, & in via magnam Romanorum multitudinem necarunt. Quocirca quotquot Romæ agebant, Galli fuere in discrimine; mactati plurimi: nec multum aberat, quin exteri omnes trucidarentur. Haud constat, quos ad usus adhibere has copias Cardinales velint. Quidam ajunt, eos denuo in suffragia ituros a Cardinalibus Tiburtinis, ut venirent Anagniam poposciſſe. Rogo itaque, ut de voluntate me tua certiorem reddas: hic enim magno in periculo versor, nec sum ferendo sumptui, quem facio. Quæris, Ecquid novi? Nihil boni audio; nisi quod heri Papa in senatu publico rata habuerit Electorum suffragia Regem Germaniæ cooptantium; eumque declaraverit futurum Imperatorem, etsi Legatus Imperii hanc ob rem nullus advenerit. Cæterum Regina Siciliæ bis mille hastatos equites, ac pedites centum, qui Papam tuerentur, misit. Intra dies octo Romam redituram ferunt. Sæcul.XIV. A.C.1378.

Rex Germanorum, seu Romanorum potius, cujus electionem Papa modo confirmabat, erat adolescens Wenceslaus, quem suus pater, Imperator Carolus IV *Sup.*§.41.

Sæcul. XIV. A. C. 1378.

duos abhinc annos eligendum curaverat annuente Papa Gregorio. Qui ut electionem etiam ratam faceret, rogatus, id distulit variis sub obtentibus, & interim decessit. E contrario Papa Urbanus, ut sibi contra seditionem Cardinalium Imperatoris auxilium compararet, suffragia comprobavit ultro: eodemque tempore juncta cum Florentinis pace, irrogatas eis censuras omnes sustulit.

Vitæ p. 1264 Th. N. c. 15.

§. LIII.

Cardinales Urbano adversantur palam.

Cardinales Anagnienses, cum contra Urbanum vias Juris aliquas tentassent, illius adversarios aperte se professi sunt 9 Aug. 1378. Eo die per Jacobum Ittum Italum Constantinopolis Patriarcham honorarium in primario Anagniæ templo & liturgiam de Spiritu Sancto solenniter peragi, & postea sermonem dici curaverant: quo finito legi per Clericum voluere suum scriptum contra Urbanum. Plura illius exemplaria inveniuntur: singulorum frons exhibet nomina duodecim Cardinalium, undecim Gallorum, ac Petri Lunii Hispani. Inscriptiones sunt diversæ: habeturque una Christianis facta omnibus.

Vitæ to. 1. p. 456. 123.

Vitæ to. 2. p. 822.

Post-

Seæcul.XIV. A.C.1378.

Postquam ibi Cardinales tumultum se in conclavi hærentibus Romæ commotum expoſuere, addunt: Proinde ut nobis imminens mortis periculum evitaremus, in Papam eligendum nobis Archiepiſcopum Barianum duximus haud dubitantes, quin hanc videns violentiam religioni haberet accipere pontificatum. At ille ſuæ ſalutis immemor, & ambitione flagrans conſenſit in electionem quanquam ex ipſo Jure nullam: & durante ſemper eodem metu impoſitus ſolio, atque coronatus Papæ nomen aſſumpſit, potius apoſtata, vel antichriſtus vocari meritus.

Duboulai to.2. p.468.

Poſt expectationem longam, & benigna ſine arbitris monita cum ad ſe non redeat; hanc orbis Chriſtiani offenſionem ſalva fide diutius ferendo impares hunc iniquum pontificatus poſſeſſorem tanquam intruſum denunciamus execratione devinctum: & vos monemus, ne pareatis ei, vel ullo modo adhæreatis: quia eum jam per alias litteras patentes admonuimus, ſicut per has præſentes iterum hortamur, ut Apoſtolicam relinquat ſedem; ſummi pontificatus inſignia, ac Eccleſiæ Romanæ adminiſtrationem in rebus ſacris & profanis deponat; Deoque, ac Eccleſiæ per veram pœnitentiam ſatisfaciat. Alioqui contra eum omne præſidium divinum, humanumque implora-

Sæcul. XIV. A.C. 1378

plorabimus, cæteraque remedia canonica adhibebimus. Dabamus Anagniæ, quam elegimus tanquam locum tutiorem, & ad omnia memorata magis idoneum ob virtutem ac fidelitatem magnifici Domini Honorati Cajetani Fundorum Comitis, ac Rectoris provinciæ. Defecerat ab Urbano: quia is hanc præfecturam Thomæ Severinofanenfi ejus inimico tradere voluerat. Hæc declaratio invenitur inſcripta ipſi Papæ Urbano mutatis ſolum verbis neceſſario mutandis.

Duboulai p. 467.

Valſing. p. 416.

§. LIV.

Eligitur Clemens VII.

Vitæ to. 1. p. 477.

Sexto Calendas Septembris anno 1378 Cardinales Galli Anagnia venerunt Fundos: quæ Campaniæ urbs Honorato ut Domino ſubjecta ſuo viginti ſeptem millibus paſſuum, ſeu novem leucis Anagnia diſtabat Neapolim verſus, & prope Cajetam ſita. Fundos itidem ſe contulerunt Cardinales Itali, nempe Florentinus, Mediolanenſis, & Urſinus: quartus de S. Petro Romæ manebat æger, ibique obiit die Lunæ 6 Septembris. Quindecim illi Cardinales convenere in Fundinum palatium Comitis; ſacramque ſedem eſſe vacuam perhibentes vigeſimo ejusdem menſis Papam elegerunt e ſuo numero, Robertum Genevatem Cardinalem

1034

p. 478. 488. 1237.

nalem Presbyterum de duodecim Apoſto- Sæcul. XIV.
lis. Tres Itali ſe ſubmoverunt ſtatim poſt A. C. 1378.
electionem: quæ poſtero die S. Matthæi promulgata fuit: & novus Papa voluit nuncupari Clemens VII.

Fuerat, ut dixi, Canonicus Pariſinus, *Sup.* §. 20.
Epiſcopus Tervanus, poſtea Cameracenſis, & anno 1371 per Gregorium XI Romana ornatus purpura: nec tamen major annis triginta ſex, cum electus eſt in Papam; ſed ob hanc ipſam ætatem ſuam. Videbatur enim tanto plus animi, & *Rayn.* 1378. n. 8.
virium habiturus ad jura ſua contra Urbanum tuenda: neque carebat experientia, per biennium legatione functus in terris Eccleſiæ Romanæ. Præterea ex nobilitate ſui generis ſpectabatur, omnes propemodum magnos Principes Chriſtianos cognatione, aut affinitate contingens.

§. LV.

Urbanus novos Cardinales creat.

Papa Urbanus a cunctis Cardinalibus, quin etiam a parte Miniſtrorum aulæ ſeu curiæ ſuæ deſertum ſe doluit non ſine profuſis lacrymis; ac præcipitem agendi rationem ſuam agnoſcere pergebat. Ut eam compenſaret, Aulicis ſe ſuis *Th.* n. 22.
præbuit benigniorem; multaque munera, quæ tum vacabant, contulit. Præ-

Sæcul. XIV. A. C. 1378.

terea die ſabbati 18 Sept. Cardinales decrevit. Solus cubiculo incluſus ſuo ſcribebat nomina viginti novem Cardinalium: apertis dein foribus ſuis, pulſatoque tintinnabulo, quotquot ingredi volebant, admiſit. Volo, ajebat, Cardinales facere: cumque miniſtrum a ſecretis legere illorum nomina juſſiſſet, ſermonem hac de re habuit: dignitatem accepere viginti ſex: ac tres recuſarunt.

Vitæ p. 478. 489. 1239.

Vitæ p. 1240 &c.

Priorum notiſſimi ſunt octo. Bonaventura Patavinus ex Ordine S. Auguſtini Cardinalis Presbyter de S. Cæcilia. Nicolaus Meſquinus ex Ordine S. Dominici per regnum Neapolitanum Inquiſitor, Cardinalis Presbyter de S. Cyriaco. Joannes Archiepiſcopus Corcyræus Cardinalis Presbyter de S. Sabina. Renulphus Montiracius Cardinalis Pompejopolitani nepos, in Univerſitate Ceſſeronia Juris Canonici Doctor, ex Canonico Tornacenſi Segeſteronis Epiſcopus ab anno 1370; poſtquam in Papam electum fuiſſe Archiepiſcopum Barianum Cardinalis patrui ſui amicum audiit, delatus Romam, & ab illo Cardinalis ipſe, patruique ſui ſanctiore in tabulario Romano Vicarius deſignatus.

Quintus, Philippus Alenconius in Francia regii ſanguinis Princeps, Philippi Audacis pronepos, anno 1356 electus Epiſcopus Bellovacenſis, poſt triennium trans-

translatus Rothomagum, sed opera Caroli V, cujus in offensionem incurrerat, a Gregorio XI anno 1370 renunciatus Hierosolymæ Patriarcha honorarius, post quadriennium auctus administratione Auscensis Ecclesiæ; cum Romam profectus Urbano se addixisset, declaratus ab eo Cardinalis Presbyter de S. Maria trans Tiberim. Sextus, Agapitus Columnius, qui renuerat primum, ac ne Romam quidem Zagaruolo, ubi erat, venire voluerat; non quod Urbanum non agnosceret verum Papam; sed quia metuebat odiosos effectus nascentis schismatis, vivere tranquille cupiens. Cessit tamen urgenti familiæ suæ: ac egerat Bononiensem Archidiaconum, tum Episcopum Brixianum, dein Ulyssipponensem. Nominatus est Cardinalis Presbyter de S. Prisca.

Sæcul. XIV. A.C. 1378.

p. 1247.

Ughel.

Septimus, Pilus Pratius Concordiæ in agro Forojulienſi natus, primum Tarvisinus Episcopus, anno 1359 Patavium, & anno sequente Ravennam ab Urbano V translatus, modo Cardinalis Presbyter de S. Praxede. Octavus, Galiotus Tarlatus de Petra Mala, Aretinus, ex Archigrammateo Apostolico Cardinalis Diaconus de S. Agatha.

Vitæ p. 1359 1363.

§. LVI.

Sæcul. XIV.
A. C. 1378.

§. LVI.

Clementem agnoſcit Francia.

Duboulai p. 523.

Interim Rex Franciæ Carolus V per plures nuncios compertis iis, quæ in electione Urbani contigerant, ſub medium Auguſtum excepit duos Cardinalium Legatos, Famaguſtanum Epiſcopum, & Nicolaum Saturninoſanenſem ſacri Magiſtrum palatii, qui electionis tempore Romæ adſuerant. Regem de violentia illic tunc adhibita edocere juſſi ferebant Cardinalium litteras, quarum teſtimonio fides ſibi plenior haberetur; & in quibus *p. 480.* Regem efflictim orabant Cardinales, ut ab ipſis ſtaret contra Barianum Archiepiſcopum, ac ſuam de hac re mentem declararet. Rex hoc in negotio circumſpectione utendum ratus in octavam Septembris convocavit quamplurimos regni ſui Præſules, Virosque doctos. Venerunt Archiepiſcopi ſex, triginta Epiſcopi, permulti Abbates, & Doctores Theologiæ, ac Juris. Congregatis Carolus expoſuit ea, quæ hac de re tum ex Legatis Cardinalium, tum ex aliis cognoverat, petiitque conſilium. *p. 480.* Poſt examen longum major, & ſanior pars cenſebat æquiorem eſſe cauſam Cardinalium; ſuadebat tamen, ut Rex nondum nactus promiſſam litis formam cunctaretur ſuum aperire

aperire animum, ne tanto in negotio properare nimium videretur. Atque ita Rex Legatis publice reſpondit per Joannem Fabrum Attrebatenſem ad S. Vedaſti Abbatem, Doctorem Juris Canonici, Carnutenſem poſtea Epiſcopum. Sæcul. XIV. A. C. 1378.

Miniſter a ſecretis, quem Rex ad Cardinales miſerat, ineunte Octobri retulit tres patentes litteras eorum ſigillis munitas: quas ut illi poſtulaverant, promulgari paſſus Rex nondum ſenſus patefecit ſuos. Tandem ſub initium Novembris certo comperit Cardinalis Genevatis electionem Avenionenſium ſex Cardinalium conſenſu firmatam. Sic novus Papa Clemens ſua ſcribebat manu: ſic teſtabantur litteræ Cardinalium: quorum Legati Pariſiis adhuc agentes inſtabant Regi, ut animi ſenſa indicaret. Tum is Præſules, & Clericos, ſuos Conſiliarios, aliosque Nobiles Lutetiæ commorantes in nemus Vincennianum accerſiit; & ſingulos jurejurando adſtrictos voluit, ut ſine partium ſtudio ſibi conſilium darent. Suadebant cuncti, ut ſine dilatione partes Clementis ſuſciperet, cujus electionem reputarent canonicam: Urbano autem nullum jus obveniſſe a ſuffragiis per vim extortis. Itaque Rex Idibus Novembris ſtatuit Clementem agnoſcere Papam. p. 524.

At

Sæcul. XIV. A. C. 1378.

At Urbanus, antequam id ſcire poterat, nempe 21 ejusdem menſis ad Univerſitatem Pariſinam, cujus authoritatem noverat, dedit epiſtolam, in qua cumulatam laudibus hortatur, & obſecrat, ut ipſius cauſam, cujus æquitas lateret neminem, porro defendat contra illos, qui ſchiſma in Eccleſiam vellent inducere.

Conc to. 11. p. 2048.

§. LVII.

Urbani litteræ contra Clementem.

p. 2045. Rayn. 1378. n. 105.

Eodem tempore Urbanus Archiepiſcopo Colonienſi, & Suffraganeis ejus inſcripſit litteras, quarum hæc erat ſumma: Cardinales Robertus Genevas, Joannes Grangius, Geraldus Podinus, ac Petrus Flandrinus Eccleſiam lacerare, cæterosque ſecum trahere in perniciem conati nos in ſe animadvertere coëgerunt. Poſt conſpirationes contra nos factas noſtra urbe Anagnia, Romano S. Angeli caſtello, pluribusque aliis Eccleſiæ Romanæ locis occupatis collegerunt magnam multitudinem armatorum Britonum, Vaſconumque, qui plurimas cædes, direptiones, & ſacrilegia perpetrarunt. Nos ſperantes fore, ut reſipiſcerent, eos ſæpius per tres Cardinales, Virosque alios authoritate graves, quin etiam per litteras noſtras admonuimus. Sed non dubitarunt famam noſtram ſcriptis

ptis libellis lædere, hos ad multos Præ- Sæcul.XIV.
sules, Principesque mittere, ac nos ve- A.C.1378.
rum Papam inficiari: quamvis nos iidem ipsi elegerint, imposuerint solio, coronaverint, ut Papam per plures menses coluerint, nobiscum solemnibus sacris, & senatibus interfuerint, a nobis Sacramenta, & beneficia pro se aliisque acceperint.

Denique, Fundis cum essent, cum quibusdam aliis, quos corruperant, antipapam elegerunt Robertum Genevatem, qui se dicere Papam audet. Adhæc Petrus Archiepiscopus Arelatensis, & noster Cubicularius Roma, ubi nobiscum erat, furtim abiit, asportans plurimos ornatus gemmeos, aureosque, ac pretiosam conclavis nostri supellectilem; & Anagniam se contulit ad illos quatuor Cardinales. Tum Papa nominat multos Præsules conjurationis socios; inter alios Jacobum Constantinopolis Patriarcham, & Nicolaum Consentinum Archiepiscopum. Honoratum quoque Fundorum, & Antonium Casertæ Comites, aliosque Optimates laicos nominatim memorat, quos appositisse sibi calumnias, & antipapæ adhæsisse ait. Cunctos pariter condemnans denunciat cœtu piorum motos ob schisma, hæresim, læsam majestatem, ac desertam religionem. Privatos Romana purpura, & qualibet dignitate sacra

Sæcul. XIV. A.C. 1378.

cra, profanaque declarat omnibus cum clausulis ad censuras severissimas pro stylo sæculi adjungi solitis. Hæ litteræ primum Romæ promulgatæ sunt 6 Nov. 1378. Sed continent dilationem usque ad vigesimam nonam ejusdem mensis: qua cum non adessent, ut sperandi non erant; pronunciati contumaces; censuræ confirmatæ sunt, & iterum aggravatæ.

Rayn. n. 112.

§. LVIII.

Mors Caroli IV. Wenceslaus Imperator.

Alb. Argent. in fi.

Eodem die tertio Calendas Decembres obiit Imperator Carolus IV, & Pragæ sepultus est in templo S. Wenceslai. Vixerat annos 63, regnaverat duos ac triginta. Filios reliquit duos, Wenceslaum successorem in Bohemia, & titulo Regis Romanorum, ac Sigismundum, qui postea fuit Imperator. Wenceslaus mansit addictus Papæ Urbano, exemplum patris secutus sui.

Trith. chr. Hirs.

Vitæ p. 190.

Interim Clemens paulo post sui electionem, ut hujus æquitatem monstraret, ac rationibus suis consuleret, ad Reges Christiani orbis Legatos misit, & Nuncios; scilicet ad Regem Franciæ Joannem Crosium Cardinalem Episcopum

pum Prænestinum; ad Imperatorem, in Germaniam, & Bohemiam Guilielmum Acrifolium itidem Cardinalem; ad Regem Angliæ, in Brabantiam, Flandriam, Belgiumque reliquum Cardinalem Guidonem Malesecum; in Hispaniam Cardinalem Petrum Lunium. Sæcul. XIV. A. C. 1378.

§. LIX.

Cardinales Clementini.

Ut suppleret horum absentiam, & sufficientem numerum Cardinalium semper apud se haberet, Fundis adhuc commorans die Veneris 18 Decembris sex creavit novos. Primus erat Jacobus Itrius Campanus, factus primum Esulanus in regno Neapolitano Episcopus, deinde anno 1359 Martoranius in Calabria, anno 1363 Archiepiscopus Hydruntinus, anno 1376 Constantinopolis Patriarcha honorarius per Gregorium XI; qui ei administrandam reliquit Hydruntinam Ecclesiam, & ut Patriarchæ dedit Vicarium Antoninum * Sagittarium ex Ordine Minorum Archiepiscopum Athenienſem. Secundus, Petrus Amelius Arvernus Monachus Benedictinus, & tunc Archiepiscopus Ebredunensis, quod ei nomen adhæsit, quanquam titulum nacto a S. Maria trans Tiberim. Tertius, Nicolaus Brancacius Neapolitanus Papæ Urbani cogna- p. 1249. * Arbelê- trier. p. 1252. p. 1256.

Sæcul. XIV. A. C. 1378.

cognatus, primum Neapoli Canonicus, Doctor Juris Civilis, & Cognitor causarum palatii Apostolici; an. 1347. ab Urbano V nominatus Archiepiscopus Barianus; & post decem circiter annos translatus Consentiam; Reginæ Neapolis Joannæ Consiliarius, novum Papam Urbanum ejus nomine salutatum missus; sed posthabita cognatione Clementi deditus, vocatusque Cardinalis Consentinus.

* de la Barriere. p. 1260.

Quartus, Petrus * Obicius natus in Ruthenensi diœcesi, Doctor Juris, & magna eruditionis fama florens, ab an. 1377 Augustodunensis Episcopus, cum oblatam sibi ab Urbano VI purpuram recusasset, quod ejus electionem non esse canonicam crederet, a Clemente titulum templi SS. Petri, & Marcellini, sed, quia Parisiis erat, ibi petasum 4 Maji anno proximo in præsentia Regis adeptus. Quintus, Nicolaus Saturninofanensis Dominicanus, cujus memini, Cardinalis de S. Martino in Montibus. Sextus, Leonardus Geophanius Italus Minorum Ordinis Minister Generalis, qui ab Urbano VI Romanæ Curiæ Patribus adscribi pariter noluerat. En sex Cardinales a Clemente renunciatos mense Decembri anno 1378.

§. LX.

Sæcul. XIV. A. C. 1378.

§. LX.

Cordubensis Episcopus a Clementinis capitur.

In principio sequentis anni Papa Urbanus tres Cardinales Italos, Petrum Corsinum Portuensem Episcopum, Simonem Mediolanensem, Jacobumque Ursinum per litteras ad se reducere tentavit: nam ab eo disjunxerant se quidem; sed non transierant ad Clementem. Respondebant: Sanctissime Pater! Accepimus epistolam tuam e manu Raynaldi Ursini: & audivimus ea, quæ cum Episcopo Brixiano nobis exposuit. His aperuimus nostros sensus de convocatione concilii ad finiendum schisma, & pacandam Ecclesiam: & quæ tibi tres Auditores nostri hac de re dixerint, ea ut credas, oramus. Dabant Taleacotii 17 Januar. Quem Concilium approbasset, Papam agnoscere cogitabant hi Cardinales: ut docet Ursini declaratio Idibus Augusti anno eodem facta, quo is obiit. At Clementini abnuebant concilium: & hæc periclitatio tum quidem nullum effectum habuit. *Rayn. 1379. n. 1.*

Papa Urbanus missum a se ad Petrum Arragoniæ Regem Cordubensem Episcopum Menendum Cordulam a Clementi-

Sæcul. XIV. A. C. 1379.

nis in itinere captum illi conquerebatur per epiſtolam 27 Jan. 1379. ſcriptam in hunc modum: Epiſcopus Cordubenſis a Curia Romana nuperrime abiit noſtras ferens litteras, quibus tuam implorabamus opem ad medendum malis Eccleſiam, & nos ſpeciatim prementibus. Hic Præſul in Romano portu conſcenſo lembo incidit in Cardinalem Lunium ab Antipapa cum ſociis miſſum: qui comprehenſo ereptas litteras noſtras dilacerabant minimas in particulas ſine reſpectu tuæ Majeſtatis, cui erant inſcriptæ, conſtrictumque vinculis, ac piratæ Petro Bernardo Catalano traditum Fundos, ubi Antichriſtus reſidet, miſerunt: ibique duro in carcere detinetur. Papa orat Regem, ut Antiſtitem liberandum curet. Tum addit:

Ut autem te boni juris noſtri ſtrenue convincamus, per Petrum Martinum ſtipatorem noſtrum tibi mittimus exemplaria litterarum Imperatoris Caroli modo extincti, ac Wenceslai, quem genuit, Regis, opusque Joannis Lignani eximii Doctoris Bononiæ. Denique rogat Regem, ut Cardinalem Petrum Lunium Antipapæ nuncium a quolibet regni ſui aditu arceat; atque ſi forte hoc intraſſet, captum fida in cuſtodia teneat. Rex Arra-

Arragonum haud videtur has Papæ litteras reſpexiſſe: & Cordubenſis Epiſcopus Fundis captivus hæſit usque ad Novembrem, quo invenit effugium. Partibus Urbani ob hanc ærumnam videbatur Martyr, & præclaram virtutis, ac ſcientiæ famam colligebat. Papa Urbanus fuit, qui eum ex Ordine Minorum Cordubenſem ad mitram evocavit. Sæcul. XIV. A. C. 1379. *Vitæ to. 1. p. 1281.* 1462.

Henricus Caſtiliæ Rex, cum a Cardinalibus electo primum Urbano, deſerto poſtea, & impugnato ſuffectum Clementem audiiſſet, anxia mente, utrius cauſa æquior eſſet, dubitabat, magnos Doctores in contrarias de hac re ſententias diſtractos videns: tandem ſtatuit neutrius eſſe partis, ut in facti veritatem inquirere poſſet liberius. Hoc in ſtatu deceſſit die Dominica 29 Maji an. 1379, ætatis 46; poſtquam Joannem filium, & ſucceſſorem ſuum monuerat, ne facile partes ſuſciperet in Eccleſiæ ſchiſmate. Rex Joannes coronatus eſt Burgis: ubi hac occaſione ſolemnem conventum habuit collectum ex Epiſcopis, Nobilibus, magnoque numero Doctorum utriusque Juris. Tractabatur ibi ſchiſma: quo accurate diſcuſſo Rex patris ſui exemplo medias amplexus partes, ut poſſet, quid ſe agere conveniret, decernere, ad duos ele- *Mariana lib. 18. c. 2.*

Sæcul. XIV. A. C. 1379.

ctos Romam, & Avenionem Legatos misit, qui veritatem facti, cum hujus memoria esset recens, perquirerent, ac sibi declararent.

§. LXI.

Clemens Avenionem petit.

Vitæ to. 1. p. 493.

Relictis interea Fundis Clemens cum sua Curia Speluncam Cajetanæ diœcesis oppidulum adiit: unde paulo post cum aliquot Cardinalibus Neapolim profectum Regina Joanna honorifice ibi recepit. Summum initio gaudium præ se tulerat de cooptatione Urbani suo in regno nati; & quadragies mille nummos aureos (ducatos vocant) aliaque dona magnifica ei miserat: sed electionem Clementis edocta mutato consilio in omnibus terris suis hunc agnosci Papam jubebat per patentes litteras 20 Nov. 1378 scriptas. Ægerrime id ferebant plerique Neapolitani; Urbanoque populari suo addicti permanebant. Clementem igitur Neapolim delatum tam male accepit populus, ut ille cum suis Cardinalibus arcem Reginæ sedem Ovum nomine coactus ingredi, ne ibi quidem securum se videret, gnarus sibi ab Urbano vincula destinari. Revera eodem tempore, nimirum 18 Maji Papa Urbanus edebat litteras

Th. Niem. c. 6.

Vitæ p. 472. 494. 1268.

teras, per quas volebat in regno Neapolitano contra Clementem, atque fautores ejus sacrum cani classicum, sponderique noxarum veniam concessam petentibus Palæstinam. Neque tamen magnum res effectum habuit. Sæcul. XIV. A. C. 1379.

Idcirco Clemens statuit in Galliam se recipere, ubi Regis, cæterorumque Principum sibi deditorum præsidio frueretur: & fortuito nactus triremes, navesque alias mense Majo anno 1379 mari se commisit una cum suis Cardinalibus, præter Jacobum Itrium, ac Leonardum Geophanium, quos in Italia reliquit suis rationibus consulturos. Post navigationem non parum periculosam 10 Junii Massiliam attigit: & transactis ibi quatuordecim diebus Avenionem delatum solemnissimo ritu, & ingenti gaudio excipiebant omnes incolæ; præsertim quinque Cardinales, qui post Gregorii abitum ibi remanserant: nam sextus, Ægidius Aissselinus obierat 5 Dec. priore anno. Hi sex Cardinales jam decreverant agnoscere Clementem. *Rayn. n. 28.* *Vitæ p. 495.* *p. 1252.* *p. 957.*

Is haud multo post litteras dabat Parisinam ad Universitatem, quæ paulo ante se partibus ejus adjunxerat: quod ita factum. Rex Carolus V Vincennis 20 *Dubulai. p. 566.*

Sæcul. XIV. A. C. 1379.

Maji Universitati scripsit, ut secundum habitas deliberationes Clementem VII declararet legitimum Papam. Universitas post multos conventus hac de re actos, die lunæ tertio Calendas Junias misit Rectorem cum designatis sociis: qui venerunt in elatiorem castelli Vincenniani partem tecto impositam, ubi aderant cum Rege quatuor Cardinales, Lemovicensis, Acrifolius, Pictaviensis, & Augustodunensis, Dux Andegaviæ frater Regis, Carolus Navarræ Regis filius natu major, Comes Harcurtius, multique alii Optimates, ac Equites; insuper quatuor Episcopi, nempe Laudunensis, Parisinus, Bellovacensis, & Sarlatinus. Simon Freronus Theologiæ Professor totius Universitatis nomine loquens denunciabat eam adhærere Clementi VII tanquam legitimo Papæ. Attamen e quatuor nationibus, quæ facultatem Artium componunt, duæ neutri favebant parti, scilicet Picarda, & Anglica: duæ reliquæ, Gallica, & Normanna se conformabant ad exemplum trium Facultatum superiorum, Theologicæ, ac Medicæ. Hanc igitur declarationem nactus Clemens Universitati per epistolam gratias egit, suasitque, ut ipsi obnoxia firmiter persisteret, & conatibus Urbani fortiter obstaret. Dabat 26 Julii.

p. 573.

p. 778.

Post-

Postquam Avenione confederat, Rex Carolus V eum vehementer adjuvans omnes fere Principes, ac Respublicas ab Urbano stantes per Legatos monuit, ut ne præoccupari animos suos sinerent, sed patienter auscultarent ea, quæ pro Clemente dicerentur. At plerique Clementis nuncios non audire modo, sed & suas in terras admittere recusabant. Ergo vi utendum ratus Clemens suis inter Italos fautoribus militem, ac pecuniam pro viribus mittebat suis. Nec sacra omisit arma; & viciſſim litteras contra Urbanum edidit. Et vero pari facilitate poterant scribere, fulminare, ac se mutuis onerare conviciis, ac execrationibus.

Sæcul. XIV. A. C. 1379.

Vitæ p. 495.

§. LXII.

Tristes schismatis effectus.

At hic agendi modus juvabat nihil, sed magis inflammavit schisma, & innumera invexit mala. Clementini multos Urbano submissos Præsules, Sacerdotes, aliosque Clericos mari vel terra facientes iter capere, vexare, submergere, comburere, aliove crudeli necis genere afficere non verebantur. Per vim occupatæ ab illis multæ urbes, castella, pagique in regno Neapolitano & in terris Romano

Th. Niem. c. 19.

Sæcul. XIV. A. C. 1379. Pontifici ſubjectis: Eccleſiæ, ac cœnobia multa everſa: multa ſuis privata juribus; ne cædes, direptiones, cæteraque crimina recenſeamus.

Vitæ p. 496. Haud melius Urbanus Clementinos habuit. Exagitabat eos tam atrociter, ſeu perſonas, ſeu bona iis propria ſpectem, ut ad Clementem confugere, ac ſubſidia vitæ ab eo petere cogerentur. Nec is plene illis ſatisfacere poterat præ paucitate regionum ſibi obſequentium; præterquam, quod multis ſumptibus aliis ferendis impar eſſet. Ita horum Clementinorum permultis, qui ſpectati, & opulenti fuerant, vita ſua finienda fuit in paupertate ac miſeria. Quorum exemplo territi haud pauci alii, ut in primo ſtatu ſuo ſe conſervarent, agnoſcere Urbanum malebant, bonaque ab eo, ac honores accipere, quamvis Clementem crederent verum Papam. Alii ſtudebant ab ambobus conſequi dignitates, ac beneficia; & largiori denique ſe addicebant, an poteſtatem dandi haberet, non ſoliciti. Multi demum pretio obedientiam vendebant ſuam, ut beneficia pro ſe vel aliis impetrarent: unde factum, ut indigni promoverentur: eademque mala utrinque regnabant.

Urba-

Urbano parcebant pars maxima Italiæ; Anglia, Germania, ubi eum Rex Wenceslaus diserte agnoscebat, obnoxia eidem Bohemia, Belgii pars major, & Hungaria: cujus Regem Ludovicum arctius sibi obstricturus Papa Urbanus hoc anno 1379 Cardinales creavit duos Hungaros, nempe Demetrium Strigoniensem Archiepiscopum, & Valentinum Antistitem Quinque Ecclesiarum: huic templum S. Susannæ, illi ædem Quatuor Coronatorum assignavit. In Wenceslai gratiam Bohemum quoque Oczkium Olomutii Præsulem decrevit Cardinalem de duodecim Apostolis. Sæcul. XIV. A. C. 1379.

§. LXIII.

S. Catharinæ Senensis obitus.

Promulgata Florentiæ pace, quam Urbanus ei reddiderat, S. Catharina Senensis inde rediit suum ad cœnobium: ubi se occupabat dictando arcana cælestia, nimirum ea, quæ loquebatur rapta in excessum mentis, & ab usu sensuum abstracta: sed quæ Italice proferebat, Latine scribebantur. Tum Papa Urbanus, qui Avenione agens illam noverat, & magni faciebat, Raymundum Capuanum *Boll. to. II. p. 936. n. 336.*

Sæcul. XIV. A. C. 1379.

num, quem ei a confessionibus esse sciebat, per litteras jussit eidem dicere, ut adiret Papam. Raymundo protinus obtemperanti reposuit illa: Mi Pater! Multos homines, quin etiam sorores nostras offendunt crebra itinera mea, etsi non meo facta vitio credam. Itaque si Papa me ad se venire omnino velit, da operam, ut voluntas ejus scripta compareat! Scribendam curavit Papa: & Catharina Romam petiit. Adesse illam magnopere gaudens Urbanus cupiebat, ut coram Cardinalibus verba faceret præsertim de schismate tunc fieri coepto. Paruit; & Cardinales ad constantiam hortans Papæ adeo satisfecit, ut & magnum Viraginis animum extolleret, & Cardinales ob anguſtias pectoris in ruborem daret. Paucis post dimissam Virginem diebus Papæ in mentem venit, ut ad Reginam Neapolis palam rebellem duas mitteret Catharinas, Senensem, ac Suecam S. Birgittæ filiam tunc Romæ versantem. At Pater Raymundus neutiquam exponendas censuit injuriis saltem ipsarum famæ noctiuris. Cui Senensis: Si Sanctæ Margarita, & Agnes ita cogitassent, nunquam accepissent coronam martyrii. Urbanus tamen iter hoc suppressit Raymundo assentiens; & statuit hunc Virum mittere ad Regem Gallorum Carolum

rolum a Clementis partibus abducendum. Sæcul. XIV. A. C. 1379.

Interim S. Catharina Senensis pro Urbano in omnem scribebat partem. Jam inde a principio schismatis ad tres Cardinales Italos Clementis electioni affines misit litteras, ubi eos a capite sejuncta membra, & carne indutos dæmones appellabat. Sic etiam cunctos Clementis electores vocabat in epistola ad Reginam Joannam, & in alia ad Regem Franciæ data 6 Maji an. 1379. Denique sequente anno ad Carolum de Pace perscripsit incitamenta belli contra schismaticos: quod quidem Sancta dignum haud videtur. *Rayn.* 1380. *n.* 55. *Epist.* 31. *Epist.* 96. *Rayn.* 1379. *n.* 49. *Id.* 1380. *n* 5. *Epist.* 195.

Post discessum Arbitri suæ conscientiæ hærebat Romæ; ubi sacris ejus precibus tribuebantur palmæ geminæ, quas Urbanus de Clementinis retulit eodem die 30 Aprilis anno 1379. Prior erat expugnatio castelli S. Angeli, quod Galli tenuerant fere totum per annum obsessi: qui eventus Papæ Urbano dedit libertatem Vaticano in palatio habitandi: sicut fecit. Victoriam alteram Comiti Alberico Barbiano cessere Vascones, Britonesque, qui campos compleverant pro Clementinis partibus militantes. S. Catharina Senensis unico superstes anno *Boll. p.* 940. *n.* 344. *Th. Niem. c.* 20.

Sæcul. XIV. A. C. 1379.

no Romæ obiit tertio Calendas Maji, tantum triginta tres annos habens, sed consumpta infirmitatibus, doloribusque accitis per jejunia, vigilias, cæterasque corporis afflictationes præter continuam animi contentionem, mœroremque, quo eam conficiebat tristis Ecclesiæ status. Anno 1461 post mortem suam octogesimo primo per Papam Pium II inter Cælites numerata fuit.

HISTO-

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

LIBER XCVIII.

URBANUS VI, DEINDE BONIFACIUS IX, SUMMI PONTIFICES.

WENCESLAUS OCCIDENTIS, JOANNES PAL. ORIENTIS IMPERATORES.

§. I.

Papa Urbanus accersit Carolum de Pace.

Joanna Neapolis Regina a Papa Urbano VI primum agnito ad partes Clementis transierat. Ille proin eam schismaticam, hæreticam, & quod in ipsum cum aliis conspirasset, læsæ majestatis

Sæcul. XIV. A. C. 1380.

Rayn. 1380, *n.* 2.

Sæcul. XIV. A. C. 1380.

ſtatis ream, ideoque cunctis dignitatibus, honoribus, regnis, terrisque, ac fundis Eccleſiæ, Imperio, aut cuicunque Domino jure beneficiario obſtrictis privatam, omnia bona ejus addicta fiſco, univerſos ejus clientes fiduciarios fidelitatis juramento ſolutos declaravit; prohibens, nequis ei morem gereret; & quotquot ſecus agerent, homines ſingulares anathemate, ſocietates interdicto afficiens. Sic Urbanus ipſe ait in litteris ad Soranos datis undecimo Calendas Maji anno 1380.

Animadvertit etiam in Neapolitanum Archiepiſcopum Bernardum ſeu Bertrandum patria Cadurcenſem, quem Urbanus V anno 1368 huic ſedi impoſuerat; & qui Reginæ a Secretis erat. Tanquam huic addictus, & natione Gallus Clementem electum Papam mox Fundis agnoverat: proſcripto proin illi, ac exauthorato Urbanus VI ſuffecit Ludovicum Bozutium Nobilem Neapolitanum, amicum Caroli de Pace. Bernardus in Galliam reverſus anno 1389 deceſſiſſe creditur.

Ughel. to. 6. p. 200.

Th. Niem. lib. 1. c. 21.

Sententiæ contra Reginam exequendæ gratia Urbanus per internuncium Martinum Tarentinum ſuum cubicularium ſtimulavit Hungariæ Regem Ludovicum, ut ipſi Carolum de Pace Duracii Ducem cognatum ſuum cum idonea militum manu mitteret Neapolitano augendum regno, & ad capiendam hujus poſ-

ſeſſio-

sessionem adjuvandum. Repugnabat Carolus, quippe propinquitatis arctæ vinculo cum Regina junctus, cujus neptem Margaritam insuper duxisset conjugem. At Rex Ludovicus metuens, ne, postquam obiisset, ipsius filiabus Hungariam ille præriperet, ad accipiendam Papæ gratiam inductum satis numerosо cum exercitu in Italiam misit.

Sed quod Carolo pecunia belli nervus deesset, Urbanus cogebatur Romanis civibus permultis tot possessiones ac jura Ecclesiarum, cœnobiorumque Romanorum venundare, harum ut alienationum pretium octoginta florenorum millia superaret. Ipsos demum calices aureos, argenteosque, cruces, Sanctorum imagines, ac pretiosam templorum supellectilem vendidit, aut convertit in monetam. Etiamnum habetur mandatum ab Urbano duobus Cardinalibus 30 Maji anno 1380 traditum, ut Ecclesiarum bona, seu possent moveri, seu nequirent, etiam invitis Præsulibus, cæterisque beneficiorum possessoribus oppignorarent, aut ad tempus vel in perpetuum alienarent, donec confeciissent tantum æris, quantum opus esse judicarent.

c. 22.

Rayn. n. 8.

Sæcul. XIV. A. C. 1380.

§. II.

Regina Neapolis adoptat Andegaviæ Ducem.

Hist. des Juven. des Urs. p. 542. Vitæ PP. p. 501.

Contra Carolum de Pace se defensura Regina Neapolis Ludovicum Andegaviæ Ducem Gallorum Regis fratrem adoptavit filium: carebat enim liberis, etsi quarto jam marito juncta. Hæc adoptio per patentes litteras in proximo Neapoli castello, quod vocabant Ovum, 29 Junii anno 1380 scriptas facta consensu & authoritate Clementis dicitur, ita, ut Reginæ Joannæ, postquam decessisset, in regno Neapolitano, comitatu Provinciæ, ac terris ipsius omnibus Ludovicus, & hujus posteri succederent. Ratam Clemens habuit hanc donationem: ac Regina urgebat Ducem Andegaviæ, ut protinus, & ante adventum Caroli de Pace ipsi suppetias iret. Sed Franciæ Regis mors duobus post mensibus obita hujus moliminis persequendi studium retardavit.

§. III.

Carolo V Gallorum Regi succedit Carolus VI.

Rex Carolus V cognomento Sapiens 16. Septembris anno 1380, ætatis suæ

suæ 43, regiminis 16 mortem Christiano dignissimam oppetiit. Roma conservat specimen rectissimæ hujus Regis conscientiæ. Est monimentum publicum hoc altero post electum Clementem anno, & ipso, quo Rex obiit, die notariis dictatum in hanc sententiam: Ad Clementis partes accessi ob scripta Cardinalium, ad quos spectat electio Papæ, obstricta mihi fide sua testantium, illum ex præscripto Canonum a se cooptatum fuisse. Secutus etiam sum sententiam Senatus mei, multorum regni Præsulum doctorumque Virorum, postquam de hac re sedulo deliberaverant. At quia Cardinales invidia, odium, aut favor decepisse forsitan dicetur, declaro me Clementi non ex affectu cognati sanguinis, vel aliam ob causam minus æquam, sed bona fide, ac memoratis ex rationibus adhæsisse. Si tamen quodammodo errasse videar: asfevero me velle stare decreto Ecclesiæ universæ, seu intra concilium generale, seu aliter faciendo; nequid coram Deo conscientia mihi mea exprobret.

Sæcul. XIV. A. C. 1380.

Des Ursins. p. 1. Rayn. 1380. §. 10

Duos Carolus filios, ac tres fratres reliquit. Filius in spem regni genitus Carolus VI nondum compleverat duodecim annos; novem duntaxat habebat alter, Ludovicus nomine Dux Aurelianensis. Tres patrui eorum erant Ludovicus Andegaviæ Dux ad coronam Neapolita-

Urs. p. 531.

Sæcul. XIV. A. C. 1380.

nam accitus, Joannes Biturigum, & Philippus Burgundiæ Duces. Andegavensis ut natu maximus agebat tutorem Regis nepotis sui, quem die Dominica 4 Novembris eodem anno Remis inungendum curavit: ac pro potestate sua exstruebat pecuniæ cumulos ad occupandam Neapolim usui futuros.

Labbe Mesl. cur. p. 694.

§. IV.

Joannes Castiliæ Rex Clementem agnoscit Papam.

Interim Legati, quos Rex Castellæ Joannes Romam, & Avenionem miserat, munus obierant suum. Cardinalis Petrus Lunius versabatur in Hispania ut Legatus Clementis jam inde ab hujus electione. Papa Urbanus hoc anno Calendis Maji Franciscum Faventinum Episcopum eo misit cum potestate docendi facta ad demonstrandam legitimam sui electionem pertinentia. Rex hos ut Legatos audiret, magnum conventum celebrabat in quodam Salamanticensis diœceseos loco, cui nomen Metina Campestris: ubi causa Urbani, & Clementis commode discutiebatur.

Vitæ PP. p. 1285. Id. p. 490. 495. 1267. Rayn. 1380. n. 19.

Die Veneris 23 Nov. 1380 Cardinalis Petrus Lunius lingua patria, nempe Hispanica longam orationem dicens contende-

tendebat electionem Urbani esse nullam, quippe quæ per violentiam fuisset facta: & obsecrabat Regem, ut a justa Clementis causa staret. Sequente Dominica Faventinus Episcopus pro Urbano Sermonem instituit, quem habemus, & ubi inter alia inquit: Cardinales perhibent Archiepiscopum Barianum a se cooptatum esse metu mortis: cur electionis promulgationem differebant? Timebantne, ne se cito nimium liberarent periculo? Ac deinde: Quatuor Cardinales Roma egressi, ac sex alii, qui se incluserant castello S. Angeli, sua sponte redierunt: quia cogi non poterant: ergo Urbani collocatio in solio, inauguratio, & omnia, quæ sequebantur, libere fiebant. Et rursum: Romani reverentiam præstabant Cardinalibus: ac ne minimum quidem ex eorum domesticis, nedum ipsos lædebant. Finiit orando Regem, ut mox partes Urbani susciperet.

Sæcul. XIV. A. C. 1380.

Martin. Thesaur. to. 2. *p.* 1085. *Sup. l.* 79. §. 49. 50. *p.* 1088. *p.* 1093.

Die lunæ sexto Calendas Decembres comparuit Rodericus Bernardus, quem Rex Romam, & Avenionem miserat cum Ferdinando Tituacino conscientiæ suæ Arbitro ex Ordine Minorum. Rodericus exhibuit Papæ Urbani litteras Romæ acceptas, quæ continebant Casum, seu *Factum* Urbani, scilicet relationem factorum ad probandam canonicam ejus electionem spectantium. Hoc in confessu

Sæcul. XIV A. C. 1380.

aderant Rex Joannes, duo Petri Archiepiscopi Toletanus, & Hispalensis, Joannes Seguntiæ, Alphonsus Abulæ, Joannes Giennæ, ac Ferdinandus Legionis Episcopi quatuor. Habemus id Papæ Urbani *Factum* satis consentaneum narrationi, qua ejus electionem exposui: & ibi primum inveni usurpatam hoc in sensu vocem *Factum*.

Rayn. 1378. n. 73.

Duboulai p. 468.

Postridie Petrus Lunius attulit complicata chartæ folia complectentia Casum, seu Factum Cardinalium Clementinorum conformatum ad modum memoriæ publicæ, ac 2 Augusti scriptum. Quarto Decembris Rodericus Bernardus Regi nunciavit ea, quæ Romæ, & Avenione cum Fratre Ferdinando egerat: tum ei scriptas tradidit assertiones, & nomina testium, quos juratos utroque in loco ipse ac reliqui Legati Regis audierant, & quorum in numero multi Cardinales, ac Episcopi erant. Sexto Decembris Rex Joannes, postquam sacro interfuerat, jubebat legi verba, in quæ jurare voluit fautores partium, & Cognitores causæ a se constitutos. Decimo ejusdem mensis nominavit Viros, qui exciperent testimonia propositionum utriusque partis. Quæ res illos occupavit a 28 Decembris usque ad Calendas Majas anni 1381.

Vitæ pag. 1287.

p. 1092.

Examinatis partium documentis omnibus Rex tota cum aula, & comitatu suo

Sala-

Salamanticam profectus cunctos Præsu- Sæcul. XIV.
les, Nobilesque, ac reliquos hanc ob rem A. C. 1381.
convocatos die Dominica 19 Maji cathe-
drale in templum mane congregavit; per-
actoque sacrificio coram Cardinali Lega- *Rayn. n. 30.*
to, & magna hominum multitudine legi
voluit suam declarationem, qua rejiciebat
Bartholomæum Prignanum ut intrusum
sacram in sedem; & Papam agnoscebat
Clementem tanquam legitime electum,
ac verum Christi Vicarium.

Addebat vero istas conditiones: Cle- *Id. n. 33.*
mens regni Episcopatus, aliaque beneficia
solis conferet indigenis. Per litteras spon-
debit se nunquam sibi reservaturum redi-
tus beneficiorum, vel bona Præsulum mo-
rientium. Episcopatuum, aliorumque be-
neficiorum collationes per Urbanum fa-
ctas non infirmabit. Promissa beneficio-
rum, quæ prima vacaverint, censurasque
a sui electione usque ad Regis declaratio-
nem irrogatas retexet. Beneficia dein-
ceps non arbitrio reservabit suo: neque
decimas, aliave subsidia pecuniaria exi-
get.

§. V.

Carolus de Pace versatur in Italia.

Interea Carolus de Pace in Italiam, &
Romam venit: ubi suaviter excepto
Urbanus solenni ritu contulit Siciliam cis *Rayn. n. 2.*
fretum

Sæcul. XIV. A. C. 1381.

fretum ſitam, nempe regnum Neapolitanum tanquam ad voluntatem Supremæ Sedis devolutum; intelligo, per amotionem Reginæ Joannæ, cujus tamen mentio nulla fit in litteris Apoſtolicis. Hoc, inquam, regnum Papa Carolo de Pace jure fiduciario dedit, ac iisdem fere conditionibus, quibus Carolo Andegavenſi delatum fuerat anno 1265. Diplomati Calendis Juniis anno 1381 exarato Cardinales octo ſua ſubſcripſere nomina. Eodemque die novus Rex Carolus Papæ tradidit litteras, ubi hanc conceſſionem agnoſcit, ſingulas ejus conditiones ſuis commemorans; in quibus maxime ſingularis eſt hæc: Spondeo fore, ut Franciſco Prignano Capuæ Principi, & poſteris ejus conſervem principatum Capuanum, ducatum Amalphitanum, pluresque terras alias, quas ei donaſti, & quæ his in litteris enumerantur. Franciſcus Prignanus erat Papæ Urbani nepos, nulla laude clarus juvenis, cui Carolus de Pace has terras magnam regni ſui partem conficientes invito cedebat animo: ſed in hoc rerum ſtatu nihil Papæ denegare poterat.

Sup. l. 85. §. 35.

Rayn. n. 3.

Th. Niem. l. 1. ſchiſm. c. 23.

Neapolim verſus deinde movit: cujus populus in Reginam conſurgens Carolo portas aperuit 16 Julii. Regina Ovo caſtello ſe incluſit; & paulo poſt certis conditionibus deditionem ſubiit. Marito

Rayn. n. 24.

ejus

ejus Ottone Brunſvici Duce in pugna capto Carolus regno potitus eſt. Inventi Neapoli duo Clementis Cardinales, ſcilicet Jacobus Itrius, ac Leonardus Geophanius, aliique Præſules tum Epiſcopi, tum Abbates earundem partium fautores in duros carceres mittebantur; ubi egeſtatem tolerabant, & miſeriam, amiſſis beneficiis, cæterisque bonis ſuis: vitam quoque inibi ponebant quidam, veluti Cardinalis Itrius: quem Clementini putabant Martyrem. Sæcul. XIV. A. C. 1381. *Vitæ p.* 501.

Die Veneris 6 Decembris Urbanus tres creavit Cardinales Diaconos de S. Nicolao *in carcere*, de S. Georgio *ad velum aureum*, & de S. Maria *in Dominica*. Primus erat Landulfus Neapolitanus, nominatus Barii Archiepiſcopus. Alter, Petrus, ſeu Perrinus Thomacellus pariter Neapolitanus, Archigrammateus Apoſtolicus, poſtea Summus Pontifex ſub nomine Bonifacii IX. Tertius, Thomas Urſinus Manupellius Romanus itidem Archigrammateus.

§. VI.

Rusbroechii deceſſus.

Joannes Rusbroechius celeber ille rerum cæleſtium contemplator, cujus jam memini, obiit hoc Chriſti anno 1381, ætatis ſuæ 88, ſacerdotii 64. Continua *Sup. lib. 96. §. 21.*

Sæcul. XIV. A. C. 1381. mentis precatio ei non obstabat, quin cum reliquis collegii sui Canonicis interdum manuum laborem caperet, ut illis exemplum daret: nec fastidiebat viliſſimos labores, veluti portare fimum. Nonnunquam cum herbis malis bonas evellens olitori potius oneri, quam levamini, sed Fratribus semper incitamento ad laborandum per præsentiam suam erat, inter quamlibet actionem conservans defixum in Deo animum. Usque ad extremum senium quotidie sacrificabat, nisi eum inde morbus, vel aliud grave impedimentum excluderet. Ad Deum excessit 2 Decembris an. 1381, magnum scriptorum numerum relinquens.

Vitæ c. 12.

c. 15.

c. 16.

Celebratiſſimum est opus de adornandis sacris nuptiis, fundatum in illo Evangelii loco: *Ecce sponsus venit! exite obviam ei!* Quæ verba ille applicat ad diversos adventus Christi, & ad modos varios, quibus anima Christiana ei occurrit. En ea, quæ ibi video memorabilia! De obedientia loquens ait hominem per eam abdicare voluntatem suam, ita, ut Deus plenam in eum potestatem capiat, & humana voluntas Divinæ adeo jungatur, ut aliud velle, aut optare nequeat. Et postea: Acquiescendum est unice in Deo, non in donis ejus, velut gratia; virtutibus, operibusque bonis. Tum disse-

Matth 25. 6.
Lib. 1. c. 14.

c. 25.

rit

rit de quadam ebrietate ſpiritus, quam ſic deſcribit: Sæcul. XIV. A. C. 1381.

Contingit ea, dum homo ſacris deliciis ita perfunditur, ut eas intra mentem ſuam continendo impar geſtus agat extraordinarios. Cantant aliqui laudes Divinas: quosdam gaudium ſolvit in lacrymas: alios ſic afficit, ut ſibi moderari neſciant: currunt, exſiliunt, ſaltant, complodunt manus: alii magnis clamoribus voluptatem, quam ſentiunt indicant: nonnullos denique relinquit animus. Qui his in ſtatibus ſunt, agere Deo gratias debent, ac ſe penitus demittere. *Lib. 2. c. 29.*

Tum Author venit ad perfectam voluntatis humanæ cum Divina conſenſionem; & contemplatorem ſuum inducit ſic loquentem: Domine! ſum totus tuus: non minus vellem in inferos mergi, ſi cederet in honorem tuum, quam in cælum recipi. Hoc vero eſt rem ſatis, ſuperque protendere. Loquens de communione ſacra, & affectibus ei tum præviis, tum ſociandis ait: Hoc in exercitio amor intenſus, commiſeratio, & attenta conſideratio vulnerum Chriſti per imaginandi vim adjuta poteſt tam eſſe vivida, ut homo pius eorum dolorem non in animo tantum, ſed & in membris ſuis ſentire ſibi videatur; atque ſi ſtigmata cuiquam imprimerentur, nemo melius ad *c. 30.* *c. 50.*

Sæcul. XIV. A C. 1381. ad ea comparatus esset. En! habes ferme methodum obtinendi stigmata.

Deinde Rusbroechius contemplatorum suo tempore celebrium errores referens inquit: Cum ad otium propendeant cuncti homines, naturalem solum quietem sub specie contemplationis quærunt ii, quos non illuminat, & movet Deus. Sine occupatione ulla, vel externa, vel interiore plane otiosi sedent. Sed hæc prava requies parit in homine ignorantiam, cæcitatem, ac desidiam, per quam ipse sibi satis placet, immemor Dei, ac rerum extra se omnium. Nequit inveniri Deus in hac quiete naturali, quam alieni a Christiana fide maximisque ac plurimis inquinati sceleribus possunt assequi, si comprimant conscientiam animi, cunctasque imagines, & omne actionis genus a se removeant. E contrario mala hæc quies gignit in homine vanam de se ipso delectationem, ac superbiam reliquorum matrem vitiorum omnium. Hi falsi terrenarum contemptores rerum virtutem nec exercent, nec desiderant; Deo nullas laudes tribuunt, nullas agunt gratias; se credunt consecutos omnia, quæ per externum Dei cultum Ecclesia poscit. Hic simul descripti egregie sunt improbi Quietistæ nostri temporis. §. 76.

§. VII.

Sæcul. XIV.
A. C. 1381.

§. VII.

Seditio ruſticorum in Anglia.

Joannes Vallius Sacerdos, Wicleffi diſcipulus in Anglia viginti annis amplius pagatim docebat populum diebus Dominicis a ſacrificio venientem. Faciebat verba plebis auribus jucunda, obtrectans Clero, ac Dominis profanis. Dicebat enim dandas non eſſe Decimas, vel dona, niſi largitor ſit ditior acceptore; aut ſi curialis mores meliores exhibeat, quam Curio ſacer. Non natos legitimo ex conjugio negabat natos ad regnum Dei. Multos errores alios ſpargebat ex doctrina Wicleffi. Quia Præſules ei ſuarum dioeceſium templa interdixerant; in foris, & compitis aut rure ſermones habuit, ac plurimos ſemper auditores de plebecula. Cum proſcriptus nondum ceſſaret, Cantuarienſis Archiepiſcopi juſſu miſſus in carcerem ſe jactabat de viginti millibus amicum liberaturis. Archiepiſcopus eum morte mulctare religioni habens, poſt duos aut tres menſes dimittebat liberum: nam ſæpius capiendum curaverat. At ille conciones protinus iterabat ſuas.

Th. Valſing. p. 275.

Froiſ. vol. 2. c. 74.

Quodam die in argumentum ſui ſermonis ſumpſit hoc Angliæ proverbium: Cum Adam laboraret, ac Eva neret, uter erat

Sæcul. XIV. A. C. 1381.

erat nobilior? Hinc inferebat homines cunctos esse natos æquales; ac servitutem per oppressores improbos contra voluntatem Dei fuisse introductam. Addebat: Si Deo placuisset creare servos, mox ab orbe condito statuisset, quis servum agere, quis Dominum deberet. Nunc est tempus, quo, si vultis, potestis jugum excutere. Induite viriles animos, nec occasionem negligite! Mactate primum regni Proceres! tum justitiæ Præfectos, cæterosque Judices; denique omnes illos, qui officere bono communi queunt! Liberam ab iis regionem reddite, ut tranquille, ac tuto vivere possitis! sic par vobis omnibus libertas, par nobilitas, par potestas erit.

Ejusmodi sermones speciosi suaviter permulcebant aures rudis populi, cujus Domini potestate sua sæpe abutebantur. Sed reapse indocti hujus Sacerdotis monita tendebant ad evertendam civilem societatem. Nec verum est servitutem repugnare Divinæ voluntati. Ut omittamus originem ejus quærere: certe legis veteris ac novæ authoritas eam confirmat. Lex antiqua eam diserte quidem non approbat; sed habet pro legitima, & sancita inter Hebræos, ne horum fratribus quidem exceptis. Evangelium nihil de illa memorat: sed S. Paulus ait: *Unusquisque, in qua vocatione vocatus est, in*

Exod. c. 21. v. 2. 3. &c. Deut. 15. 12. Jer. 34. 14. 1. Cor. 7. 20. 21.

in ea permaneat! Et alibi: *Servi obedite* Sæcul. XIV.
Dominis! Ac rursum: *Quicunque sunt* A. C. 1381.
sub jugo servi, Dominos suos omni honore *Eph.* 6. 5.
dignos arbitrentur! Sic etiam S. Petrus *1. Tim.* 6. 1.
inquit: *Servi subditi estote in omni timore* *1. Pet.* 2. 18.
Dominis non tantum bonis, & modestis, sed etiam dyscolis! Etenim, quod probe notandum, servi, de quibus agitur his in locis, non erant homines liberi mercede conducti, velut nostri famuli, sed mancipia empta pretio, vel nata in ædibus Dominorum. Servitutis autem reliquiæ, quæ decimo quarto seculo in Anglia, sicut in Francia cernebantur, consistebant fere in quibusdam operibus tributariis, quæ rustici Dominis debebant suis, vel in pensionibus, quas Domini certis in casibus exigebant. Populus seditioso Vallii sermone captus clamabat: Erit Archiepiscopus noster, ac regni Cancellarius: sic eminere præter ipsum meretur nemo. Hodiernus est proditor, ac plebis inimicus, plectendus capite, quocunque demum in Angliæ loco comprehendi queat. *Walsing.* *p.* 275.

Præsul hic, qui tanto tumultu exagitandus videbatur populo, erat Simon Subdurinus sic dictus ex patria sua in comitatu Suffolciæ sita. A suo patre Viro nobili adolescens ad Jus discendum missus, postquam in pluribus Galliæ Universitatibus id egerat, evasit Doctor. Ex Auditore, ac Præfecto sacelli Papæ Innocen- *Goduin.* *p.* 168.

Sæcul. XIV. A. C. 1381.

nocentii VI primum ab eo Sarviodunensis Ecclesiæ Cancellarius, deinde anno 1364 Episcopus Londinensis factus, demum a Gregorio IX translatus Cantuariam dignitatis ultimæ diploma obtinuit 6 Junii anno 1375.

Valsing. p. 247.

Essexiæ comitatus erat, ubi rustici cœperunt coire in turmas: & quemcunque petebant pagum, mittebant, qui dicerent, ut ipsos incolæ cuncti, juvenes, senesque, utut possent, armati sequerentur, alioquin domuum suarum incendia, & ruinas visuri. Breve intra tempus conveniebant quinquies mille homines; quorum aliqui tantum ferebant fustes, vel ascias, aut rubigine obductos gladios. Ducenta jam millia conficiebant; cum advenirent in Londini viciniam: quod magno numero intrabant festo augustissimi Sacramenti die 13 Junii anno 1381.

v. 250. Froiss. 2. c. 76.

Postero die Veneris adibant ipsam turrim, quo se receperant Rex Richardus, Archiepiscopus, & Magnus Rhodiorum Prior, idemque regni Quæstor primarius, quos duos maxime infectabantur. Cum se ad Archiepiscopum duci curassent, inveniebant eum peracta modo re sacra Deo gratias agentem in sacello, ubi ipsos expectabat, ad mortem perbene præparatus.

§. VIII.

Sæcul. XIV.
A. C. 1381.

§. VIII.

Cædes Simonis Archiepiſcopi Cantuarienſis.

Ingrediuntur clamantes: Ubinam eſt proditor, ac prædo ille? Simon placide ſe ferens obvium, Grati adeſtis, ait, o filii mei! Ego ſum, quem quæritis, Archiepiſcopus, non autem proditor, aut prædo. Arreptis mox brachiis ac epomide ſacra e ſacello abſtractum extra turris portam producunt. Ibi edito clamore horribili nudatis innumeris enſibus circumdant Præſulem: qui Deum pro iis orans poſitis in terra genibus cervices ictui præbet. Octo accipit: ex ultimo tandem amittit caput. Cadaver die illa & proxima inſepultum manſit: adeo timebantur furentes. Trucidabant etiam Magnum Rhodiorum Priorem Robertum Haleſium: & amborum capita in haſtis præfixa per plateas ludibrii cauſa circumferebant.

Rex, ut rebelles diſpergeret, quæ volebant, pollicitus poſtea multos eorum trahi ad ſupplicia juſſit; inter alios Joannem Vallium, qui captus, convictusque perduellionis pœnas ſubiit: raptatus enim, ſuſpenſus e furca, truncatus capite, eviſceratus, & quatuor in partes conciſus eſt 8 Julii. In locum Simonis Archi- *Valſing. p. 275.*

Sæcul. XIV. A. C. 1382.

episcopi tam crudeliter occisi Cantuarienses Monachi Rege consentiente coopta-runt Guilielmum Curtiniacensem Londini Episcopum, cui Papa Urbanus ignarus rei sub idem tempus diploma collati archiepiscopatus misit.

God. p. 172.

Guilielmus Hugonis Curtiniacensis Deniæ Comitis filius, cum a juventute sua Juri utrique strenuam navasset operam, acceptis sacris Ordinibus inter alia beneficia pinguia trium Ecclesiarum cathedralium Exoniæ, Heliæ, ac Eboraci Canonicus, anno 1360 consecratus Episcopus Herefordiensis, post annos quinque ac dimidium Londini Simoni Sudburino successerat. Romanum diploma Cantuariæ promulgatum est 9 Januarii anno 1381, nempe 1382 ante Pascha.

§. IX.

Wicleffi propositiones.

Eodem anno sub diem S. Joannis ante portam Latinam, nempe in principio Maji Rex Richardus Londini senatum habuit: unde Wicleffus capiebat ansam ad præsentes ibi Proceres mittendi sequentes octo propositiones, quasi ad regnum conservandum necessarias. Rex, aut regnum nulli parere Præsuli debet; nisi quatenus id volunt Divinæ litteræ: alioqui Christo præponeretur antichristus.

Valsing. p. 283.

Rayn. n. 29.

Propos. 1.

Nec

Nec Romam, nec Avenionem, nec aliam ad Curiam extraneam mittenda est pecunia; nisi hæc obligatio demonstretur e Codice Divino: alioquin illius exactores sunt lupi rapaces, qui suis ex fructibus cognoscuntur. Neque Cardinalium quisquam, neque ullus alius ex beneficiis Angliæ percipere fructum debet aliquem, si non ibi resideat, vel pro regno utiliter occupatus videatur Proceribus: alioquin illius reditus fraudi sunt pauperibus indigenis, quibus nullam æqualis pretii rem tribuit. Rex debet proditores regni evertere, ac sibi subjectos tutari a crudelibus ipsorum inimicis; per quos intelligebat oppugnatores suorum dogmatum. Vulgus non debet premi tributorum magnitudine, donec exhaustum fuerit Ecclesiarum patrimonium, quod est bonum pauperum, & horum solatio impendi decet: ita redibit Clerus ad perfectionem primitivæ paupertatis suæ. Quando Episcopus, vel Parochus manifesto in Dei contemptum incidit; Rex non tantum potest, sed etiam tenetur ejus bona fisco addicere. Rex non debet Episcopo, aut Parocho ad functionem profanam uti: alioquin uterque proditor Christi foret. Rex neminem illorum, qui longo tempore manfere proscripti, mandare carceri debet: nisi ex lege Divina delicti convincatur homo se absolvendum diu non curans.

Sæcul. XIV. A. C. 1382.

2. *Matth.7.16.*

3.

4.

5.

6.

7.

8.

Sæcul. XIV. A. C. 1382.

Eodem tempore Wicleffus edidit alias propositiones damnandas, præsertim contra veram Christi præsentiam in Sacramento altaris: misitque discipulos, qui hos errores spargerent. Nec impedire id poterant Parochi: cum illum defenderet populus; cujus odium in Clerum fovebat. Quo circa, cum ei suus Episcopus, nempe Lindensis conciones interdiceret, ac emendare vellet hominem, populi furor Præsuli tantum incussit metum, ut nihil exequi auderet.

Walsing. p. 283. 284.

§. X.

Londinense concilium.

At novus Cantuariæ Archiepiscopus Guilielmus Curtiniacensis, ut rebus tam indignis obsisteret, Londini habuit concilium, cui aderant cum ipso septem Episcopi, multi e cœnobiis quatuor Ordinum Mendicantium acciti Theologiæ Doctores, ac prima donati laurea, nec pauci sæculares Jurium Doctores. Archiepiscopus primum eos die Mercurii ante Pentecosten 17 Maji anno 1382 in conclave prioratus Dominicanorum convocaverat. Legebantur ibi palam plurimæ propositiones, quæ dicebantur hæreticæ aut falsæ: & Doctores cum Candidatis supremæ laureæ, quid sentirent, optima fide dicere jussi. Cum deliberassent, eundem

Conc. to. 11. p. 2052.

dem in locum duodecimo Calendas Junias congregati propositionum illarum alias esse hæreticas, alias cum veritate, ac Ecclesiæ decisionibus pugnare declarabant. Sæcul. XIV. A. C. 1382.

Prioris generis erant hæ decem: In Sacramento altaris manet panis & vini substantia; sine qua ibi accidentia non permanent. Christus inibi vere ac reipsa non est. Episcopus, aut Sacerdos in culpa letali versans non confert Ordines, non consecrat, nec fonte salutis abluit. Confessio externa est inutilis homini satis graviter dolenti de offensa Dei super omnia dilecti. In Evangelio non videmus Christum imperasse Divinum sacrificium. Deus obedire diabolo debet. Si Papa est deceptor, ac improbus, ideoque membrum dæmonis, nullam in Christianos potestatem habet, nisi forte ab Imperatore sibi traditam. Post Urbanum VI nullus debet agnosci Papa: sed Græcorum instar vivendum est unicuique suis ipsius legibus. Codici sacro repugnat Clerus possidendo bona profana: intelligo ea, quæ moveri nequeunt. p. 2053. *Propos.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

Alterius generis fuere quatuordecim, quæ sequuntur. Nemo Præsulum potest proscribere præterquam illum, quem scit abdicatum a Deo. Aliter qui agit, est hæreticus, aut diris devotus ipse. Antistes Clericum, qui ad Regem, vel ad Consilium appellavit, cœtu piorum movens, 1. 2. 3.

Sæcul. XIV. A. C. 1382.

vens, Deo, Regi, ac regno est perfidus.
Qui verbum Dei dicere, vel audire cessant ob proscriptionem hominum, se disjungunt ab Ecclesiæ corpore; atque in
4. extremo judicio perfidi Deo audient. Sacerdos, aut Diaconus potest de rebus Divinis verba facere sine permissu Papæ, vel
5. Episcopi. Noxæ mortiferæ reus nec est Dominus profanus, nec Episcopus, nec Præsul. Domini profani possunt pro vo-
6. luntate sua Clericis peccando assuetis adimere bona profana. Sic etiam populi ad
7. arbitrium suum corrigere Dominos peccantes queunt. Decimæ sunt mera stips.
8. Parœci eas ob peccata suorum Curionum retinere, aut aliis, quibus volunt, largiri possunt.

9. Precationes Præsulum, aut Religiosorum pro quodam homine speciatim fusæ non ei plus prosunt, si cætera sint pa-
10. ria, quam preces generales. Qui dat nomen Ordini certo, fit minus idoneus ob-
11. servandis Dei præceptis, nec est amplius inter cultores religionis Christianæ. Sancti peccarunt instituendo religiones no-
12. vas, ac peculiares. Religiosi ex labore suarum manuum, non mendicato vivere debent: alioquin execratione devinct sunt una cum suis largitoribus.

p. 2055. Vigesimo Junii eodem anno, cum Archiepiscopus eodem in loco multis stipatus Doctoribus solio insideret suo, sisteban

bant ei se Nicolaus Herefordius, ac Phi- Sæcul. XIV.
lippus Rapingedonius Canonicus Regu- A.C. 1382.
laris, ambo Theologiæ Doctores, atque Joannes Aishtonius Magister Artium. Duo Doctores respondere ad viginti quatuor propositiones, & quid de iis sentirent, ex ordine jam simul cum die, qua adessent, præfixo aperte edicere jussi tradebant Præsuli suum responsum scriptum in papyro denticulata ad modum commentarii, cujus simile aliud servabant. In hoc scripto plerasque propositiones damnabant; simpliciter, ac præcise alias, alias respectu certarum decretalium, & quibusdam cum temperamentis. Ex Juris forma interpellati, ut explicarent se amplius, renuebant, excepto puncto de Numinis obedientia diabolo debita, quam accipiebant in obtemperationem charitatis: quia hunc amat, ajebant, & punit, ut debet.

Præsentes Doctores rogati sententiam p. 458.
non sufficere hæc responsa, sed fucum facere judicabant. Idcirco Archiepiscopus accusatos postremo admonuit, ut intra dies octo scilicet quinto Calendas Julii mentem clarius exponerent suam. Hoc idem dicebat Magistro Artium Joannī Aishtonio Theologiæ auditori: quem postea de prima propositione interrogatum loqui Latine jussit ob laicorum præsentiam. At is clamabat, sermones fri-

Sæcul. XIV A. C. 1382.

volos, & injurioſos Anglica lingua inſtituens, ut populum in Præſulem concitaret. Nullam ad propoſitionem appoſite reſpondebat: & de prima quærenti Præſuli, an panis *materialis* poſt conſecrationem maneat, illudens dicebat: Hanc vocem *materialis* mitte in loculos tuos, ſi quos habes! Tum vero Archiepiſcopus eum tanquam confeſſionis omnium propoſitionum convictum declarabat hæreticum. Poſt hæc a Rege Richardo pro ſe ſuisque Suffraganeis obtinuit poteſtatem vinculis, ac tenebris mandandi eos, qui hos errores traderent, aut tuerentur. Rex litteras dabat 12 Julii.

§. XI.

Papæ Urbani litteræ contra Caſtiliæ Regem.

Urbanus Caſtellæ Regem Clementis partem ſolemniter ſuſcepiſſe audiens edebat ſuſas adverſus eum litteras: ubi eundem duntaxat Joannem Henricum filium iniquitatis, ſe pro Rege Caſtellæ, ac Legionis gerentem nominat, & loquitur hanc in ſententiam: Nos per epiſtolas, Legatosque ſuos agnoverat Papam legitimum: nobis fidem ſponderat, & obedientiam: a nobis diverſas gratias ſacras, profanasque obtinuerat: & tamen a Romana Eccleſia & nobis

Rayn. n. 14 &c.

bis ad antipapam Robertum transiit, ac transire subjectos sibi etiam per minas coëgit. Per neutrius partis studium subdole se asseruit in libertatem nulli obnoxiam quæ est species hæresis: & aliquamdiu in ea hærens bona, juraque ac reditus ærarii Apostolici usurpare, ac Ecclesias cathedrales, cœnobia, & alia beneficia occupare per schismaticos non dubitavit. Denique congregatis Præsulibus suum in Antipapam studium palam professus eundem a Clero ac populo agnosci, colique jussit. Sæcul. XIV. A. C. 1382.

Quapropter memoratum Joannem, qui se dixit Castiliæ Regem, citavimus, ut 18 hujus mensis Martii nobis ipse se sisteret, audiretque se declarari schismaticum, religionis defertorem, læsæ majestatis, & factæ in nos conspirationis reum, puniendumque ut hæreticum. At quia præscripto die non comparuit; nostram tulimus sententiam, per quam eum qualibet dignitate, honore, ac jure, quod ad Castellam, & Legionem habere posset, cunctisque fundis beneficiariis, aliisque bonis per nos fisco addictis privatum, & infamem pronunciavimus, ac omnibus Christianis capiendum exposuimus, & statim ad nos mittendum, aut si hoc tuto fieri nequiret, arcto mandandum carceri, donec aliud statuissemus.

Sæcul. XIV. A. C. 1382.

Præterea universis cujuscunque gradus Christianis interdicimus, ne Joannem in suas urbes, castella, vel alia loca recipiant, aut pro ipso, & comitatu ejus, ubicunque sint, vinum, frumentum, aut victum alium, vel pecuniam, aliamve rem eis usui futuram afferant: alioquin homines anathemate, loca interdicto afficimus. Sub iisdem pœnis vetamus, nequis ei quacunque in re obediat, ullam pensionem prædiatoriam exsolvat, vel aliquod servitium præstet: quotquot ei jurarunt fidem, inde solvimus. Denique crucem induentibus, ut bello petitum exterminent, noxarum veniam, & privilegia eadem largimur, quibus frui solent ineuntes sacram pro Palæstina militiam. Dabat 28 Martii anno 1382. Sic exhausisse videtur omnes clausulas, quas tabularium Romanum severissimas asservabat.

§. XII.

Ludovicus Andegaviæ Dux in Italiam venit.

Vitæ PP. p. 506.

Interim novus Rex Neapolis Carolus de Pace Ludovicum Andegaviæ Ducem bellum in se adornare audiens Reginam Joannam, quæ hunc Principem acciverat, de medio tollere decrevit. In quodam Aprutii castello detentam, & in sacello

cello ſupplicantem Deo quatuor per Hungaros ſtrangulaſſe fertur. Undecimo Calendas Junias hoc anno illum ei vitam ademiſſe conſtat. Mors Reginæ fregit animos eorum, qui hujus ſolius cauſa Ducis Andegaviæ partibus ſe adjunxerant: Carolo de Pace ſe ſubmittebant, ac præ aliis rectores, ac Præfecti navium mox in Provinciam reverſi, cujus incolæ plerique Ludovicum deſeruerunt. Sæcul. XIV. A. C. 1382. *Th. Niem.* 25.

Hic Princeps tunc agebat Avenione, quam die ſabbati 22 Febr. intraverat; ſeque parabat ad iter in Italiam, ut Reginam liberaret. Advenerat etiam Amadeus Sabaudiæ Comes Ducem eo comitaturus. Habebant numeroſum, ac valentem exercitum: cujus imperium Clemens Ludovico detulit, commendans emolumentum Eccleſiæ, nempe Urbani oppreſſionem. Die ſexta Pentecoſtes 30 Maji rogatu amborum Principum Cardinalem creavit Thomam Caſſatium, ſeu Caſaſtium Dominicanum, antea Inquiſitorem per Longobardiam, patria Pedemontanum, jam annis provectum, virtute, ac doctrina, etſi non Theologiæ laurea præditum. *Vitæ p.* 503. *p.* 1297. *Labon. to.* I. *p.* 64.

Poſtero die ſabbati poſtremo Maji Avenione abiit Ludovicus, & copias per plana Lombardiæ ſpatia, & terras Eccleſiæ promovebat. Romam eum duxiſſet recta via: ſed hinc deflectens peragrata

Sæcul. XIV. A. C. 1382. grata Hetruria intravit regnum Neapolitanum; cujus in urbe Aquila adhuc a Reginæ partibus ſtante ſubſiſtebat, ſternendæ ſibi ad ſolium viæ, quam finiendo ſchiſmati intentior. Videns diſcrimen

Rayn. n. 3. Papa decimo Calendas Septembris edidit litteras, per quas indulgentiam militantibus pro terra ſacra conceſſam etiam iis ſpondebat, qui arreptis armis Romam, ac Eccleſiam ab Andegaviæ Duce per menſes quatuor defenderent.

n. 5. 6. Vulgavit alias deinde litteras Jordano Regienſi Archiepiſcopo inſcriptas, quarum hæc eſt ſumma: Ludovicum Andegaviæ Ducem, Amadeum Sabaudiæ, Petrum Genevæ Comites, ac Fulcherum Saltinum Provinciæ Prætorem ſeu Seneſcallum ſuſceptis antipapæ Roberti partibus, ut turbarent pacem Eccleſiæ, ac terras ejus, regnumque Siculum invaderent, armatorum magna cum multitudine Italiam ingreſſos declaravimus ſchismaticos, apoſtatas, ſacrilegos, perduelles, plectendosque tanquam hæreticos. Quapropter eos piorum cœtu motos, de cunctis dignitatum gradibus dejectos, ac prædiis fiduciariis, aliisque bonis omnibus exutos pronunciavimus. Demum indulgentiam pro militia ſacra concedi ſolitam impertivimus illis, qui contra eos irent. Nunc præcipimus, ut hoc decretum in provinciis Regienſi, Conſentina, Roſcia-

nia,

nia, & Severinofanenfi promulgandum, ac vulgari explicandum fermone cures, addendosque Chriſtianis animos, ut pro cauſa Eccleſiæ ſub crucis vexilla coëant. Dabat Romæ 4 Cal. Oct. Sæcul. XIV. A. C. 1382.

Georgio Amalphitano Archiepiſcopo easdem miſit litteras etiam per Fratres quatuor Ordinum Mendicantium promulgandas. In regnum Neapolitanum venire cum copiis juſſerat Joannem Agutium Ducem Anglum; quibus ut ſtipendia ſolveret, Clero regionis tributum impoſuerat: ſed is hoc pendere recuſabat. Quod ille per epiſtolam 14 Novembris datam Neapolis, & Capuæ Archiepiſcopis vehementer exprobravit, ſe pro eorum tutela ſuum ipſius ærarium exhauſiſſe memorans.

§. XIII.

In Anglia claſſicum ſacrum contra Clementem canitur.

Joannes Gandavenſis Lancaſtriæ Dux, & Anglorum Regis patruus ad Caſtellæ ſolium aſpirans, ut Regem Joannem a Papa Urbano VI proſcriptum inde pelleret, induerat crucem; ſed quænam eſſent ſacræ militiæ jura, & privilegia, doceri a Papa cupiit: quod is fecit per litteras datas 8 Apr. 1383. Remittit eum ad ſanctionem magni Concilii Lateranenſis, *Rayn.* 1383. *n.* 9. *Sup. lib.* 72. §. 17.

Sæcul. XIV. A. C. 1383.

fis, seu potius ad litteras Innocentii III anno 1213 scriptas, quarum clausulas præcipuas refert. Sed sacrum hoc bellum non gessit Lancastriæ Dux, Hispaniæ loco in Scotiam ire coactus.

Valsing. p. 291.

Interim Papa Urbanus Henrico Spencero Norvicensi Episcopo litteras miserat, ut bellicum sacrum contra Galliam, & Clementem caneret: quo fine potestatem magnam, & multiplicem ei contulit ut Nuncio Apostolico: ac Episcopus illas omnibus Eboracensis diœceseos Parochis significavit per edictum datum 9 Febr. an. 1382, scilicet 1383 ante Pascha. Præter noxarum veniam pro militia sacra concessam e cunctis Ecclesiis Angliæ colligi decimam integram jussit Urbanus, quippe qui probe sciret armatos Nobiles aliosque non ituros sine pecunia. Milites enim, ait Froissardus scriptor coævus, non vivunt ex indulgentiis, nec magnam earum rationem ducunt, præterquam in mortis articulo. Exactio, ususque decimæ, ac imperium in universas sacræ Crucis copias committebantur Episcopo Norvicensi.

p. 294.

Froiss. 2. vol. c. 132.

Vals. p. 298.

Sub festum SS. Triadis diem 17 Maji se dedit in viam cum parte sui exercitus: qua navibus imposita Caletum advenit. Sed cum ingredi Franciam, & Clementinos aggredi deberet, deflexo inde itinere arma Flandris intulit, etsi Urbano Anglorum

Froiss. c. 134. 155.

glorum instar faventibus. Conquerenti Flandriæ Comiti subveniens Galliæ Rex Episcopum abducere copias, ac redire in Angliam coëgit. Sæcul. XIV. A. C. 1383.

§. XIV.

Urbanus Neapolim venit.

Papæ Urbano Carolus de Pace non faciebat satis, quasi nimium cunctans ipsius nepotem Franciscum Prignanum in possessionem Amalphitani, Capuanique ducatuum mittere, & Andegaviæ Duci parum fortiter se opponens. Ergo Neapolim ille adire statuit contra sententiam sex aut septem Cardinalium, quanta pericula subiret, exponentium: at sui judicii tenax nolebat quidpiam opponi sibi. Egressus Roma per causam luis ibi grassantis Tibur petiit 13 Cal. Majas. Ineunte Septembri Ferentinum se contulit; unde Cardinalibus, qui dissuaserant iter, ac Romæ manserant, mandatum misit, ut protinus ad ipsum venirent. Illi, quo minus præsto essent, causabantur inopiam suam, viasque infestas Britonum Clementi studentium excursionibus ex urbe Anagnia, quam incolerent. Urbanus id responsum pro seditionis signo accipiens contra eos conviciis plenas, ac pernicioſi exempli litteras edidit, eosdem purpura privaturus, nisi brevi postea ipsum secuti essent. Elapso

Th. Niem. c. 28.

Rayn. 1383. n. 3.

Sæcul. XIV. A. C. 1383.

Elapso S. Michaëlis die per Campaniam regnum Neapolitanum intravit invito Rege Carolo. Occurrebant invicem prope Aversam: Salutatum Carolus Urbanum antecedebat Nobilis scutarii officium agens in urbis ingressu, ubi amplam ei ac pulchram monstrabat arcem ab Imperatore Friderico II, ut ajebant, conditam. Papa eam nolebat ingredi, & alio habitatum concessit. At comitatus ejus haud facile poterat accipere tectum; ne suos quidem equos adaquare, clausis mox ab introitu urbis portis omnibus: quod in omen malum accepit.

Th. Num. c. 29.

c. 31. 32. Rayn. n. 4.

Paucis post diebus, scilicet 9 Octobris Urbanus, & Carolus advenere Neapolim: ubi hic illi novam in arcem ducto custodiam firmam appositit, ita tamen, ut accedentibus præbere aures more solito posset. Interim Cardinales vehementius instabant Regi, ut Papam libertati redditum placaret. Carolus palam inter lacrymas veniam poscebat, ejus captivitatem excusans per rationes, quas multi non frivolas judicabant. Itaque sic transactum est, ut Papa relicta arce nova Archiepiscopi ædes incoleret: ubi Rex cum sua conjuge Margarita sæpe illum venerabantur.

§. XV.

Sæcul. XIV.
A. C 1383.

§. XV.

Novi Cardinales Clementini.

Clemens ſuorum Cardinalium quibusdam mortuis novem creavit die Mercurii 23. Dec. 1383. Primus erat Petrus Croſius nobilis Lemovix e familia, quæ jam duos habuerat Cardinales. Ex Benedictino Monacho Lemovicenſi ad S. Martialem anno 1351 Trinortinus Abbas, decem poſt annis Epiſcopus Papulofanenſis, an. 1370 Bituricenſis Archiepiſcopus, anno proximo per Gregorium XI, quem ſanguine contingebat, ærarii Eccleſiæ Romanæ Præſes (Camerarium vocant) & anno 1374 Archiepiſcopus Arelatenſis factus Papæ cognato ſuo, quem ſecutus Romam fuerat, obeunti adfuit: ſed poſt electionem Urbani VI, cum ſe adjunxiſſet tredecim Cardinalibus, qui Clementem Fundis cooptarant, ab hoc ſuffectus in locum fratris ſui Joannis Croſii Cardinalis Epiſcopi Prænestini 20 Nov. hoc anno extincti, & Cardinalis Presbyter de SS. Nereo, & Achilleo renunciatus, ſed paſſim Cardinalis Arelatenſis dictus eſt, ſervabatque Archiepiſcopatum.

Vitæ p. 509. p. 1301.

Sup. l. 97. §. 52.

Vit. p. 1308

Secundus, Faiditus Acrifolius pariter Lemovix poſt Raymundum Acrifolium ſuum patruum Rhutenarum Epiſco-

Sæcul. XIV. A. C. 1383.

pus anno 1361 designatus, sed anno demum 1365 eas ingressus, an. 1368 Avenionem translatus, modo Cardinalis Presbyter de S. Martino *in Montibus*. Tertius, Petrus Aissselinus Benedictinus Monachus, in Claromontana diœcesi natus, tunc Episcopus Laudunensis. Agebat Parisiis, nec titulum templi habuisse creditur. Quartus, Gualterius Vardelanius Scotus Glascovienſis Episcopus, qui sedem suam relinquere nolebat: & Scotia Clementem agnoscebat Papam.

Gall. Christ. to. 1. p. 220. 825.

Quintus, Emericus Magnacius e diœcesi Lemovicensi antiqua nobilitate conspicuus, Juris utriusque Doctor. Fuerat Regibus Joanni, & Carolo V a libellis supplicibus, Carnutinæ diœceseos Archidiaconus Pisciacensis, dein a Novembri anni 1368 Parisinus Episcopus. Tandem declaratus Cardinalis Presbyter de S. Eusebio decessit Avenione 20 Martii an. 1385. Sextus, Joannes Novocastrinus Burgundio, Papæ cognatus, & cubicularius, an. 1371 Nivernensis, post triennium Tullensis Episcopus decretus, nunc Cardinalis Presbyter de Quatuor Coronatis. Septimus, Jacobus Mentonæus Genevensi ex diœcesi, Papæ Cubicularius. Præter hos septem Cardinales Presbyteros Clemens duos appellavit Diaconos, nempe Amadeum Salutianum sibi arcta cognatione junctum, patria

Card. Franc. p. 668.

Vit. p. 1314.

tria Pedemontanum electum Episcopum Valentinum; ac Petrum Fitignium supremæ Curiæ Advocatum veterem, & Carnutensem Archidiaconum. En novem Cardinales nominatos 23. Dec. 1383. Sæcul. XIV. A. C. 1383.

§. XVI.

Franciscus Batillus Urbani nepos ex fratre.

Papa Urbanus Neapoli remanebat cum filio sui fratris Francisco Prignano cognomine Batillo, qui e cœnobio SS. Salvatoris Virginem nobilem S. Claræ institutum professam rapuit, & vitiatam per aliquot dies detinuit domi suæ. Erat homo voluptatibus, somno, abdomini, & cupiditatibus indulgens suis: nec eum objurgabat suus patruus, sed indignæ rei mentionem inferentibus respondebat esse juvenem; etsi Batillus quadraginta tunc annos compleverat. Cum rumor de sacrilego ejus flagitio per Neapolim increbresceret; Rex Carolus ibi præsens citavit ad se Batillum; & quod se non sisteret, contumacem capite damnavit. Papa id conquerens se summum regni Dominum esse ajebat, nec posse sua in præsentia ad mortem damnari Optimatem. Denique Cardinales Papam cum Rege reduxerunt in gratiam: sententia non fuit executioni data: scelus impunitum man- *Th. Niem. c. 33.* *c. 34.*

Sæcul. XIV. A. C. 1384.

sit; & inter eos convenit, ut Batillus Regis cognatam, Magni justitiæ Magistri filiam duceret, ac propterea urbem Nuceriam obtineret.

Rayn. 1384. n. 1.

Calendis Januarii an. 1384 Urbanus peracto sacrificio Ecclesiæ vexillum Carolo ritu solemni præbuit, ut iret contra Ludovicum Andegaviæ Ducem Tarenti versantem; in quem censuras iteravit suas, & sacrum indixit bellum. Legatum ei junxit Cardinalem Landulfum Maramaldum e numero illorum, quos promoverat an. 1381. Carolus proinde in Andegaviæ Ducem numerosum movit exercitum: sed nullum memorabile factum edidit; quod Gallorum copias penuria, fatigationibus, ac morbis perire mallet.

Sup. §. 5.

Rayn. 1381. n. 26.

§. XVII.

Urbanus Nuceriæ commoratur.

Papa Urbanus, quia Regina Margarita Neapoli dominabatur, ibi non securum se ratus, septimo Calendas Junias Nuceriam petiit. Sed Cardinales, Curiamque reliquam incommodis magnis afficiebant anguſtiæ loci; nec raro turbabant decursiones hostium. Igitur quadam Augusti Dominica cum milites propinquo Nuceriæ pago imminere cernerent, veriti, ne caperentur, mox Neapolim aufugiebant, excepto Cardinali Pisano.

n. 36.

no. Papa id edoctus per Theodoricum Niemium eos jussit ad se reverti, ac nihil metuere. Theodoricus obvios habuit duos Cardinales, & multos Papæ Aulicos jam redeuntes: ac Neapolim delatus cæteros, ut idem mox facerent, adduxit, præterquam Cardinalem Reatinum; qui revenire unquam renuens Neapoli hærebat novis contra Urbanum consiliis occupatus.

Sæcul. XIV. A C 1384.

§. XVIII.

Ludovicus Andegaviæ Dux moritur.

Cum Carolum de Pace ad pugnam decretoriam adigere nunquam posset Andegaviæ Dux præter opes, copias, de Francia adductas frustra consumpsit; partem suorum parvis cæsam præliis; plurimos morbis oppressos, inter alios Sabaudiæ Comitem Amadeum anno priore sub diem Paschatis extinctum, militi reliquo deesse omnia, ærariumque suum exhaustum dolens: tandem & ipse morbo, ac mœrore absumptus obiit prope Barium 20 Sept. 1384. In titulo Regis Siciliæ, ac in Provinciæ comitatu ei Ludovicus suus filius natu major vix septem annos habens successit sub imperio matris suæ Mariæ Britannicæ.

Valsing. p. 298. Vitæ p. 510. 1322.

Sæcul. XIV. A. C. 1384.

Papæ commoratio in urbe Nuceria Regi Carolo haud probabatur, malasque movebat suspiciones: itaque 10 Nov. illum oravit, ut Neapolim rediret. Urbanus reposuit: Reges Papas, non Papæ Reges adire solent: atque si nostram alere amicitiam velis, populum tributis leva! Rex iratus subjecit: Possum imponere plura: hoc regnum armis obtinui: id gubernare Papæ non est: imperet Sacerdotibus! Ab eo tempore nulla Papam inter ac Regem concordia fuit.

Rayn. 1384.

§. XIX.

Religiosorum privilegia constringuntur.

Reversus tamen Neapolim eodem mense Papa, ut explicaret Clementinam *Dudum de sepulturis*, ac Regularium privilegia constringeret, ad omnes omnium Ordinum Religiosos scripsit sanctionem, cujus hæc est summa: Vetamus, ne diebus Dominicis festisque in templa vestra parœcos recipiatis ad rem Divinam, vel eos sine permissu Curionis sui ad tribunal sacrum admittatis. Siquis Sacerdoti alieno suas confiteri noxas velit, debet ex præscripto Concilii Lateranensis prius consensum Sacerdotis sui obtinere: alioquin absolvi haud poterit. Ne parœciarum templis debita subtrahatur pietas, in vestris

Krants metropol. l. 10 *c* 21.

Rayn n. 5. *Sup. l.* 91. *f.* 60.

vestris non habebitis conciones ante solemne sacrum, cui prima diei parte adesse Christiani solent in templo suæ parœciæ: nec ibi verba facietis, præterquam invitante, aut saltem permittente Parocho. Quo die ad populum dicet Episcopus ipse, aut pro eo quidam alius, non audebitis idem agere in eadem urbe, aut loco. Sicui parœco sepulturam dabitis, ejus Curioni aut Episcopo, etiamsi neuter postulet, ex decreto Papæ Gregorii, ac pro more recepto dimidiam, aut tertiam, vel quartam partem eorum omnium, quæ hanc ob causam acceperitis, intra dies octo tradetis. Dabat Neapoli 21 Nov. 1384. Sæcul. XIV. A. C. 1384.

§. XX.

Conspiratio in Urbanum.

Cardinales, & Aulici ob visam Urbanum inter ac Regem discordiam magnopere metuentes, ne in terris hujus Principis non securi viverent, orabant Papam, ut vel amicitiam cum Carolo firmam jungeret, vel Romam, aliamve Italiæ partem extra regnum sitam, & aulæ suæ idoneam, tutamque peteret: sed operam ludebant. Tum Cardinalis Reatinus Montis Cassini Abbas Petrus Tartarus Neapoli commorans, sed cum Cardinalibus quibusdam Nuceriæ versanti- *Th. Niem. c. 41.* *c. 42.*

Secul. XIV. A. C. 1384.

santibus conspirans ex composito in Consilium adhibuit Bartolinum Placentinum in Romana Curia Procuratorem, virum audacem, ac ingeniosum: qui hanc proposuit quæstionem: Si Papa nimis negligens, aut imperitandi parum peritus esset; si judicii sui tenacissimus omnia ex voluntate sua inconsultis Cardinalibus faceret; denique si per malam agendi rationem suam Ecclesiæ universæ periculum conflaret: an non liceret Cardinalibus sua per suffragia illi unum pluresve Curatores dare, quorum de sententia expedire negotia cuncta teneretur? Duodecim hujusmodi quæstiones movebat Bartolinus, & affirmante pro sententia rationes multas afferebat: sed post examen accuratum nihil hac de materia statutum est.

Rayn. n. 3. Interim Cardinalis Manupellius ex familia Ursinorum Papæ hanc consultationem secreto denunciavit, quin etiam ejusdem puncta exhibuit. Furebat iste; ac paulo post, cum Cardinales rei conscii venissent in senatum, simul ac is finitus erat, sex e doctissimis retinuit. En ea, quæ Papæ de illorum conspiratione dicta fuerant!

Certo senatus die, dum adibunt arcem, præcedere jubebunt duodecim domesticos arma sub longis vestibus tecta gerentes. Postquam congregati fuerint; com-

commoto subito tumultu correptum Papam ex arce in subjectum S. Francisci templum per vim deducent. Ibi certas quæstiones proferent, ad quas ut responsa reddat, instabunt: & quidquid reposuerit, aut si responderit nihil, producti testes falsi objecta omnia confirmabunt. Tum Cardinales conjurati damnatum hæresis Papam pronunciata totius nomine Collegii sententia statim supplicio ignis afficient. Habent pro certo Cardinales reliquos facinoris expertes id probaturos esse metu Regis Caroli, vel ob spem vivendi liberius; cunctosque simul facturos alium Papam jam decretum. Secul. XIV. A. C. 1385.

§. XXI.

Sex Cardinales in carcerem mittuntur.

Exequendo huic proposito conjurati destinaverant Idus Januarias anni 1385. At undecima mensis Urbanus accito nepoti suo Francisco Prignano clam indicatis illorum consiliis ajebat fore, ut senatum bidui spatio prius, scilicet ea ipsa die haberet: mature proin de suorum numero viros probe armatos ipsi subministraret. Postquam venerant Cardinales, dimissis reliquis vocatos in suum conclave reos de conspiratione interrogabat: sed inficias ibant cuncti. Igitur eos suo ne- *Vitæ to. 1. p. 1332.*

Sæcul. XIV. A. C. 1385.

poti tradidit: a quo tormentis funium pro more Italiæ subjecti suum fatebantur crimen. Cardinalis Anglus Adam Estonius dicebat se novisse quidem cæterorum consilium, sed in hoc non consensisse. At quia id non detexerat, cum illis in carcerem mittebatur ut fautor conspirationis.

Papa hos sex Cardinales purpura, cæterisque honoribus, ac beneficiis privavit: cuncta eorum bona fisco addixit: in diversoriis eorundem inventa omnia in arcem portari voluit. Cuncti autem fuerant præstantes Viri: & primus quidem erat Joannes Corcyræus Archiepiscopus, Cardinalis Presbyter de S. Sabina ipso ab Urbano renunciatus mense Septembri anno 1378. Secundus, Adam Estonius Episcopus Londinensis, Cardinalis Presbyter de S. Cæcilia. Tertius, Ludovicus Donatus Nobilis Venetus ex Ordine Minorum, & hujus Minister Generalis anno 1379 electus in locum Leonardi Geophanii partes Clementinas amplexi; ab Urbano VI dictus Cardinalis Presbyter de S. Marco. Quartus, Bartholomæus Coturnus eodem ex Ordine Genuensis Archiepiscopus, Cardinalis Presbyter de S. Laurentino *in Damaso*. Quintus, Marinus, seu Martinus Judicius Archiepiscopus Tarentinus, Cardinalis Presbyter de S. Potentiana. Sextus, Gentilius Sangrus ex nobili

Sup. l. 97. §. 55.
Vitæ to. 1. p. 1243.
to. 2. p. 983.
Vading. 1378. 1379.
Vading. 1378.

nobili in Aprutio familia Cardinalis Diaconus de S. Adriano. En sex Cardinales jussu Urbani VI vinculis mandatos! Sæcul. XIV. A. C. 1385.

Sub idem tempus statuerat Cardinales creare novos: ac 7. Jan. sermonem in senatu habens illos, quos secum decreverat, nominabat & inter alios quidem, tres Archiepiscopos Moguntiæ, Trevirorum, & Coloniæ, Arnaldum Leodii, Wenceslaum Vratislaviæ Episcopos, atque Petrum Rosenbergium Sacerdotem, Nobilem Bohemum. At hi sex post longam deliberationem id honoris recusarunt: etsi Papa quinque Præsulibus concesserat ultro, ut suam quisque Ecclesiam in rebus sacris profanisque administrandam per omnem vitam servarent.

§. XXII.

Urbanus piorum cœtu movet Neapolis Regem &c.

Die Dominica 15. Jan. Papa Curiæ suæ Clero toto, ac Nuceriæ, pagorumque vicinorum incolis in arcem congregatis occludi portas, nequis exiret, jussit. Tum conscensa e turri altissima cœpit verba facere ad populum magno in frigore sedentem humi. Dicebat diutissime, ac illud inter alia, Cardinales captivos conspirasse in suam vitam, idque *Walsing. p. 313.*

se

Sæcul. XIV. A. C. 1385.

se cognovisse divinitus. Clientem suum Cardinalem Reatinum, sed pridem dejectum gradu, & diris devotum hæc mala omnia invexisse. Exponebat etiam beneficia Carolo Regi, & Cardinalibus istis a se collata, quos e tenebris in lucem vocasset. Post sermonem stipatus Cardinalibus reliquis erigi crucem, & accendi cereos jussit, sacroque fulmine perculit Regem Carolum, Reginam Margaritam ejus conjugem, antipapam Clementem, ac hujus Cardinales, Abbatem Montis Cassini, olim Cardinalem Reatinum, sex Cardinales addictos carceri, eorumque fautores universos: Neapolim interdicto affecit: & has censuras cum pronunciaret, ipse & assistentes extinguebant cereos, jaciebantque in populum.

Nuceria tota & circumjecta regio magno strepere tumultu: excurrere prædones, &, quos consequi poterant, spoliare. Eodem die 15. Jan. post occasum solis p. 814. quemdam Anglum scribæ regii procuratorem necando Anglis omnibus Curiam sequentibus terrorem incussere tantum, ut collectis vasis propinquum Castellum Maritimum peterent sexcentis plures: at in via sunt expilati. Rex Carolus die Jovis 26 Jan. Neapolim reversus, cum Papam sequente sabbato in se ac Reginam iteras se anathema comperisset, efferbuit stomacho; & post quatriduum, scilicet die Mer-

Mercurii 1 Febr. duce Montis Caſſini Præſule Cancellario ſuo copias Nuceriam verſus miſit: quæ circumjacentes vaſtare pagos, & Urbani ſectatores, quotquot poterant, comprehendere cœperunt. Sæcul. XIV. A. C. 1385. *Th. Niem. c. 54.*

Proximo die Veneris urbem oppugnabant; ac die lunæ 6 Febr. captam incendebant: tum arcem, cui Papa ſe incluſerat, obſidione cinxerunt, quæ ſeptem menſibus durabat. Convocatum interim Neapolis Clerum rogavit, an interdicti ratio habenda eſſet? Poſt longam deliberationem Clerus reſpondit, interdictum non eſſe legitimum, ac ideo negligendum. Ergo Rex Clerum ſacris operari juſſit propoſita, ſi non pareret, pœna carceris, ac ſectionis bonorum omnium. Pauci ſe ſubmovebant: multi, præſertim ex Religioſis Regi quam Papæ malebant morem gerere. Multi etiam e numero Præſulum de ſtudio erga Papam ſuſpecti torquebantur: quidam mergebantur in pelagus: plurimi diu in carceribus hærebant. *Rayn. n. 3. ex Gobel.* *Th. Niem. c. 49.*

§. XXIII.

De Cardinalibus habetur quæſtio.

Paulo poſt captos Cardinales Papa Theodoricum Niemium accerſiit: & ut primum is advenerat, ille claudendas arcis portas curavit: quæ res Niemium vehementer

Sæcul. XIV. A. C. 1285.

Th. Niem. c. 45.

menter terruit; sed confirmavit amicorum quidam. Tum venere Petrus Alacrus Papæ a Secretis; Basilius Levantus notissimus pirata Genuensis; Paulus Juvenacinus Apulus, postea Notarius Apostolicus; Benedictus Juris Pontificii Doctor celeber, deinde Papæ a Cubiculis; & honorarius quidam Episcopus ex Ordine Prædicatorum Basilii cognatus. Hi quæstionem de captivis habere jussi intrabant munitissimum arcis propugnaculum; quod pro Batillo tuebatur quidam Eques Neapolitanus. Initio accedebant ad locum Cardinalis Sangri tam angustum, ut vix pedes ibi suos extendere posset. Batillus Papæ nepos illos comitans hortabatur reos, ut libere iis dicerent causas captivitatis suæ: quantumvis fontibus parsurum Papam, idque ut faceret, se ipsum ei authorem fore.

Cognitores singula Cardinalium captivorum cubicula adeuntes cernebant catenis vinctos, ac jurejurando adstringebant generatim, ut vera dicerent: nec enim Papa exponere illis voluerat ea, quæ potissimum deberent perquirere. Cum singulos seorsum interrogassent, redibant protinus ad Papam: cui Niemius indicabat audita omnia. Paulus Juvenacinus, ac Petrus Alacrus stantes ad extremum Papæ lectum amaris præ lacrymis ne verbum quidem proferre poterant. Quibus

bus ſuccenſens Papa: Cur inſtar mulierum fletis? Mox abeuntibus illis ſolus cum Papa remanens Niemius vix audebat loqui: ſuadebat tamen, ut Curiam ſuam transferret in locum tutiorem, & magis idoneum, reisque Cardinalibus parceret. At quo plura dicebat, eo acrior Papæ ira inflammabat vultum, & obtundebat vocem. Sæcul. XIV. A. C. 1385.

Stupefacto Niemio, & aliquamdiu tacenti Papa ajebat: Quid contra me fiat, haud cognoviſti ſatis: ſed mox videbis clarius. Accitum continuo ſui nepotis ſcribam ſibi tradere juſſit confeſſionem Aquilenſis Epiſcopi, qui pridie hac de cauſa in equuleo tortus atrociter, & ob vim doloris plusquam alii faſſus quosdam e captivis Cardinalibus eſſe conſcios dixerat. Lecta hujus Præſulis confeſſione Niemius etſi trepidans inquiebat: Iſta confeſſio captivis non eſſe fraudi debet: cum aliqui hoc in ſtatu interdum contra ſe ipſos mentiantur tormentorum metu. Sed Papam nihilo mitiorem reddidit.

Interim Neapoli verſantes Reatinus & quatuor alii Cardinales cum Rege Carolo votis omnibus expetebant captivorum libertatem: at Urbanus manſit inexorabilis. Ejus curia in dies minuebatur, cum hujus membra Neapolim transfugerent, quamvis prædones complerent vias. Medio Februario, quo Bacchanalia c. 46. c. 50.

Sæcul. XIV. A. C. 1385.

lia agitabantur, Urbano Raymundus Belſianus petitum adduxit ſubſidium. Erat Comitis Nolani filius e familia Urſinorum, in Apulia potens, antea ſecutus partes Ludovici Andegaviæ Ducis, cujus extincti exercitus ſe illi addixerat. Cum igitur Raymundus Nuceriam una cum copiis ſuis adveniſſet, eo præſente Papa ſenatum habebat publicum: quo deductis Cardinalibus captivis veniam ſpopondit, ſi ſuum faterentur crimen: ſed quia nihilominus ſe dicebant inſontes, in ſuos carceres remiſſi ſunt: ubi permanebant usque ad octavam Auguſti, qua Urbanus Nuceriam reliquit. Magna ibi miſeria premebantur, fame, ſiti, frigore, ac pediculis confecti.

§. 44.

§. 51.

Papa, quia iterum eos ſubjicere quæſtioni decreverat, eosdem accivit Cognitores: primusque adductus eſt Cardinalis Sangrus devinctis ferro pedibus. Exutum veſtibus præterquam interiore ſubligaculo, & ſubucula, dein arctiſſime aſtrictum funibus, ac ope trochleæ ter ſublatum alte, ter impetu magno per aërem demittebant tortores. Batillus haud procul abſens effuſe ridebat: ſed Niemius ad Cardinalem, quem amabat, ſuppreſſa voce, Chariſſime Pater! ajebat, an non vides tuam vitam appeti? per Deum oro: dic aliquid, ac te de manibus hominum iſtorum eripe! Reponebat: Neſcio, quid dicam.

dicam. Tum ille ad tortores: Desinite! jam dixit satis mihi: sed scribere id prius volo, quam referam. Cardinalis, Hanc mihi ærumnam, inquiebat, Divina reservabat justitia: Legatum hoc in regno agens nec Episcopis, nec Abbatibus, immo nemini parcebam, ita me Papæ placere ratus. Sæcul. XIV. A. C. 1385.

Eodem die Urbanus Basilium Levantum præcipuum suæ voluntatis in hac inquisitione ministrum accersiit. Erat pravæ indolis homo, inimicus Cleri, atrox, & rapto vivere assuetus in piratica, quam fecerat diu: verum ad incitas redactus Papæ Urbano se addixerat: qui eum induxit in Ordinem Rhodiorum Equitum, non pietatis causa, sed ut in Sicilia prioratum ei aliquem compararet. Accito, inquam, Basilio Papa præcepit, ut postridie Cardinalem Venetum Ludovicum Donatum torqueret, & addidit: Sic age, ut ejus clamores audiam! Parvit Basilius; & postero die Cognitores accersiit: Cardinalis Venetus ductus in oecum propugnaculi, privatus vestibus, funibus constrictus, tractus in altum, ac dejectus fuit. Erat exacta ætate, valetudine incommoda, & tenui corporis habitudine; atque a mane usque ad horam prandii sic excruciabatur, inter quemlibet funis ductum inquiens: *Christus passus est pro nobis*, ac reliqua. Interim Urbanus infra per hor- c. 52. 1. *Petr.* 2. 21.

Sæcul. XIV. A. C. 1385.

tum deambulans Divinum officium magna voce recitabat, qua monitus Basilius mandatum fideliter ageret. At Niemius tantæ crudelitati diutius spectandæ impar simulato dolore capitis suam repetiit domum. Cæteri quoque Cardinales rapti sunt ad quæstionem.

Die Mercurii 10 Maji Regis Caroli copiis præco post tubæ sonitum promulgavit, eum, qui Papam captum, vel aliter, quam naturali extinctum morte tradiderit, mox accepturum decies mille florenos aureos; & quisquis ejus fugam publicam vel occultam noctu diuve adjuverit, in numero rebellium, hostiumque Regis habitum iri.

Vitæ to. 2. p. 982.

Urbanus vero quotidie ter, quaterve cum face ac tintinnabulo stans ad fenestram hostilem exercitum detestatione sacra devinciebat: eodemque tempore condidit hujusmodi sanctionem: Si accidat deinceps, ut Papa oppugnetur, vel capiatur; quotquot ejus locum intra decem dierum spatium circumcolent, Christiani tenebuntur militari opera, vel per bona sua pro viribus ei opitulari: & qui facient, consequentur eandem indulgentiam, ac si contra ethnicos in terram sacram irent. Declaravit etiam Calendis Maji, Clericos, qui arcis Nucerianæ oppugnatores aliquos perimerent, aut mutilarent, ad obeunda sacra munia non inhabiles fore.

Hect. Pign. ap. Rayn. n. 3.

n. 6.

Inte-

Interim Neapoli agebant quinque Cardinales, Pilus Pratinus Episcopus Tuscu- Sæcul. XIV. A. C. 1385.
lanus, tres Presbyteri, Lucas Gentilius de S. Sixto, Poncellus Ursinus de S. Clemente, Bartholomæus Mezzavaccius de Sancto Marcello, & Landulfus Maramaurius Diaconus de S. Nicolao. Hi dabant ad Clerum Romanum epistolam, cujus hæc erat summa: Insolentia, & mores detestabiles Papæ Urbani non postrema fuere causa schismatis scindentis Ecclesiam. Contra sententiam nostram reliquit Romam, ut Neapolim veniret: estque ingenio tam obstinato, & intractabili, ut videatur furiosus. Sex Cardinales (epistola cunctos nominat) innocentes, abundantes consilio, ac eximia virtute præditos, sibi suum agendi modum rationi haud consentaneum exponere charitatis causa, & consiliis, quæ perperam susceperat, obsistere ausos falsis sub obtentibus comprehendi (quod cunctis seculis prioribus inauditum) in carceres compingi, & atrociter torqueri jussit. Præterea quosdam potentes antea schismatis, ac hæresis juste a se condemnatos accersiit; his Ecclesiæ thesauros, quin etiam vasa sacra dispertiit; seque ipsum concredidit. Denique sæpius a nobis aliisque monitus, ut se corrigeret, ac schisma finiret, id potius augere studet: quod eum in fide suspectum facit.

Vitæ to. 2.

Sæcul. XIV. A. C. 1385.

Itaque cum inemendabilem ferre diutius salvo officio haud possemus, excusso jugo multos Præsules, Theologiæ Doctores, & alios Romanæ Curiæ Viros præstantes Clericos, laicosque congregavimus, & inter omnes convenit, dicto Urbano minime præstandam a Christianis amplius obedientiam, sed opponendas vires nostras omnes, concordiamque, & correctionem Ecclesiæ sedulo curandam esse. Hoc fine cum quibusdam nostrorum Collegarum Cardinalium modo absentium brevi petere Romam, & ibi vobiscum, atque Romano cum populo supra memorata omnia modis idoneis perficere volumus. Adhæc statuimus Præsules, Reges, Principes, ac populos per litteras effictim orare, ut Legatos Romam quamprimum mittant: ubi tunc adesse, ac residere assidue cogitamus, ut de Legatorum, vestroque consilio Ecclesiam a periculis, quibus exposita est, tutari seu per generale concilium, seu aliter queamus. Conclusionem hujus epistolæ non habemus.

§. XXIV.

Novi Cardinales Clementini.

Demortuis nuper admodum quibusdam Cardinalibus suis Clemens 12 Julii an. 1385 novos creavit octo. Primus erat Joan-

Joannes Rolandus Arvernus celeber Juris Doctor, anno 1379 impositus sedi Ambianensi, quam Cardinalis Joannes Grangius abdicaverat. Cum Rolandus appellaretur Cardinalis, non erat Avenione: quia 17 ejusdem mensis in cathedrali templo suo Regem Carolum VI, ac Reginam Isabellam Bavaram matrimonio conjunxit. Secundus, Bertrandus Chanacius nobilis Lemovix ex Agathensi Archidiacono Bituricensis ab anno 1374 Archiepiscopus, & ab anno 1382 simul Hierosolymæ Patriarcha honorarius beneficio Clementis, modo Cardinalis Presbyter de S. Pudentiana, sed vocatus Cardinalis Hierosolymitanus.

Sæcul. XIV
A. C. 1385.
Vitæ PP. to. 1. p. 512.
1333.
Gall. Chris. to. 2.

Tertius, Thomas Amanatus Pistoriensis, ab anno 1380 per Clementem Neapolis Archiepiscopus; sed eo nunquam profectus, & Avenione permanens, Cardinalis Presbyter de S. Praxede, nuncupatus vero Cardinalis Neapolitanus. Quartus, Joannes Placentinus, declaratus an. 1364 Cervianus, anno 1370 Patavianus, post menses octo Urbevetanus, & anno 1376 Castelli, seu Venetiarum Episcopus (tam facile tunc fiebant translationes) cum purpura obtinuit templum S. Cyriaci, sed dicebatur Cardinalis Venetus. Quintus, Amelinus Lautricensis ex antiqua & nobili Occitaniæ familia, Canonicus Regularis, Juris Pontificii Doctor, ex Cano-

Bal. p. 1337.

Ughel. to. 6. p. 202.

Sæcul. XIV. A. C. 1385.

nico, & Cancellario Eccleſiæ Toloſanæ, (ut nobis indicat concilium Vaurenſe an. 1368 habitum) factus anno 1375 Conſeranus Epiſcopus, dein Lugdunum Convenarum translatus, & a Clemente præfectus libellis ſupplicibus.

Sup. lib. 90. §. 7.

Sextus, Joannes Murolius nobilis Arvernus, poſt ſtudia litterarum anno 1350 addictus miniſterio Cardinalis Guidonis de Bononia, & ibi educatus una cum Roberto Genevate nepote Cardinalis tunc ætate florentis admodum, poſtea in Papam electi, ſeque dicentis Clementem VII: quem an. 1376 ut Legatum in Italiam ſecutus Murolius anno proximo evaſit Epiſcopus Genevenſis; modo Cardinalis de S. Vitale, ſed nominatus Cardinalis Mu-

Bal. p. 1349.

rolius. Septimus Petrus Turius patria Lugdunenſis, primum Cuſtos illius Eccleſiæ, & an. 1382 Magiſter libellorum ſupplicum palatii regii, dein Epiſcopus Malleaci, unde nomen habuit etiam ut Cardinalis, etſi nactus titulum de S. Suſanna. Octavus, & ultimus Joannes Brog-

Bal. p. 1353.

nerius ſic dictus ex natali loco in Genevenſi diœceſi, Vivarienſis Epiſcopus, & Clementis Cubicularius, modo Cardinalis Presbyter de S. Anaſtaſia. En octo Cardinales promotos 12 Julii anno 1385.

§. XXV.

Sæcul. XIV.
A. C. 1385.

§. XXV.

Papa Urbanus Genuam venit.

Urbanus in arce Nuceriana continenter obsessus denique 8 Aug. inde exiit ope Raymundi Belsiani, qui rursus adduxerat militarem Britonum manum, quanquam Clementi parentium: venitque simul Vir belli artibus clarissimus Lotherus Suevus. Hi Duces, inquam, ex arce parum fortiter oppugnata Urbanum, & Curiam ejus extraxere. Raymundus eos duxit per montes prope Salernum altissimos, ac pæne invios in transalpinam planitiem, hostesque magno assidue numero sequentes tam strenue per Germanos suos profligavit, ut multi occumberent, reliqui fuga dispersi postero die Neapolim advenirent. *Th. Niem. c. 50. 54.*

Hoc in itinere Urbanus de magnis opibus asportatis multos ornatus gemmeos, aureosque, ac pretiosam supellectilem amisit: quia his onerata jumenta non pauca concidebant in montibus, nec ea sublevandi spatium permittebat hostium insectatio. Papa secum etiam ducebat captivos suos, scilicet sex Cardinales, & Aquilensem Episcopum, prope se vectos equis, & optima semper custodia cinctos. Sed ita properare, ut volebat Papa, non poterat Episcopus ignavo insidens equo, *Th. Niem. c. 56.*

Sæcul. XIV. A. C 1385.

ac per tormenta enervatus. Papa eum dedita opera, ut se subduceret, cunctari putans adeo furebat, ut eundem per Clementis milites perimi juberet: qui vulneribus confectum, & inhumatum relinquebant. Qua de re Niemius ait: Haud memini legisse me unquam, Papam cujusquam necem imperando non fieri ad sacra munia obeunda inhabilem. Quasi vero censura ecclesiastica plus timenda esset, quam homicidium, cui illa tantum accedit.

§. 55. Quamdiu durabat Nucerìæ obsidio, versantes Neapoli Cardinales, cæterosque de Papæ Curia non illinc abire terra vel mari sinebat Rex Carolus cogitans arcem Nucerianam facile a suis expugnatum iri; & ita Papam, omnemque comitatum ejus certo in potestatem venturos suam; tum Cardinales Neapoli agentes novum fortasse Papam electuros, qui careret Curia, si hujus membra inter obsidionem discederent. Ejusdem rei consideratio Urbanum urgebat, ut Nuceria demigraret. Quod molestissime ferebant Rex, & Cardinales Neapoli commorantes: prævidebant enim Papam deinde sibi, quam posset, ægerrime facturum. Tunc membris Romanæ Curiæ dari cœpta est facultas relinquendi Neapolim: ac Theodoricus Niemius 10 Augusti hinc abiit.

Cum

Cum Urbanus prope Salernum conſe- Sæcul. XIV.
diſſet, Galli ex militari ejus præſidio de- A. C. 1385.
liberabant, an eum Clementi traderent: *Rayn. n. 7.*
quem agnoſcebant Papam. Grandem ab *ex Gobel.*
iſto pecuniam ſperabant: nec Urbanum
ſolvendo æri promiſſo parem videbant.
At Raymundus Belſianus copiis omnibus
imperans Gallos levatos metu cum Ita-
lis, ac Germanis in fide erga Urbanum
continuit: qui invenit rationem repræ-
ſentandi undecies mille florenos aureos,
& viginti ſex millium cautiones fecit.
Hujus penſionis cauſa comminuere vaſa *Th. Niem.*
cogebatur, argento ſignato carens. Cum *c. 56.*
interim promiſſæ triremes Genuenſium
adveniſſent, in Siciliam, ubi agnoſceba-
tur Papa, tranſiit. Meſſanæ publice le-
gendas curavit litteras anathematis in Ca-
rolum de Pace contorti: Panormique in-
ſtructo cibariis comitatu ſuo, qui his ma-
gnopere indigebat, Genuam mari profe-
ctus die ſabbati 23 Sept. advenit.

§. XXVI.

Urbanus creat Cardinales.

Ibi die lunæ 16 Octobris multorum Car- *Rayn.* 1383.
dinalium creationem denunciavit, pro- *n.* 3.
babiliter poſtquam comperit recuſatio- *Sup. §.* 21.
nem Præſulum Germaniæ, quibus hanc
obtulerat dignitatem. Recens delecti
plerique fuere Neapolitani: & ecce no- *Ughel. to.* 3.
tiores! *p.* 208.

Sæcul. XIV. A. C. 1385.

tiores! Primus erat Angelus Acciajolus Nobilis Florentinus, primum Rampollæ in regno Neapolitano Episcopus, deinde anno 1383 in gratiam Regis Caroli, cujus gratia florebat, Florentiam translatus, modo per Urbanum Cardinalis Presbyter de S. Laurentio *in Damaso*: anno 1387 abdicavit episcopatum Florentinum; qui collatus est Bartholomæo Ulario Minorum Ordinis Ministro Generali. Secundus, Franciscus Carbonus Nobilis Neapolitanus, Cistercienſis Monachus, ab anno 1383 per Urbanum Monopoleos Episcopus, nunc Cardinalis Presbyter de S. Susanna. Theodoricus Niemius eum vocat insignem sacrorum nundinatorem.

Ughel. to. I. p. 1048.

Tertius, Marinus Bulcanus Neapolitanus Papæ propinquus, Hypodiaconus, & Archigrammateus, Cardinalis Diaconus de templo S. Mariæ Novo, ac Ecclesiæ Romanæ Quæstor supremus. Quartus, Raynaldus Brancacius Neapolitanus Cardinalis Diaconus de SS. Vito, ac Modesto. Quintus, Franciscus Castagnolus itidem Neapolitanus nominatus Cardinalis Diaconus, sed sine titulo, quia Genuæ obiit 15 Novembris eodem anno. Tres alii Cardinales, quorum creationis annus est incertus, huc etiam referuntur; Stephanus Palosus Romanus, in S. Mariæ Majore templo Canonicus, per Gregorium XI anno 1374 renunciatus Episcopus

Ibid. p. 245.

pus Tudertinus, per Urbanum VI designatus ærarii Ecclesiæ Romanæ Præses, ab eodem Papa Neapolim eunte relictus Romæ ut Vicarius, demum appellatus Cardinalis Presbyter de S. Marcello. Alter, Ludovicus Fiescus Nobilis Genuensis, ab anno 1384 per Urbanum VI Vercellarum Episcopus, postea Cardinalis Diaconus de S. Adriano, Vercellensis Ecclesiæ administrationem servare jussus, quamdiu Papæ id placeret. Postremus, Angelus ab Anna Sommerivia, seu Laudensi Neapolitanus, Monachus Camaldulensis, Cardinalis Diaconus de S. Lucia. Sæcul. XIV. A. C. 1385. *Id. to. 4. p. 1114.* *Id. to. 1. p. 248. to. 4. p. 926.*

Qui ex numero istorum Cardinalium Neapoli versabantur, novam dignitatem suam accipere palam non audebant metu Regis Caroli. Diu manebant abditi suis in domibus, ne vulgi fabula fierent. Multæ urbis matronæ nobiles, quæ illos noverant, ajebant aliæ aliis: Percuperem tuum maritum videre Cardinalem. Nam hi recens declarati omnes dicebantur habere concubinas suis in ædibus. Nempe Papam Urbanum impetus animi sic præoccupaverat, ut Cardinales Ecclesiæ universæ utiles decernere neutiquam cogitaret. Itaque loquitur Niemius. *Th. Niem. c. 44.*

§. XXVII.

Sæcul. XIV. A. C. 1385.

§. XXVII.

Seditio contra Clerum in Anglia.

Sub festum S. Martini diem Rex Richardus II Londini senatum habuit, in quo ei laici quintam decimam & dimidiam concedebant ea conditione, ut Clerus eidem decimam ac dimidiam solveret. At Cantuariæ Archiepiscopus Guilielmus Curtiniacensis se fortiter opponebat, affirmans Ecclesiam debere liberam esse, nec ei posse pecuniam per laicos irrogari; malle se caput amittere, quam Ecclesiæ Anglicæ imponi jugum servitutis sinere. *Walsing. p. 320.* Hæc responsio laicos adeo concitavit, ut in comitatibus Ordo Nobilium & quidam Proceres magno impetu contenderent bona profana Clero adimenda esse: hunc tantos concepisse spiritus, ut actus charitatis foret hæc illi bona eripere, majoremque modestiam inculcare. Ita clamabant: ita scribebant ad Regem, rem tam esse facilem rati, ut multi Nobiles commoda sibi cœnobia nominarent ac æris summas, quibus illa emerent. En effectum doctrinæ Wicleffi!

Rex Richardus ambabus partibus auditis asseruit se statum Ecclesiæ Anglicæ eundem, quem in prima conscensione solii vidisset, aut potius meliorem velle. Summis hoc responsum laudibus Clerus omnis, quin etiam laici probi efferebant: &

& Archiepiſcopus habita cum Clero deli- Sæcul. XIV.
beratione ad Regem admiſſus ajebat, il- A. C. 1386.
lum communi conſenſu, & magna voluntate congeſſiſſe ſummam decimæ, regio ex arbitrio inſumendam. Rex id donum tam lætus accipiebat, ut palam diceret: Malo id munus voluntarium, quam quater tantum extortum.

§. XXVIII.

Concilium Salisburgenſe.

Menſe Januario ſequentis anni 1386 Pilgrinus Salisburgenſis Archiepiſcopus celebravit concilium, cui aderant Joannes Gurci, Fridericus Chiemii, & Joannes Seccovii Antiſtites, cæterorumque provinciæ Epiſcoporum, & quorundam aliorum Præſulum Procuratores. Septendecim ibi canones condebantur, in quibus noto ſequentia: Clerici omnes in peragendo Divino officio ſe conforment ad morem cathedralis Eccleſiæ. Cavendum omnibus, ne abſolvant a noxis reſervatis, alioquin arcendi ab adminiſtrando munere. In caſibus dubiis conſulendus eſt Præpoſitus, an dari debeat abſolutio. Clerici, præterquam dignitate, vel doctrinæ laurea præditi non gerant aſſuta veſtibus varia vellera. Fratres Mendicantes, qui Epiſcopis ſe non probaverint, neque audiant confeſſiones, neque conciones habeant.

to. 11. *conc.* *p.* 2062.

c. 1.

2.

4.

6.

8.

Sæcul. XIV. A. C. 1386.

beant. Iſte canon videtur eſſe conſecutio ſanctionis 23 Nov. an. 1384 editæ. Et vero id Concilium parebat Papæ Urbano. Se refert ſæpius ad conventum pariter Salisburgi an. 1291 factum. Vehementer queritur de tributis Clero imperatis, ac de iniquis uſurpationibus bonorum Eccleſiæ. Interdicit etiam laicis, ne Clericos in jus vocent ad tribunal profanum: ac prohibet ne Notarii publici, quos Epiſcopus, vel conſtitutus ab eo Judex in rebus ſacris non agnoverit, munia ſua exerceant.

Sup. §. 19.

c. 10. 11.

14.

16.

§. XXIX.

Jagellonus Poloniæ Rex.

Hedwigis Ludovici Magni Hungariæ, ac Poloniæ Regis Gallorum Regibus orti filia tertia ſuo patri ſucceſſerat in regno Polonico, cui adjunxit Lithuaniæ ducatum per ſuum maritum Jagellonum ſupremum ejus Dominum. Conſtituto conſentientibus Polonis connubio Cracoviam 12 Febr. delatus Princeps, dum die S. Valentini 14 ejusdem menſis ſacro fonte aſpergebatur, Ladislai nomen aſſumpſit. Eo usque tota Lithuanorum natio inanes coluerat Deos; & Jagellonus ipſe, ut errores, ritusque ſacrilegos abjiceret, inducere animum non potuerat, etſi per Principes vicinos ſuos ſæpe ſtimulatus. At

Dlugoſ. l. 10. *p.* 103. *Cromer. l.* 15. *p.* 242.

hujus

hujus conjugii honore, atque commodis permotus, religionem Christianam didicit; ac per Bodzantam Archiepiscopum Gnesnanum, & Joannem Cracovienſem Episcopum in hujus templo cathedrali baptismum accepit cum tribus ſuorum fratrum, & quibusdam e numero Procerum, ac Nobilium. Reliqui fratres ejus jam ſacro Græcorum ritu abluti Latinas, quæ defuerant, ceremonias ſuppleri nolebant. Sæcul. XIV. A. C. 1386.

Eodem die Jagellonus in eodem templo per Archiepiscopum cum Regina Hedwige indiſſolubili fœdere conſociatus Poloniæ Lithuaniam, Samogitiam, & Ruſſiam, quibus jure pleniſſimo imperabat, in perpetuum conjunxit. Poſt quatriduum die Dominica, quæ Septuageſimæ nomen habet, 18 Febr. 1386 Rex novus ſolenniſſime inunctus eſt, atque coronatus præſente Regina ſua conjuge. Corona erat recens: quia veterem Rex Ludovicus Reginæ pater in Hungariam aſportaverat, metuens, nequis alius, quam ſui liberi, Poloniam obtineret. Archiepiſcopus fuit, qui Jagellono coronam impoſuit aſſiſtentibus Cracoviæ, ac Poſnaniæ Epiſcopis. Ultimus nomine Dobregeſtus ut Doctor, ac Eccleſiæ Cracovienſis Præpoſitus Regi Ludovico a ſacello fuerat. Decimo Cal. Nov. 1373 Avenione aderat, cum Papa Gregorius XI ei epiſtolam tradidit

Sæcul. XIV. A. C. 1386.

didit perferendam ad tres fratres (probabiliter etiam Jagelloni) Lithuaniæ Duces.

§. XXX.

Carolus de Pace perimitur.

Ludovicus Magnus Hungariæ Rex Idibus Septembris an. 1382 naturæ cesserat filias relinquens duas, Mariam, & Hedwigem susceptas e secunda conjuge sua Elisabetha Regis Bossinæ filia. Maria ut natu major successit in Hungaria: sed quod ne nuptiis quidem, nedum regimini matura esset, Elisabetha ejus mater regni gubernacula tractavit, sed tam male, ut multorum Optimatum odium subiret. Qui per nuncios Neapolim missos Carolo de Pace pariter stirpe Andegavensi-Sicula orto sceptrum offerebant. Annuit: venit in Hungariam; & solenni ritu coronatus est. Verum aliquanto post Elisabetha negotiorum specie deceptum, ac sibi assidentem per insidias necari voluit. Sicarium agebat Vir nobilis Blasius Forgachius, qui valido acinacis ictu caput ejus ad oculos usque discidit die S. Dorotheæ 6 Febr. 1386.

Jo. Thur. p. 110. 111. &c. Bonfin. pag. 360. &c.

Rex Neapolis erat statura brevi (unde Carolus Parvus plerumque dicitur) capillis flavis, facie decora, voce amœna, incessu moderato; probe versatus in poëmati-

Th. Niem. c. 29.

matibus, & hiſtoriis, quibus oblectare ſe poſt cibum ſolebat. Occiſus eſt anno ætatis ſuæ quadrageſimo. Corpus aliquot annis inhumatum manſit in Vicegradino S. Andreæ cœnobio: quia ſacro Urbani fulmine perculſum ſepelire audebat nemo. Mors illius exſuſcitavit Andegavenſis familiæ jura ad regnum Neapolitanum, quod Clemens parvulo Regi Ludovico II contulerat die Pentecoſtes 21 Maji anno 1385. Sæcul. XIV. A. C. 1386. *Vitæ PP. to. I. p. 1253.*

§. XXXI.

Sigismundus Hungariæ Rex.

Regina Eliſabetha mox Caroli de Pace mortem ex ordine perſcribendam curavit ad Sigismundum Luxemburgium ReginæMariæ ſuæ filiæ ſponſum. Erat frater Imperatoris Wenceslai, & filius Caroli IV, qui marchionatum illi tribuerat Brandeburgicum, & Mariam infantem infanti deſponderat. Hunc Principem Eliſabetha juſſit protinus adire poſſeſſionem regni devoluti ad Mariam ut Regis Ludovici filiam natu majorem. Interim Joannes Hervartus Croatiæ Gubernator ſumma rerum in Hungaria potitus, ut Regis Caroli necem vindicaret, facinoris participes omnes, etiam Reginam Eliſabetham vita expulit, & Mariam carceri mandavit. *Thuroczæ c. 2.*

Sæcul. XIV. A. C. 1386.

Sigismundus cum exercitu Bohemorum sub ditione sui fratris viventium, atque cum multis Hungariæ Superioris Proceribus accelerabat iter. Budæ optime excepto suum studium profitebatur circumjecta regio trepidante Hervarto: per quem emissa e carcere Maria se ad Sigismundum contulit. Die Pentecostes 10 Junii an. 1386 in urbe Alba Regali agebatur nationis conventus generalis, in quo Maria se omne suum jus ad regnum Sigismundo sponso suo cedere palam declarabat. Is proin ut Rex Hungariæ in templo S. Stephani per Archiepiscopum Strigoniensem solenniter est coronatus. Viginti habebat annos; ac regnavit quinquaginta.

c. 3. Bonfin. dec. 3. l. 2. p. 374.

§. XXXII.

Eremita fanaticus.

Papa Urbanus continenter hærebat Genuæ: quo quinta Martii an. 1386 quidam eremita Gallus cum famulis quatuor advenit equitans, & illius alloquium petebat, a Deo se missum perhibens. Postridie se Papæ stitit in longo vestitu atro; præterquam quod præstaret proceritate corporis, barbam promittens nigram, submissis oculis vultum præferens severum. Nescire se Latine loqui causatus, Gallice ajebat: Domine! venio daturus tibi notitiam

Rayn. 1386. n. 9. ex Gobel.

titiam e cælo hauſtam pro Eccleſiæ concordia. Quindecim jam annis in ſolitudine res divinas contemplatus Deo aperiente cognovi ſanctum Patrem noſtrum, Dominum Clementem Papam verum, te autem falſum eſſe. Summum igitur pontificatum abdica, ut Eccleſiæ concordiam renoves, tuæque ſaluti conſulas! Tum Urbanus: Unde ſcis hoc tibi Deum ſignificaſſe? Eremita ſe ad tormenta offerens dicebat multa, probabat nihil. Sæcul. XIV. A. C. 1386.

Papa hominem, ac duos ejus domeſticos (nam reliqui duo aufugerant) in carcerem miſſos ſeparatim ſubjici quæſtioni voluit: ac Eremita monitionem illam potius a dæmone profectam faſſus eſt. Videbatur plectendus ut violator majeſtatis. At Præſules Galli, qui Urbanum agnoſcebant Papam, exponebant, ſi homo mactaretur, cognatos, amicosque ſuos in Francia manentes forſan haud melius tractatum iri: quia Rex Galliæ hunc Eremitam ſingulari ſtudio proſequeretur. Itaque Papa inito conſilio ſatis habuit eum ad palinodiam publicam adigere. Hoc fine prima jejunii verni Dominica undecima Martii abraſa barba ductus in templum fuit; ubi poſt Papæ ſacrum, & ſermonem omnia, quæ contra illum dixerat, contenta voce revocabat, non dari alium Papam verum con-

Sæcul. XIV. A. C. 1386.

fitens. Post aliquot dies in Franciam revertit.

§. XXXIII.

Cardinales captivi enecantur.

Interim captivos Cardinales liberaturi erant amici sui. Noctu intrabant Papæ palatium, se pluribus aliis augendos rati ad carcerem effringendum. At Padæ domesticis strepitu expergefactis, & custodiis arma capientibus conjuratos in fugam avertit metus. Paucis post diebus captum est consilium veneno tollendi Papæ. Sed hac de re suspecti vinculis mandati sunt: & cum Urbanus in conspirationis authores sedulo inquireret, aufugiebant Cardinales duo, Pilus Pratinus Ravennæ Archiepiscopus, & Galiotus Tarlatus Petramalæus. Ob fugam suspecti suam denique Avenionem ad Clementem advenerunt; Pilus Idibus Junii an. 1387; Galiotus tertio Nonas Majas an. 1388. Ille Ticinum transiens, ut Urbano ægre faceret, ab eo traditum sibi petasum rubrum in platea publice combussit: & Clemens pristinam eorum promotionem nihili faciens, ambos renunciavit Cardinales, Pilum ut Presbyterum, Galiotum ut Diaconum.

Rayn. n. 10. ex Gobel.

Th. Niem. c. 61.

Vitæ p. 515 1385.

Sup. l. 97. §. 55.

Rayn. n. 11. Captivis e Cardinalibus unum, scilicet Adamum Estonium de S. Cæcilia Papa

pa Urbanus rogatu Regis Richardi liber- Sæcul. XIV.
tate donatum remisit ut pauperem Mona- A. C. 1386.
chum unico cum comite Gallo Ministro
pontificio, qui ejus curam, & custodiam *Th. Niem.*
ageret. Quinque Cardinales reliqui Ge- *c.* 57.
nuæ captivi manebant in diversorio Pa-
pæ, quod erat pars domus Equitum Rho-
diorum. Quoties videbat intempestive
aliquem adire templum carceri huic pro-
pinquum, credebat id eum facere Cardi-
nales liberandi causa: & hanc ob suspi-
cionem suorum multos capi, mandari car-
ceri, & quæstioni subjici curavit. Du-
cem, ac cives Genuæ, ut his Cardinalibus
libertatem, & veniam daret, summopere
orantes non audiit. Tandem Neapolita- *c.* 60.
num in regnum rediturus hos quinque
Cardinales interfici jussit eadem omnes
nocte, mense Decembri, paucis ante die-
bus, quam Genua discederet. Necis ge-
nus incertum: in mare mersos alii, alii
jugulatos, & in equorum stabulo hu-
matos perhibebant. Nondum finito De-
cembri Lucam mari profectus Papa no-
vem ibi mensibus continuis commora-
batur.

§. XXXIV.

Lithuani Christo adjunguntur.

Ineunte anno 1387 novum Poloniæ Re- *Cromer. lib.*
gem Ladislaum Jagellonum in Lithua- 15. *p.* 143.

Sæcul. XIV. A. C. 1387

niam, ut Christi cultum eo introduceret, euntem comitabantur Regina conjux sua, multique Regni Optimates, ac Præsules, inter alios Gnesnanus Archiepiscopus. Lithuani adorabant ignem, quem credebant perpetuum; qualis reipsa erat per curam poparum ligna diu noctuque admoventium. Adorabant etiam sylvas, quas censebant sacras, ac serpentes, in quibus abditos putabant Deos. In regionem delatus Rex Vilnam convocavit conventum in diem Cinerum vigesimam Martii: qua Rex ac Proceres ejus comites studebant indigenas congregatos adducere, ut verum agnoscerent Deum, & Christianam fidem amplecterentur. At barbari contendebant se impios fore, si a Diis suis desciscerent, suorumque majorum consuetudines abrogarent. Tum Rex ignem extingui perpetuum Vilnæ a popa Ziuesio alitum, coram barbaris everti templum & aram, ubi victimas suas immolaverant, cædi sylvas pro sacris habitas, ac perimi serpentes jussit cunctis in ædibus quasi Deos domesticos asservatos.

Dlugoſ. l. 12. p. 109.

Barbari sic deletam religionem suam conqueri ac deplorare contenti mandatis regiis obsistere non audebant. Tandem cum nihil inde mali accidere sibi cernerent, errore per experientiam dempto se antea delusos gnari Christianis se sacris addi-

addicere ſtatuerunt. Sacerdotes Poloni eos per aliquot dies fidei capita, precationem Dominicam, & ſymbolum Apoſtolicum edocebant. Sed maxime omnium rem promovebat Rex ipſe callens popularium ſuorum linguam, doctrinamque novam facilius perſuadens animis. Nobiliores ſalutis fonte tincti ſunt ſingulatim, non ita reliqui, quaſi labor fuiſſet immenſus: ſed Rex voluit utrumque ſexum diverſas in turbas dividi, quibus aſperſum eſt tantum vitalis aquæ, quantum ſufficere viſum: & cuivis agmini loco barbarorum nominum dabatur unicum Chriſtianum nomen, velut Petri, Joannis, Catharinæ, aut Cæciliæ. Sæcul. XIV. A. C. 1387.

Hoc eſt primum, quod invenerim, exemplum baptiſmatis per aſperſionem collati magno cœtui: quod an valeat, dubito non ſine gravi ratione, ſaltem ob grande periculum, ne in caterva multis aqua non obveniat. Scio: S. Thomas aſſerit poſſe baptiſmum per aſperſionem fieri propter multitudinem; & affert exemplum ter mille hominum a S. Petro die Pentecoſtes ad ſanam fidem perductorum. At eodem die fonte ſacro luſtratos non ait Divinus codex: credendum potius ex mente antiquitatis, id eſſe factum poſt ſumptum ſpatium eos percontandi ſedulo. 3. *part. q.* 66. *art.* 7. *Act.* 2. 41.

Sæcul. XIV. A. C. 1387.

Rex inter omnes primis Christianorum sacris initiatos distribuit vestes e pannis laneis de Polonia allatas, & ipsis acceptissimas, quia hactenus telas duntaxat, vel animalium pelles induerant. Cum regiæ liberalitatis fama increbuisset, accurrebant agminatim totius regionis incolæ, ac poscebant baptismum, ut vestes laneas obtinerent: tam hebeti erant ingenio. Viri militares, senioresque, qui singillatim sospitalibus aquis expiabantur, certatim veniebant Vilnam cum suis uxoribus, & propinquis Christianæ doctrinæ, ac baptismi gratia. Papa Urbanus compertum piæ operæ successum Regi gratulabatur per litteras, sed non sine querimonia, quod hic ea de re Legatos ad ipsum non miserit. Dabat 17 Apr. 1387.

Rex, ut religionem in Lithuania stabiliret, Vilnæ in honorem Divinæ Triadis condidit cathedrale templum sub titulo S. Stanislai Episcopi, & Martyris tanquam Patroni communis Polonorum, Lithuanorumque jam eundem Principem, eandem religionem habentium. Ara summa erecta est eodem loco, ubi arserat ignis perpetuus; ac templum dedicavit Bodzantha Archiepiscopus Gnesnanus; qui primum Vilnæ Episcopum inauguravit Andream Vascilum Nobilem Polonum ex Minorum Ordine, antehac arcanum Judicem Elisabethæ Reginæ Hungaro-

garorum. Rex pro Canonicis octo, & quatuorviris beneficia primaria possessuris sufficientes reditus assignavit ædi cathedrali: cui septemque parœciarum templis simul exstructis calices, cruces, imagines, libros, & ornamenta suggessit Regina Hedwigis. Hunc annum totum in Lithuania transegit Rex Ladislaus Jagellonus religionis ibi constituendæ gratia: & tamen ingens ethnicorum numerus adhuc restabat in parte ad septem triones sita, & vastis contecta sylvis. Sæcul. XIV. A. C. 1387. *Dlugoſ. pag.* 17. *Rayn. n.* 16.

Papæ Urbano Rex per Legatum Dobrogostum Posnanianum Episcopum obedientiam addixit suam. Lithuaniæ Gubernatorem reliquit suum fratrem Skirgellonum; ac edicto sanxit, ne Catholici cum Russis contraherent matrimonia, nisi vir aut fœmina Græcorum schisma ejuraret. Alia lege Cleri bona declaravit exempta omni tributo, obligatione prædiatoria, & jurisdictione Principis, hominumque profanorum. *Cromer. p.* 243.

§. XXXV.

B. Petrus Luxemburgius.

Hoc anno ad Deum excessit illustrissimus quidam adolescens pro miraculo virtutis habitus. Is erat Petrus Luxemburgius cognatus Imperatoris Wenceslai, Sigismundi Hungariæ, atque Caroli

Sæcul. XIV. A. C. 1387.

roli VI Franciæ Regum. Patrem habuit Guidonem Luxemburgium Ligniaci in ducatu Barensi Comitem in tertio gradu consanguineum Imperatoris Caroli IV, matrem vero Mathildem Castellionensem tractus Poliacensis Comitem. Ligniaci 20 Julii an. 1369 primam aspexit lucem; & cum quatuor haberet annos, amissis parentibus a cognata sua Joanna Luxemburgia Comite Poliacensi educatus, missusque post quadriennium Parisios ad studia litterarum fuit sub disciplina duorum hominum virtute præstantium. Jam tum sacris precibus multum temporis tribuebat, ac excellentem monstrabat indolem. Clemens re comperta decennem fecit Ecclesiæ Parisinæ Canonicum: qui munere suo quam per litteras licebat, fidelissime fungebatur. Post biennium auctus est duplici annona sacra, & gemino archidiaconatu, scilicet Drocensi Carnutinæ, ac Bruxellano Cameracensis Ecclesiarum. At Lutetiæ permanebat, ut sua studia continuaret.

Mense Martio an. 1384 Clemens Petro nondum quindecim annos nato administrandum dedit episcopatum Metensem a morte Theodorici Poppardiani vacantem. Hæc diœcesis in confinio Franciæ, ac Germaniæ posita in duas scissa partes erat. Cardinalis Acrifolius Legatus Clementis effecerat, ut Collegium Meten-

Meurisse p. 525.

Sæcul. XIV. A. C. 1387.

Metense ultimo Junii an. 1379 hunc agnoscceret Papam: sed pars urbis, & multa diœceseos loca Urbano parebant sicut Imperator. Unde credimus, Clementem huic adolescentulo Metensem Ecclesiam contulisse hoc potissimum fine, ut eam in potestate sua conservaret per authoritatem, & arma Valerani Poliacensis Comitis, quem Petrus fratrem habebat majorem natu. Eodem consilio Clemens post biennium, scilicet tempore Paschatis anno 1386 sacram Petro purpuram donavit rogatu Regis Caroli VI, ac Ducis Biturigum. Nam Avenionem accitum renunciavit Cardinalem Diaconum de S. Georgio *ad velum aureum*, & administrationem episcopatus Metensis servare jussit.

Vitæ PP. to. 1. p. 509. 1320.

Tum Metas delatus, bene ibi primum exceptus est: at postea ei Consul controversiam movit de cæteris Præfectis urbanis, qui vocabantur Tredecimviri. Hos designandi jus possidebat Episcopus: sed Consul Petrum Luxemburgium nondum consecratum negabat esse Episcopum. Comes Poliacensis jam in diœcesim venerat ut loca, quæ Germani tenebant, caperet Clementi, ac fratri suo subjicienda. Petrum modica tangebat cura tuendi juris sui contra Consulem: at Comes rem urgens acrius circiter finem Martii anno 1386 admotis ad urbem Metas copiis viciniam vastabat.

Meur. p. 532. &c.

Ave-

Sæcul. XIV. A. C. 1387.

Avenionem interim revocatum a Clemente Petrum ibi exeunte eodem anno corripuit morbus maxime adſcriptus nimiis ipſius jejuniis, vigiliis, flagellorum ictibus, ſimilibusque afflictationibus, quæ tunc piis hominibus erant in more poſitæ, ſicut confeſſio frequens, & communio rara: nam quotidie minimum ſemel ſe agebat reum, Divino autem epulo non veſcebatur niſi diebus ſolemniſſimis, & Dominicis quibusdam. Hæc inconvenientia non tam ipſi, quam imprudentibus ejus Rectoribus tribuo: quia in ætate adeo tenera nondum ſcire poterat regulas veræ pietatis, aut eccleſiaſticæ diſciplinæ. Nam & ſanctitati ſuæ, & proximo per exemplum bonum multo magis conſuluiſſet, ſi beneficium habuiſſet unicum, nec accepiſſet epiſcopatum, cujus ad munia obeunda nondum comparatus erat. Cæterum non dubito, quin ejus mens rectiſſima, & voluntas optime affecta fuerit. Sed miror ei virginitatem ſervatam usque ad ætatem annorum decem & octo præclaræ laudi dari.

Vitæ PP. p. 515.

Æger decubuit usque ad ſecundam Julii, qua ſancte, ut vinxerat, obiit anno ætatis ſuæ decimo octavo ferme completo. Poſt triduum Avenione in cœmeterio pauperum, ut voluerat, ſepultus eſt. At vero ejus exequias reddidit ſolemniſſimas ingens concurſus populi jam ſanctum

ctum rati: & quanquam vivus mira- Sæcul. XIV.
cula non ediderat, plurima dicebantur A. C. 1387.
facta, utprimum humatus fuerat, per *Froiſ. 3. vol.*
multos non dies tantum, verum etiam *c. 100.*
annos. Inde Clementis cauſæ acceſſit nova ſpecies æquitatis: quia permulti credebant Deum ipſum comprobare illam patrando tot miracula rogatu Sancti, qui Clementem agnoviſſet Papam legitimum.

§. XXXVI.

Status regni Neapolitani.

Carolus de Pace in Hungariam proficiſcens Neapoli reliquit Reginam Magaritam ſuam conjugem ex eadem familia Andegavenſi-Sicula, duosque liberos ſuos Ladislaum, & Joannam. Margarita Caroli mortem eodem menſe Februario an. 1386 edocta mox Ladislaum decennem proclamari Regem curavit. Sed Papa Urbanus Caroli viduæ ac liberis, ſicut ipſi adverſus perſtitit usque adeo, ut ei ſepulturam eccleſiaſticam pertinaciter denegaret, inſiſtens cenſuris Nuceriæ *Th. Niem.* in eum pronunciatis, per quas contende- *c. 64.* bat regnum Siculum ſeu Neapolitanum ad ſe rediiſſe ut Papam & Dominum jure ſupremo præditum. Præterea Regina diſſidebat a Senatu Neapolis, ita, ut civitas Urbanum inter & illam diviſa eſſet.

Cle-

Sæcul. XIV. A. C. 1387.

Clemens per hanc occasionem volebat Neapolim familiæ Andegavensi reddere, sicque suis iterum adjungere partibus. Huc adhibuit Ottonem Brunsvicensem Tarenti Principem, Reginæ Joannæ maritum ultimum, a Carolo de Pace captum an. 1381, ac triennio post per Britones liberatum, ductumque Avenionem. Persuasit ei Clemens, ut rediret Neapolim, & factionem parvuli Regis Ludovici II confirmaret per amicos suos, præsertim per Thomam Severinosanensem. Postquam Calendis Julii an. 1387 ad pomœria Neapolis advenerunt, Senatus partes Regis Ludovici suscepit ea conditione, ut milites parvo duntaxat numero, & cibaria emendi causa intrarent urbem.

Sup. §. 5. Th. Niem. c. 60. 62. Vitæ PP. p. 1128.

Rayn. 1387. n. 1. ex Pignat.

Neapolitanus Archiepiscopus Urbano studens vocabatur Nicolaus Zanasius (ab aliis perperam dictus Guindazus) patria Cremonensis, ac celeber Jurisconsultus. Cum esset Brixianus Episcopus, Neapolim ab Urbano missus Caroli de Pace juramentum exceperat Calendis Maji an. 1381. Sequente anno factus Archiepiscopus Beneventinus, post biennium Neapolim translatus est mortuo Ludovico Bezuto, quem Urbanus VI Bernardo partium Clementinarum fautori suffecerat, ut memoravimus. Nam ex quo schisma cœptum est, Ecclesiæ multæ duos habebant

Ughel. to. 6. p. 207.

Sup. §. 1.

bebant Præſules, qui ſe illarum Epiſcopos eodem tempore dicebant. Sæcul. XIV. A. C. 1387.

Nicolaus, inquam, Zanaſius an. 1387 Neapolitanum poſſidens archiepiſcopatum ægerrime ferebat Ottonis Brunſvicenſis opera parvulum Ludovicum Andegavenſem agnoſci Regem. Cum Abbate Severinofanenſi, aliisque Sacerdotibus Urbano addictis per urbem ibat, ut populi ſtudium erga Regem Ladislaum foveret. Sed capti a factione adverſa, & affecti vulneribus per terram raptabantur. Sub veſperum arma ſumebat tota civitas: fiebat pugna: vincebant Urbani partes. At Nonis Julii duæ triremes ex Provincia Ludovici copiis afferentes ſtipendia cogebant Margaritam ſuis cum liberis ex arce Ovo poſtridie Cajetam fugere, ubi multos per annos in magna hærebant inopia. *Th. Niem. c. 63.*

Cum ſic ſuperior evaſiſſet Ludovici factio; Clemens permiſit, ut militis remunerandi cauſa templorum ſupellex argentea venderetur: quod ſeptem abhinc annos in gratiam Caroli de Pace Urbanus conceſſerat. Hic tunc agebat Lucæ: ubi quidam Germaniæ Principes eum ſecreto per Oratores, ut Eccleſiæ concordiam redderet, urgebant offerentes ſubſidia, quæ opus forent, omnia, itineris ſumptus, & loca habendis cum Clemente colloquiis idonea. Sed operam ludebant, *S. Ant. tit. 22 c. 2. §. 14. Sup. §. 1. Th. Niem. c. 66.*

Sæcul. XIV. A. C. 1387.

bant, Urbano semper dicente se Papam verum esse, nec id vocandum in dubium.

Tam procul aberat, ut ad ullam controversiæ compositionem cum Clemente descenderet, ut 29 Aug. hoc anno 1387 novas contra eum litteras ederet cunctis Episcopis inscriptas: ubi jactis in eundem multis conviciis universos Principes Catholicos, & generatim Christianos omnes ad tuendam causam Ecclesiæ, nempe suam hortabatur, & sacris pro Palæstina pugilibus concedi solitam noxarum veniam plenam spondebat iis omnibus, qui crucem induerent, unius anni spatio militarent, aut pecuniam contribuerent ad sumptus belli contra schismaticos. Harum vero litterarum effectum nullum cernimus: e contrario Clementis agnitio insigniter hoc anno propagata fuit.

Rayn. n. 1. 2. 3.

§. XXXVII.

Joannes Arragonum Rex Clementis partes suscipit.

Rex Arragoniæ Petrus Officiosus, postquam annos amplius quinquaginta regnaverat, septuaginta quinque natus Barcinone 5 Jan. de vita exiit. Permanserat medius Urbanum inter & Clementem: etsi instante Petro Lunio Cardinali Clementis in Hispania Legato Romæ, & Ave-

Indic. Arrag. p. 250. Rayn. n. 10.

Avenione multas inquisitiones in electionem geminam agendas curaverat. Joannes Gerundæ Dux natu major filius & successor ejus urgente eodem Cardinali denique induxit animum, ut 24 Febr. an. 1387 Barcinone declarationem ederet: cujus hæc erat summa. Sæcul. XIV. A. C. 1387. *Vitæ PP. to. 1. p. 518 1365.*

Cum per natalium prærogativam esfemus Gerundæ Princeps, Ecclesiæ schisma cernentes de juribus Clementis & Urbani percontationes solemnes tum ipsi curavimus fieri, tum ab aliis Principibus factas vidimus: & postquam probe consideravimus omnia, prius electum, scilicet Bartholomæum Barianum Archiepiscopum fuisse per apertam violentiam intrusum, alterum vero videlicet Cardinalem Genevensem nunc esse verum ac legitimum Papam invenimus, & talem declaravimus. At declaratio nostra solemniter promulgata non fuit, quamdiu regnabat noster glorioſæ memoriæ parens, qui neutri parti studebat, subjectosque sequi exemplum jubebat suum. Nunc Divinam per providentiam in solio positi post multa consilia, & magnas deliberationes hac de re habitas, cum institutas a Rege patre nostro disquisitiones declarationi nostræ congruere cognoverimus, hortamur Christianos universos, ac subjectis omnibus imperamus, ut Dominum Clementem VII agnoscant verum Papam, & *to. 2. p. 988.*

Sæcul. XIV. A. C. 1387.

antipapam antea cooptatum censeant sejunctum ab Ecclesia.

Rex Petrus habuerat patruelem Jacobum Arragonium, qui a patre suo, cujus tertius erat filius, ad statum Ecclesiasticum destinatus, ab anno 1352 Canonicus, ac Præpositus Ecclesiæ Barcinonensis, Canonicus Majoricanus, Papæque a sacello, & convictor fuerat. Anno 1362 per Innocentium VI Dertosanus Episcopus evasit, tametsi solum viginti annos compleverat. Anno 1369 dum Valentina vacabat Ecclesia, ejusdem Canonicum, ac Præcentorem Ferdinandum Munnium elegit Collegium: sed Urbanus V nulla electionis hujus ratione habita, precibus Regis Arragonum cedens Jacobum hujus patruelem Valentiam transtulit. Is oblatam sibi a Clemente purpuram vivente Rege Petro recusabat hujus offensam metuens ob studium neutrarum partium Clementem non agnoscentis Papam. At post mortem ejus, & declarationem Regis Joannis petasum rubrum e manu Cardinalis Petri Lunii accepit lubens; & Clementis beneficio Ecclesiam suam administrandam retinuit, vocatus Cardinalis Valentinus.

Vitæ to. 1. *p.* 518. 1366.

Carolus Malus Navarræ Rex Pompejopoli Calendis Januariis hoc anno 1387 mortuus semper instar Regis Arragonum cunctatus fuerat alterutrum electorum agno-

Ibid. p. 518. *p.* 1371.

agnoſcere Papam. Sed natu major filius & ſucceſſor ejus Carolus Nobilis capto tempore partes Clementis ſolemniter auxit efficienter hac in re adjutus a Cardinali Petro Lunio. Sic Hiſpania tota, Luſitaniam ſi demas, Clementi parebat. Sæcul. XIV. A. C. 1387.

§. XXXVIII.

Errores Fratris Joannis Monteſonii.

Pariſiis hoc anno nata eſt contentio magna Dominicanos inter, cæterosque Theologos. Frater Joannes Monteſonius ex illorum Ordine Theologiæ Doctor in Valentina Catalaniæ diœceſi natus defenderat in ſcholis quatuordecim propoſitiones, quarum ponderoſiores ſubjicio. Hypoſtatica in Chriſto conjunctio naturæ duplicis eſt major conjunctione Perſonarum in natura Divina. Poteſt dari perſona mere creata ad merendum perfectior, quam anima ipſius Chriſti. Aperte fidem impugnat, qui negat quemvis hominem præter Chriſtum contraxiſſe labem primigeniam. Nec minus adverſatur fidei, qui SS. Virginem hinc eximit, quam qui excipit decem homines. Divinus codex non explicandus eſt niſi per ſe ipſum. *Duboulai to. 4. p. 620.* *Vitæ PP. to. 2. p. 991.* *Prop. 4. 10.* 11. 12. 13. 14.

Quatuordecim propoſitiones ad conventum Facultatis Theologicæ 6 Julii *Duboulai p. 629.*

Sæcul. XIV. A. C. 1387.

an. 1387 apud Mathurinos habitum relatas, cum ſua cuique nota inuſta eſſet, rogatu ejusdem Facultatis Univerſitas ex legitimo judiciorum more tradidit Epiſcopo Pariſino Petro Orgemontio tanquam ordinario hac in parte Judici: qui fratri Joanni Monteſonio egreſſum ex urbe interdixit, & poſt neceſſarias judiciorum formulas die Veneris 23 Aug. hanc tulit ſententiam: Vetamus, nequis e quatuordecim propoſitionibus ſupra memoratis aliquam publice, aut ſecreto docere, aut defendere deinceps audeat, alioquin ipſo facto in anathematis pœnam incurſurus, cujus remiſſionem ſpeciatim nobis reſervamus. Cæterum ſi Joannes Monteſonius comprehendi queat, addicemus eum carceri, & alias juris vias inibimus. Inter curſum actionis hujus coram Epiſcopo Pariſino Inquiſitor ſeu iſtius Vicarius, ut ſe cauſæ adjungeret, ſæpe monitus nunquam ſe ſtitit: probabiliter erat ex Ordine S. Dominici.

Duboulai p. 622. 623. &c. Launoi to. 2. p. 468.

Joannes Monteſonius a ſententia Epiſcopi Pariſini ad Clementem appellavit, & Avenionem profectus obtinuit, ut Univerſitas in jus vocaretur. Miſit hæc Procuratores, quorum caput erat Petrus Alliacenſis Theologiæ Doctor, & Magnus Navarræi Collegii Magiſter. Geminæ, quas coram Papa in ſenatu hac de materia habuit, diſſertationes pro ſtylo illius

ſeculi

Sæcul. XIV. A. C. 1387.

ſeculi concionibus ſacris ſimiles inchoantur per quemdam codicis Divini locum; quem ſequuntur proluſiones, ac declarationes animi: tum corpus ſermonis ipſum farciunt tot diviſionum diviſiones, ut illud reddant obſcurius. Poſteaquam Clemens Cognitores dederat, examen rei per annum reliquum, proximumque totum duravit.

§. XXXIX.

Florentinorum mens de ſchiſmate.

Menſe Novembri an. 1387 Clemens ſolemnem legationem miſit Florentiam, ubi honorifice fuit excepta, cum Nobiles aliquot obviam iiſſent. Sed antequam Florentini Legatis aures præberent, conſulebant Ludovicum Marſilium Theologiæ Doctorem ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini vitæ ſanctæ, ac nominis magni virum, qui repoſuit: Poteſtis eos audire. Si orbi Chriſtiano expedit, quod proponent, executioni dabitur: ſi obeſt, illos ablegabitis. *S. Anton. to. 3. p. 404.*

Senatus igitur ſui copiam Legatis fecit: qui, quem habebant ſermonem, finiebant orando, ut Respublica Florentina ſuam operam conferret ad convocandum concilium univerſale, quod decideret, uter electorum eſſet Papa verus. Si Clementem agnoſceret, eum Urbano Ro-

Sæcul. XIV. A. C. 1387.

manam donaturum esse purpuram: si hunc declararet, illum se istius arbitrio prorsus permissurum. Cum Florentinos egregiis ornassent laudibus, inter alias magni momenti res spondebant fore, ut Clemens eos constitueret suos Vicarios in propinquis Ecclesiæ terris, quarum reditus asservarent; donec decisa per Concilium causa esset. Florentiæ Magistratus post consultationem sedulam respondebant: De concilio agere non est nostrum, sed potentiorum nobis Regum, & Principum, a quibus id postulabimus. Cæterum a Papa, quem huc usque agnovimus (is erat Urbanus) non desciscemus, donec Ecclesia, vel Concilium decreverit alium. Ita Clementis Legatos dimisere.

§. XL.

Scelera Lollardorum in Anglia.

Erat in Anglia Carmelita quidam Gualterius Dissus vocatus, qui Lancastriæ Duci a Confessionibus fuerat, & cui Papa Urbanus magna contulerat privilegia, ratus fore, ut ille hunc Principem ad sceptrum Castiliæ aspirantem sequeretur in Hispaniam. Dux reipsa eam petiit: sed Gualterius in Anglia remansit, ubi pro pecunia distribuebat gratias ab Urbano Duci Lancastriæ concessas. In harum

Th. Walsing. p. 327.

nume-

numero quædam fuit, quæ certatim, & pluris emebatur, nempe facultas creandi Præfectos facelli Papæ pro more Romanæ Curiæ. Gualterius iſtum titulum impertiit inter alios cuidam Auguſtiniano Petro Pareshullio, qui libertatis genus omne ſic adeptum ſe putans cœpit jungere ſe Lollardis, ſeu Wicleffiſtis, quos Londinum jam plurimos numerabat. Ajebant deferendam ei religionem ſingularem, ut rediret ad vitam communem, utpote perfectiorem, tutioremque. Tum illorum perſuaſu concionari Petrus, & Ordinis ſui vitia pervulgare. Hoc in Londinenſi templo S. Chriſtophori fecit Lollardis ferme centum ſtipatus, & Auguſtinianos tot criminum incuſavit, ut audientes horror inceſſeret. Sæcul. XIV. A. C. 1387.

Mox currebant aliqui, ac rem his Fratribus indicabant: quorum duodecim animis ferventiores adibant templum, ubi Pareshullius adhuc verba faciebat. Unus ex illis accedit fortiter, ac mentiri eum dicit. Lollardi Fratrem impetunt, proſternunt, proterunt, multis ictibus affligunt: cæteros quoque Fratres pellunt, extra templum inſequuntur, ut perimant: cœnobia eorum incendere ſtatuunt, atrociter clamantes: Liberemus orbem ab his ſicariis! mactemus hos infames, hos Regis, regnique proditores! Sed modeſto illos alloquio morabantur Fratres Thomas Ashburnius,

Sæcul. XIV. A. C. 1387.

nius, & hujus comes, ambo Theologiæ laurea, & virtute præditi. Supervenit etiam quidam Pro-Comitum Londinenſium, qui compreſſo furentium impetu effecit, ut domos redirent ſuas.

Abducto interim Petro Pareshullio, cujus ſermo interruptus fuerat, ſuaſere Lollardi, ut ſcripto mandaret, quæ protuliſſet, omnia, & quæ præterea poſſet cognoſcere. Paruit: Auguſtinianos ſcripto de cæde Fratrum ſociorum arguit: quo majorem faceret fidem, nominavit interfectores, ac necatos: retulit, ubi cæſi, ubi humati eſſent. Inſuper fratres plurium aliorum facinorum immanium inſimulavit. Hoc ſcriptum affixit portæ Londinenſis templi cathedralis. Initio ajebat: Egreſſus e nido diaboli, ac per Dei gratiam rationem vitæ perfectiſſimam aſſecutus veritatem tueor. Quapropter improbi, quos reliqui, me multis vexarent modis, ſi capere me poſſent. Deinde Papæ Urbano gratias agebat, quod eſſet ab eo aſſertus in libertatem, & in ſtatu poſitus, per quem effugere manus hoſtium ſuorum ſibi licuiſſet. En uſum honoris, quem ſibi gratulabatur pulcherrimus Præfectus ſacelli pontificii!

Walſing. p. 540.

Defendebant eum maxime viri nobiles, qui vocabantur Cucullati, quod capitia ſua neminis cauſa, & ne auguſtiſſimo quidem coram Sacramento deducerent.

Hi

Hi erant Wicleffiſtarum propugnatores præcipui. Unus ex iis Joannes Montacutinus e ſacello ſuo aſportatas, quas ejus majores ibi erexerant, effigies omnes in locis occultis poſuit, unicam S. Catharinæ imaginem illic conſervans. Alius quidam nomine Laurentius Martinofanenſis SS. Hoſtiam, quam pridie Paſchatis acceperat, ex ore prolatam manu tenens in ædes detulit ſuas neglectis monitionibus ſequentis ſe Sacerdotis. Denique partem ejus cum oſtreis, partem cum cepis comedens negabat eam plus valere quam panem domeſticum. Joannis Montacutini ſacello præfectus proximus morti, ac erroris ſui pœnitens poſcebat Sacerdotem, cui noxas detegeret ſuas. Sed ejusdem ſectæ homines inquiebant: Confeſſio externa eſt inutilis: confitere Deo, ligandi, ſolvendique poteſtatem præ Sacerdotibus habenti! Ita, quidquid dicebat, deceſſit expers Sacramentorum. Sæcul. XIV. A. C. 1387.

§. XLI.

Wicleffus moritur.

Annos abhinc duos Joannem Wicleffum horum malorum omnium authorem nervorum ſtupor corripuerat. Die S. Thomæ Cantuarienſis 29. Dec. 1385, cum in templo ſuæ parœciæ Luttervortinæ ad populum diceret, diſtorqueri os ejus, ſup- *Valſing. p. 322. 539. Cave append. p. 35.*

Sæcul. XIV. A.C. 1887.

primi vox, quaſſari caput cœptum eſt: cumque poſtea biennio vixiſſet, interiit anno 1387 ultima Decembris Divo Silveſtro ſacra. Id multi Divinæ vindictæ adſcribebant, eo quod ille hos in Sanctos Silveſtrum & Thomam identidem declamaſſet. Quamplurima reliquit opera tum Latino, tum Anglico ſermone confecta. Quædam typis expreſſa ſunt: pleraque manuſcripta in bibliothecis Angliæ permanſerunt. En illa, quæ majus momentum habent!

Cave p. 36.

Tota ſcriptura ſacra de vulgata Latina in linguam Anglicam translata anno 1383. Knigtonus ſcriptor coævus de illa ſic loquitur: Divinus codex hoc modo factus eſt vulgaris, laicisque ac fœminis legere ſcientibus clarior, quam eſſe ſolet Clericis litteratiſſimis: & ſic Evangelica margarita projicitur, porcorum pedibus calcatur, & vulgi ludibrium fit. Præcipuum Wicleffi opus Latinum eſt dialogus, qui per ignorantiam illius ſeculi Trialogus dicitur ut ſermo diſtributus tres in perſonas, Veritatem, Mendacium, & Prudentiam. Eſt quaſi Theologiæ corpus, quod doctrinæ Wicleffianæ venenum omne continet.

p. 2644.

Boſſ. Var. lib. 11. *c.* 152. *lib.* 3. *c.* 7. 8. 23. 27.

Summam ejusdem habe! Omnia fiunt per neceſſitatem: cuncta peccata ſunt neceſſaria, nec evitari queunt. Deus non poterat impedire culpam primi hominis, nec

nec eam condonare sine satisfactione Christi: sed nec poterat Dei filius non induere naturam humanam, non satisfacere, non mori. Poterat Deus aliter agere, si voluisset; sed aliter velle non poterat. Cum homo peccaverit per fallaciam sibi structam & ignorantiam, necesse fuit, ut noxam eluendi causa Sapientia Divina humanitatem assumeret. Christus non poterat salvos facere diabolos: quia cum in Spiritum Sanctum peccaverint, debuisset Spiritus Sanctus hominem induere: quod fieri nequit. Deus nihil potest, nisi ea, quæ reapse fiunt: potestas in res, quæ non eveniunt, ei perperam tribuitur. Quando Christus ajebat, se posse a Patre suo petere duodecim legiones Angelorum, intelligendum est potuisse id eum, si voluisset, sed non potuisse velle. Deus non desinit esse liber, ut est, ad producendum Verbum suum, quamvis necessario id producat: sed libertas contradictionis, seu potestas faciendi, vel omittendi est inane commentum Doctorum. Nempe fundamentum doctrinæ Wicleffianæ est absoluta cunctis in rebus necessitas.

Sæcul. XV. A.C. 1387.

Lib. I. *c.* 10.

§. XLII.

Turcarum progressus.

Sequente anno 1388 cum Papa Urbanus Mauros ex Africa crebras mari excur-

Sæcul. XIV. A.C. 1388.

curſiones in Siculos, aliosque Chriſtianos facere comperiſſet, Maſſiolo Meſſanenſi Archiepiſcopo ſcripſit, ut in templis Siciliæ ſacrum in illos bellum cum plena noxarum venia pro Palæſtina militantibus dari ſolita promulgandum curaret. Dabat Peruſiæ 18 Apr. 1388. Eodem die ad Angelum Corrarium Caſtelli ſeu Venetiarum Epiſcopum ſimiles ſcribebat litteras; in quibus ait ſe ſtatuiſſe triremes duas armare in Turcas, qui Chriſtianis Romaniæ, vicinarumque regionum incolis loca eriperent: utque ad ſacram contra illos militiam accendat animos, promittit indulgentiam pro terra ſancta pugnantibus conceſſam. Turcas appellat Phryges, quod in Anatolia habitarent; & confundit eos cum veteribus Trojanis ſeu Teucris: tanta tunc erat hiſtoriæ ignorantia.

Rayn. 1388. *n.* 2.

Ughel. to. 5. 1352.

Burſiæ in Bithynia reſidens Turcarum Sultanus erat Amuratus cognomine Algazius, ſeu Victor gentium. Urchano patri ſuo ſucceſſerat anno Epochæ Arabicæ 761, Chriſti 1359: habebat tunc annos triginta quatuor; regnavit unum & triginta: multa Græcis ademit loca, inter alia Adrianopolim anno 1360: fuitque tertius e Sultanis Ottomannis. Hoc anno 1388 periit occiſus a transfuga Chriſtiano e Servia, qui velle ſe oſculari manum ejus ſimulabat.

Sup. l. 94. §. 28.

Poloc. ſuppl. p. 44.

Bibl. Or. p. 624.

§. XLIII.

§. XLIII.

Sæcul XIV. A.C.1388.

Urbanus redit Romam.

Papa Urbanus contendebat ſemper regnum Neapolitanum ſuum ſolius eſſe, neque vel Ludovicum Andegavenſem, vel Ladislaum agnoſcebat Regem. Illuc venturus relicta ſub medium Auguſtum Peruſia cum exercitu Narniam petebat. Sed Peruſia tantum decem mil- *Th. Niem. c. 69.*
lia paſſuum aberat, cum mulus, quo vehebatur, tam duriter in terram corruit, ut Papa multis in membris vulneraretur. Non tamen reverti Peruſiam, ſed Tibur trans Romam ſitum portari voluit. Delatum prope pontem hujus aliquem, ac pernoctare ibi cogitantem adibant multi Romani, orabantque magnopere, ut ſedem repeteret ſuam: ſed nihil agere ſe videntes diſcedebant. Papa procedens longius per Campaniam Ferentinum usque deferri ſe curavit. At ſtipendiis militi numerandis impar appropinquante hyeme, vellet, nollet, redire Romam cogebatur, quam ineunte Octobri intravit paucos habens obvios, & parum honorifice acceptus.

§. XLIV.

Concilium Palentinum.

Eodem tempore Cardinalis Petrus Lunius Clementis in Hiſpania Legatus Palen-

Sæcul. XIV. A. C. 1388.

Palentiæ quadam Caſtiliæ urbe in templo Fratrum Minorum habuit concilium, cui aderant Rex Joannes I, Archiepiſcopi Toleti, Compoſtellæ, ac Hiſpalis, & Epiſcopi viginti quinque. Edebantur ibi ſeptem canones, quorum duo commendant obſervationem concilii Valliſoletani an 1322 habiti. Admonentur Epiſcopi, cæteriſque Judices eccleſiaſtici, ut Clericos ex præſcripto canonum emendent. Renovantur pœnæ irrogatæ adulteris, Clericisque concubinas habentibus: ſed non occupantur remedia his flagitiis arcendis opportuna. Prohibetur, ne bona Eccleſiæ alienentur, onerenturve prædiatoriis obligationibus. Judæis, Maurisque inter Chriſtianos habitantibus præſcribitur diſciplina civilis, præſertim pro feſtorum obſervatione. Hi canones promulgati ſunt 4 Octobris anno 1388.

to. 11. conc. p. 2068.

Sup. lib. 92. §. 65. c. 1.

c. 2. 7.

c. 5.

c. 6.

§. XLV.

Joannes Monteſonius condemnatur.

Avenione continuabatur actio in Joannem Monteſonium: & Univerſitas Pariſina, ut publicam totius rei notitiam daret omnibus, circummiſit litteras datas 14 Febr. anno 1387, nempe 1388 ante Paſcha. Clemens cognitores decrevit tres Cardinales, Guidonem Maleſecum Præneſtinum Epiſcopum, duosque Presbyte-

Duboulai to. 4 p. 621.

Vitæ PP. to. 2. p. 997.

byteros Leonardum Geophanium de S. Sixto, & Amelinum Lautricenſem de S. Euſebio. Poſt multas Univerſitatis propoſitiones poſtulationesque Cardinalis Ebredunenſis Joanni Monteſonio Papæ nomine interdixit, ne ante deciſam cauſam Curiæ Romanæ, ſcilicet Avenionenſi ſe ſubduceret, alioquin habendus pro convicto criminis, de quo eſſet quæſtio. Sæcul. XIV. A. C. 1389.

Aufugiſſe tamen hominem ut audiit Clemens, deſignatos Cardinales in eum animadvertere juſſit, quamvis tunc agerentur menſis Auguſti feriæ. Igitur in diverſorium Avenionenſe, ubi diu fuerat, miſerunt, qui de illo quærerent: & hoſpita reſpondit eum ibi habitaſſe plus tribus menſibus, ac tertio Auguſti abiiſſe. Tum Cognitores ædis cathedralis, ac Dominicanorum templi portis affigendum curabant mandatum, ut ille ſe ipſum ſiſteret Auditori pontificio. Poſt deſertum ſæpius vadimonium damnatus contumaciæ, ac piorum cœtu motus eſt per Cognitorum ſententiam ſcriptam Avenione die Mercurii 27 Jan. 1389. *p.* 1000. *p.* 1004.

Decimo ſeptimo Februarii eodem anno in Pariſina regia (Lupara vocatur) habitus eſt conventus magnus, cui intererant Rex Carolus VI, Ludovicus Dux Borbonius, Oliverius Clichonius ſummus rei bellicæ in Gallia Præfectus, multique Proceres alii, Bertrandus etiam Turrius Lin- *Duboulai to.* 4. *p.* 633.

Sæcul. XIV. A C. 1389.

Lingonarum, & Philippus Molinensis Novioduni Episcopi, Regisque Consiliarii. Ibi Rector Universitatis, qui Procuratores quatuor nationum adduxerat, Regi per os Petri Aillii dicebat se venisse, ut Guilielmus Valenius Dominicanus Episcopus Ebroicensis ac Regis conscientiæ Arbiter de quibusdam propositionibus, quæ fidem contingerent, & quas protulisset antea, nunc ipse responderet. Et quia Guilielmus aderat, eum orabat Petrus, ut illas propositiones ex promisso revocaret.

Episcopus de scripto, quod tenebat manu, lingua Latina, & contenta voce legebat quinque puncta suam retractationem continentia: tum Gallice addebat: Theologicæ Facultatis sententiam contra quatuordecim propositiones Joannis Montesonii dictam, & ab Universitate sicut etiam a Domino Episcopo Parisino approbatam vidi, & considéravi. Credo bonam, justamque; ac juro, me nec publice, nec secreto traditurum doctrinam contrariam, neque huic Dominicano, aut ejus sectatoribus ullo modo fauturum, salva authoritate sancti Patris nostri Papæ. Flexis deinde genibus rogabat Regem, ut Papæ, ac Regi Arragonum scriberet, ut fratrem Joannem Montesonium capi, & Parisios duci juberent ex meritis puniendum.

Ana-

Anathematis ſententia ob detrectationem judicii Avenione hunc in fratrem lata petente Univerſitate Pariſiis in foro Judicis eccleſiaſtici promulgata fuit 17 Martii an. 1389 ſeu 1390 ante Paſcha. Interim frater Joannes in Arragoniam patriam ſuam, & inde Romam ad Papam Urbanum ſe recepit; quem eſſe Papam legitimum demonſtravit Clementinorum argumenta confutans inſigni opere, quod anno 1389 Aquis Sextiis in Provincia compoſuit. Sæcul. XIV. A.C. 1389. *Vitæ PP. to. 2. p. 1008.* *to. 1. p. 1375.* *Rayn. 1389. n. 15. 16. &c.*

Magnam ea res ærumnam toti Dominicanorum Ordini accivit in Francia, maxime in hujus parte ad ſeptem triones ſita. Multi ex iſtis Fratribus in carceres miſſi: reliquis denegata ſtips & dona; adempta facultas concionandi, dandique operam confitentibus de ſe reis. Univerſitas illos prorſus a ſe disjunctos non admiſit ad ſcholaſticos actus, gradusque ac honores. Magnam bonorum, ac exiſtimationis jacturam accipientes vulgi fabula fiebant, quod eos contemptim vocabat ululas. Multos hæc annos tempeſtas tenuit: quam qui alebant, ſacrificium SS. Virgini facere ſe putabant: tanta jam tum authoritate valebat opinio de illibato ejus conceptu. *to. 1. p. 521.*

Sæcul. XIV. A. C. 1389.

§. XLVI.

Mors Papæ Urbani.

Urbanus 11 Apr. 1389 tria inſtituit memorabilia. Annum ſacrum, qualem haberi quinquageſimum quemque juſſerat Clemens VI, eſſe quemvis trigeſimum tertium voluit Urbanus aſſentiens iis, qui Chriſtum triginta tres annos in terra vixiſſe credebant, præcepitque, ut hanc ob cauſam proximus annus 1390 religioni conſecraretur. Deinde, ut per patrocinium Beatiſſimæ Virginis concordiam Eccleſiæ obtineret, Inviſentis Eliſabetham Mariæ ſolemne inſtituit quotannis poſtridie octavam S. Joannis Baptiſtæ, ſive ſecunda Julii agendum. Præterea conceſſit, ut feſto die auguſtiſſimi Sacramenti etiam interdicti tempore res Divina perageretur; atque centum dierum indulgentiam conſequerentur ii, qui SS. Euchariſtiam a templo ad ædes ægroti, vel ab his ad templum comitarentur.

Gobel c. 81. p. 268.

Th. Niem. c. 68.

Papa Urbanus 14 Auguſti graviter ſe habere cœpit; ac per dies multos cadaveroſam exhibuit faciem. Quapropter Theodoricus Niemius, qui prope ipſum erat, ejus vitæ timebat ſummopere: ajebantque aliqui venenum illi præbitum fuiſſe. Tandem ſub medium Septembrem ſe prodidit morbus: quo per viginti octo

Th. Niem. ibid.

octo dies continuos durante Idibus Octo- Sæcul. XIV.
bris extinctus est, postquam sederat un- A. C. 1389.
decim annis, sex mensibus, & octo die-
bus. Cardinales, qui Romæ aderant,
postridie rei notitiam dabant Imperatori
Wenceslao, fratri ejus Sigismundo Hun-
gariæ, Richardo Angliæ, Joanni Lusita-
niæ Regibus, cæterisque Principibus, ac
Rebuspublicis Urbanum agnoscentibus
Papam. Hujus cadaver sepultum est in
templi Vaticani sacello, cui S. Andreas
nomen fecit.

§. XLVII.

Rex Galliæ Carolus VI Avenionem petit.

Interim Rex Franciæ Carolus VI Cle- *Vitæ PP.*
mentem invisurus tertio Calendas No- *to.* 1. *p.* 523.
vembres Avenionem intravit, ab eo, to- 1377.
taque ipsius Curia solennissimo ritu, sum- *Froiss. l.* 4.
moque gaudio exceptus; & merito: cum *n.* 4.
esset præcipuum columen agnoscentium
Clementem. Comitabantur illum suus
frater Ludovicus Turoniæ Dux, ac tres
patrui sui, Burgundiæ, Biturigum, ac Bor-
bonii agri Duces. Die lunæ Sanctis *Labbe Gall.*
Omnibus dicato Clemens in Regem Si- *Chron. to.* 1.
ciliæ coronavit parvum Ludovicum pa- *p.* 640.
truelem Regis Caroli, qui hac in ceremo-
nia sacrificantis illius manibus affudit
aquam: ac Rex novus sacram Commu-

Sæcul. XIV. A. C. 1389.

nionem sub utraque specie accepit. Tertio Novembris Clemens rogatu Regis Caroli Cardinalem Presbyterum appellavit Joannem Talaruæum ab anno 1375 Lugdunensem Archiepiscopum, jam senem, sed præditum virtute, doctrina, & studio tuendi jura Ecclesiæ suæ. Regem remisit cumulatum donis, & arbitrio ejus permisit quatuor episcopatus, ac septingenta quinquaginta, quæ vellet, beneficia, pauperibus Galliæ Clericis conferenda. Quæ res querimonias graves expressit litterarum studiosis ita se spe sua orbatos cernentibus.

Duchesne Card. Fr. to. 1. p. 706. Labour. to. 1. p. 178. Rad. de Kivo cap. ult.

§. XLVIII.

Bonifacius IX Papa.

Th. Niem. l. 2. c. 6.

Cardinales Urbani VI tum Romæ jam antea præsentes, tum propinquis ex provinciis in conclave congregati quatuordecim numero 2 Nov. in Papam coptarunt Petrum seu Perrinum Tomacellum sub nomine Cardinalis Neapolitani cognitum; qui voluit dici Bonifacius IX. Promulgata electione statim de more portatus est ad aram S. Petri: atque in palatium rediens sibi gratulantibus ajebat: Vestrum gaudium est meum. Die S. Martini undecimo Novembris coronatus, cum transiret urbem Lateranensem basilicam petens, ob magnam, quæ supervenit, pluviam

viam parvum comitatum habuit: sed nova dignitas eum sua solabatur. Sæcul. XIV. A. C. 1389.

Neapolim patriam, quadraginta quinque circiter ætatis annos, concinnam corporis magnitudinem, ac decoram faciem habebat. Loquebatur recte, grammatica non leviter tinctus: sed nec scribere sciebat, nec canere: in stylo Romanæ curiæ, velut si nunquam in ea fuisset, atque in negotiis tiro & rudis, nec ea, quæ rogabatur, intelligens libellis supplicibus sine delectu nomen subscribebat suum, ac de conclusionibus causidicorum in senatu sacro confuse pronunciabat.

§. XLIX.

Novi Cardinales.

In principio sui pontificatus per litteras Apostolicas confirmavit tria nova instituta Urbani VI, quorum supra meminimus. Die sabbati 18 Dec. Cardinales quatuor creavit. Primus erat Henricus Minutolus Neapolis Archiepiscopus e nobilissima urbis familia. Nicolao Zanasio, qui 25 Aug. eodem anno 1389 obierat, nuperrime successit, sed Neapolim per decem annos, quibus ei sacris in rebus præerat, nunquam venit. Renunciatus est Cardinalis Presbyter de S. Anastasia, ut Bonifacius ipse fuerat. Secundus, Bartholomæus Olearius Patavinus ex Or- *Gobel. pag.* 269.

Sæcul. XIV. A. C. 1389.

dine Minorum celeber Theologus, primum Anconitanus, dein ab anno 1387 Florentinus Episcopus: reliquit vero sedem declaratus Cardinalis Presbyter de S. Pudentiana. Successorem habuit Onuphrium Steccatum Florentinum ex Ordine Augustinianorum Volaterranum Episcopum, Florentiam translatum postremo Januarii an. 1390.

Tertius de S. Cruce *in Jerusalem*, Cosmatius Melioratus postea Papa sub nomine Innocentii VII. Lucem acceperat Sulmone in regno Neapolitano. Urbanus eum an. 1386 nominavit Episcopum Bononiensem, sed populus recipere noluit. Bonifacius IX ei administrandum, dum conferretur, dedit archiepiscopatum Ravennensem pro vacante habitum ob desertionem Pili Pratini. Quartus, Christophorus Maronus Romanus Iserniæ in provincia Capuana Episcopus, modo Cardinalis Presbyter de S. Cyriaco, & Archipresbyter de S. Petro.

to. 2. p. 33.

Bonifacius præterea in pristinam dignitatem restituit tres Cardinales ab Urbano VI exauthoratos, scilicet Adamum Estonium Londini Episcopum, cui reddidit titulum de S. Cæcilia; Bartholomæum Mezzavaccum Episcopum Reatinum, quem nuncupavit Cardinalem de S. Martino *in Montibus*; & Landolfum Matamorum designatum Archiepiscopum Baria-

Rayn. a. 14. Gobell. c. 84.

Barianum, quem dixit Cardinalem Diaconum de S. Nicolao. Denique Cardinalis Pilus Pratinus Ravennæ Archiepiscopus, qui ab Urbano ad Clementem tranſierat, & hujus Legatum in Italia tunc agebat, ad Bonifacium ſe contulit, ac receptus ab hoc fuit ut Cardinalis: vocabatur ludibrii cauſa Cardinalis trium pileorum. Sæcul. XIV. A. C. 1389. *Vitæ to.* 1. *p.* 542. 1363.

§. L.

Deliberationes de ſchiſmate.

Avenione comperto Papæ Urbani obitu Clementis Cardinales ingreſſi palatium conſilia cum eo conferebant, ſchisma finitum iri magnopere ſperantes. Nam pro certo habebant, Cardinales Romæ non facile intraturos conclave, ſed potius ad partes Clementis acceſſuros. Edoctum de morte Urbani Gallorum Regem orabant, ut cognatos ſuos Germaniæ, ac Hungariæ Reges, Ducem Auſtriæ, ac Vertuſii Comitem Mediolani Dominum ad deferendas Urbani partes, & curandam Eccleſiæ concordiam litteris adhortaretur. Clemens, & Cardinales ſcribebant etiam Burgundiæ Duci tunc Pariſiis apud Regem verſanti. *Froiſſ.* 4. *vol. c.* 10.

Hic ea de re cum illo loquens, Mi patrue! inquiebat, magnum me tenuit deſiderium eundi Romam numeroſo cum exer-

Sæcul. XIV. A. C. 1389.

exercitu schismaticos ut everterem. Sed antipapa decessit; rogorque, ut scribam Principibus ejus partium. Quid suades mihi? Dux reponebat: Auguste Rex! Urbanus vixit: sic est. Sed haud novimus animos Cardinalium Romæ agentium, ac Romanorum. Vix, ac ne vix quidem speranda Cardinalium discessio de sententia: nam Romani eos in potestate tenent sua: & quemadmodum eos adegerunt, ut Archiepiscopum Barianum eligerent Papam, sic eos cogent conclave ingredi, & facere Papam urbi acceptum. Non est proin, cur modo curam huc nimiam conferas, aut ores hos Principes: qui hoc in statu rerum tuis studiis servirent parum, ut satis monstrarunt hactenus. Nuncios expecta novos! Posset contingere, ut Cardinales Romæ ex composito dissimulatione uterentur erga Romanos, & omissa electione Papæ novi eis placandis promitterent se facturos, ut Clemens Romam veniat; quod ageret lubens: & postquam de hac re convenisset, tum foret tempus scribendi cunctis alterius partis Principibus.

Ducis sententiam probavit Rex cum Consiliariis suis omnibus. At nuncius mortis Urbani in Universitate Parisina tantos effecit motus, ut loco lectionum disputaret, quid Romæ Cardinales facturi essent; Papamne cooptarent, an Avenionensi

nionenſi ſe ſubmitterent. Sciebat probe, Clementem ſcripſiſſe Regi, Conſilio ejus, Turoniæque, ac Burgundiæ Ducibus. Quin etiam ipſa litteras a Clemente acceperat. Miſit proin ſuorum clariſſimos, qui Regem incitarent, ut alterius partis Principes ad tollendum ſchiſma per litteras induceret. Oratores S. Pauli templo proximum palatium, ubi Rex tunc habitabat, ter adibant: nec reſponſum nacti offenſis recedebant animis. Demum paucis poſt diebus comperta eſt electio Bonifacii. Sæcul. XIV. A. C. 1389.

Mortuo Urbano Burgundiæ Dux, ac ſocer ejus Comes Flandriæ Leodienſes Canonicos impellebant, ut ſchiſmatis finiendi cauſa ſe Clementis partibus adjungerent. Collegium reſpondit: Per Urbani obitum non deſinit ejus electio eſſe legitima, ideoque non minuitur jus ſucceſſoris ex præſcripto canonum cooptati: res veniret in exemplum Præſulibus cunctis, ipſisque Principibus periculoſum, ſi authoritatem eorum vocare in dubium, & obedientiam abjicere licitum ſubjectis foret. Epiſtola data eſt nonis Januarii an. 1390. *Rayn.* 1390. n. 19.

§. LI.

Rex Navarræ Partes Clementis ſuſcipit.

Mox dein Navarræ Rex novus Carolus

Sæcul. XIV. A. C. 1390.

lus III cognomento Nobilis rejecto neutrius partis ſtudio, quod ejus pater elegerat, poſt ſedulas deliberationes Clementi ſe addicebat per patentes litteras Pompejopoli datas 6 Febr. 1389, nempe 1390 ante Paſcha. Perſuaſerat hoc Regi ſuus Cancellarius Martinus Saloa eadem in urbe natus, Juris Canonici Doctor, quod Avenione tradiderat diu, per Gregorium XI, cui a ſupplicibus libellis fuerat, Epiſcopus patriæ ſuæ decretus 16 Dec. 1377. Erat ex iis, qui potiſſimum impugnaverant electionem Urbani VI, & ad cooptandum Papam alium Cardinales maxime concitaverant. Et vero ſtabat a Clemente, qui eum purpura ornare voluit, tanquam ea doctrina, iisque moribus præditum, ut inter digniſſimos Eccleſiæ Præſules numerandus eſſet. At tunc repugnabat Martinus Regem Carolum Malum ad agnoſcendum Clementem faciliore negotio adducturus ut Epiſcopus, quam ut Cardinalis. Poſteaquam vero Carolus Nobilis ſuum erga Clementem ſtudium profeſſus erat, per Viros illuſtres ad eum miſſos effictim oravit, ut Martinum faceret Cardinalem. Annuit Clemens 21 Julii ex conſenſu omnium Cardinalium. Martinus titulum de S. Laurentio *in Lucina* nactus Eccleſiam ſuam in rebus ſacris profanisque adminiſtrandam retinuit.

Duboulai to. 4. p. 648.

Vitæ PP. p. 525. 1378.

§. LII.

Sæcul. XIV.
A. C. 1390.

§. LII.

Ladislaus ut Rex Siciliæ coronatur.

Adverſum geminos regni Neapolitani competitores Ladislaum, & Ludovicum gerendo inſtar Urbani bello imparem ſe videns Bonifacius, ſimul ac electus fuerat, Ladislaum cum matre Margarita, & ſorore Joanna in gratiam receptum exſolvit omnibus cenſuris ab Urbano pronunciatis; & Cardinalem Florentinum ut Legatum ſuum Ladislao imponere coronam juſſit. Nono Calendas Martii anno 1390 Siciliæ cis fretum, nempe regni Neapolitani incolis omnibus hanc mentem ſuam aperuit, imperans, ut novo Regi (ſeptemdecim circiter annos habebat) & donec is ſui juris eſſet, Cardinali Legato, ac Reginæ matri tutelam ejus gerentibus obedirent: ſe illi ſuppetias terra, marique miſiſſe, ac porro pro viribus ſubventurum: idem ſubjecti facerent. *Th. Niem. l. 2. c. 14. 64. Rayn. 1390. n. 10*

Ladislaus Cajeta egredi non audebat: quia Ludovici Andegavenſis partes Neapoli, ac in regione fortiores erant: & hoc eſt, quod Bonifacium compulit, ut Legatum mitteret, qui Ladislaum coronaret. Is fuit Angelus Acciajolus Florentinus Epiſcopus Cardinalis Presbyter de S. Laurentio *in Damaſo*, menſe Majo eodem

Sæcul. XIV. A C. 1390.

eodem anno Cajetam delatus; ubi excepit Ladislai juramentum, quo hic firmabat ſuum clientis officium ac fidem ob regnum Siculum Bonifacio addictam iisdem conditionibus, quas anteceſſores, præſertim Carolus de Pace pater ipſius acceperant. Denique ſpondebat, ſe antipapæ Clementi, aut ejus Cardinalibus nullam laturum opem. Tabulæ factæ ſunt 29 Maji an. 1390. Sub idem tempus Bonifacius in Siciliam ſive Trinacriam Franciſcum Epiſcopum Puteolanum miſit cum formula ejurandi ſchiſmatis, ut ad præſtandam ſibi obedientiam reduceret eos, qui tempore Reginæ Joannæ, Caroli de Pace, aut relictæ ab eo viduæ Margaritæ a partibus Urbani ad factionem Clementis tranſierant.

Rayn. n. 9. Ughell. to. 6. p. 330.

Vitæ PP. p. 255. Rayn. 1389. n. 14.

Clemens electionem Bonifacii edoctus eum tractavit ut iniquum ſacræ ſedis poſſeſſorem: quod is viciſſim egit: ſibique mutuo cenſuras irrogabant terribiliſſimas, ſed utrimque pariter inutiles.

§. LIII.

Ludovicus II Andegavenſis Neapolim venit.

Menſe Junio an. 1390 novus Siciliæ Rex Ludovicus II Andegavenſis Neapolim verſus iter ſuſcepit magno exercitu, & annonæ copia inſtructus. Cle-

Clemens Consiliarium ei adjunxit Cardinalem Petrum Turinum, quem etiam suum in illis locis Legatum esse voluit, ut rebelles, ac schismaticos ad officium revocaret. Massiliæ vigesimo demum die Julii, postquam Legatus triremem regiam, totamque classem solemni precatione prosecutus fuerat, mari se Rex commisit. Neapolim delatus stantes a Ladislao arces geminas, quarum altera Ovum, altera Erasmina vocabatur, ad deditionem subegit, ac urbem Puteolos expugnavit. Papa Bonifacius septima Octobris Ladislao sexcentos equites subsidiarios misit, indulgentiam pollicitus iis, qui contra Ludovicum ut antipapæ cohortium Ducem militarent. Sæcul. XIV. A. C. 1390. *Vitæ p.* 525. 1351. *Lab. rec. hist. to.* 1. *p.* 648. *Rayn.* 1390. *n.* 17.

Interim Clemens Avenione, quæ peste flagrabat, Bellicadrum se contulit, ubi 17 Octobris duos creavit Cardinales Presbyteros, quia contagio quosdam sustulerat. Prior erat Joannes Flandrinus in tractu Vivariensi natus Petri Flandrini, quem Gregorius XI anno 1371 Cardinalem decreverat, frater, ex Decano Laudunensi factus anno memorato Carpentoractensis Episcopus, ab anno 1379 per Clementem Archiepiscopus Auscitanus, modo Cardinalis de SS. Joanne ac Paulo. Alter fuit Petrus Geraldus, qui in Forensi agro, ac diœcesi Lugdunensi ortus, Juris honores proximos a Doctorum gradu *Vitæ p.* 526. 1385. 114. *Sup. l.* 97. §. 20.

Sæcul. XIV. A. C. 1390.

gradu adeptus, ex Archidiacono Bituricenſi anno 1373 Lutevanus, tum Avenionenſis, anno 1384 Anicienſis Epiſcopus evaſit, nunc Cardinalis de S. Petro ad Vincula.

§. LIV.

Romæ agitur annus ſacer.

Per totum hunc annum ſacrum 1390 Roma magnum videbat concurſum peregrinantium ad conſequendam indulgentiam, cujus initium a Natali Domini anno priore duci voluerat Urbanus VI in nova ſanctione ſua. At ex iis tantum regionibus, quæ illum agnoverant Papam, pii venerunt hoſpites, præſertim ex Germania, Hungaria, Polonia, Bohemia, & Anglia. Dona pretioſa ſunt Romanis allata templis, quorum reparationes inde aliquæ fiebant. Sed maxima illorum pars venit in manus Papæ Bonifacii. Quamvis hæc munera grandem vim auri & argenti conficerent, in regiones tamen varias miſſi ab illo rogatores indulgentiam vendebant iis, qui volebant tantundem ſolvere, quantum fuiſſet inſumendum in Romanum iter. Sic ingens conflata eſt pecunia, fuitque provincia quædam, ex qua rogatores plus ducenta florenorum aureorum millia congeſſerunt. Perhibebant enim ſe poſſe condonare peccata

Th. Niem. c. 62.

cata omnia sine alia expiatione, ac tollere quamlibet inhabilitatem ad sacra ministeria. Romam reversi rationem accepti reddebant Papæ: sed aliquos comperit infideles, quos carceri addixit: alios concidit populus: quidam se necarunt ipsi, aut alio miseræ mortis genere interierunt. Sæcul. XIV. A. C. 1390.

Rogatoribus istis similes dabantur Religiosi Mendicantes, secularesque Clerici; qui a Papa, vel Legatis ejus missos se dicebant, & potestatem jactantes suam seu veram, seu falsam pro pecunia, eaque sæpe parva absolvebant quosvis homines a quibuslibet noxis, nulla habita ratione atrocitatis scelerum, aut doloris sontium aut restitutionis, vel satisfactionis debitæ. Pro levi etiam compensatione faciebant gratiam votorum castitatis, abstinentiæ, sacræ peregrinationis, omnisque generis: pacem ecclesiasticam reddebant hæreticis, ac schismaticis neglecta ejurationis formula: delebant natalium notam: laxatis legibus permittebant conjugia in gradibus vetitis: denique omne gratiarum genus conferebant pro pecunia: quam nomine ærarii Apostolici capere se ajebant; sed rationem illius edebant nullam. Papa comperta re Benedictum Ferrariæ Præsulem, Ecclesiæ Romanæ per Æmiliam Quæstorem jussit in hos fraudulentos homines summatim inquirere, repo- *Rayn. n. 2.*

Sæcul. XIV. A. C. 1390.

repoſcere ab eis rationes, ſontesque compertos carceri mandare. Scribebat 19 Octobris. Simile mandatum dedit Beltraniæo Comi, Gerardo Raceburgi Episcopis, Nicolao Meſſanenſi, Gerardo Hildeſienſi, aliisque.

§. LV.

Diſtributio beneficiorum.

A principio ſui pontificatus Bonifacius per cunctas regiones ſibi obnoxias voluit edici, ſe gratias collaturum Clericis omnibus, qui venirent Romam. Itaque quam plurimi ſe in viam dederunt: ſed appropinquantes Marchiæ Anconitanæ, ac Æmiliæ magno in diſcrimine verſabantur. Nam Bernardus Salius, qui hoc conſinium pro Clemente tuebatur, illos ex inſidiis per vias obſervari juſſit, ita ut multi libertate, multi vita privarentur. Qui Romam advenerunt, emuncti primum argento; tentata dein eorum doctrina; poſtremo, cum beneficia diſtribuerentur, Clerici pauperes in albo ultimi collocati ſunt, ita, ut illa eis pœne ne inutilia fierent. Nam quia Bonifacius anno ſecundo ac tertio albis pluribus cum ſuo nomine diem & annum albi primi appoſuit, his albis comprehenſi officiebant pauperibus, qui anno primo gratias impetraverant.

Froiſ. l. 4. c. 10.

Gobel. c. 84. p. 274.

§. LVI.

§. LVI.

Sæcul. XIV.
A. C. 1385.

Paulus Tigrinus deceptor.

Papa Bonifacius in libertatem asseruit Paulum Tigrinum deceptorem Græcum, ab Urbano addictum carceri. Parentibus egenis in quadam insula natus cum aliis consiliorum suorum conscis & adjutoribus inibi conscendit navem, se perhibens Patriarcham Constantinopolis. Primo in Cyprum venit, cujus regem coronavit, & ab eo tricies mille florenos aureos accepit dono. Ex omni parte fiebat hominum concursus eum veluti Papam rogantium gratias, quas caro mentibus facile concedebat, magnam pecuniæ vim sibi parans. Romam delatus eandem agere personam voluit: sed Papa Urbanus illum quæstiunculis excuti jussit: & supervenientes quidam ei dicebant in faciem, verum Constantinopolis Patriarcham a se in Græcia eodem anno conspectum fuisse. Ita convictum fraudis Urbanus privavit opibus, in carcerem misit, & ibi detinuit per reliquum pontificatus sui spatium.

Juv. Urs. p. 78. Labour. l. 9. c. 10. m. f. 78. Felib. hist. S. Ben. p. 305.

At cum Bonifacius IX coronaretur, ex more cum captivis cæteris ille dimissus est liber. Sabaudiam tunc profectus, quod verum Constantinopolis Patriarcham Comiti junctum cognatione sciret,

Sæcul. XIV. A. C. 1390.

hunc adiit Principem, seque illum esse affirmans, cum arborem genealogicam exhiberet, fidem fecit. Comes optime recepto largiter de suo dabat, & pro dignitate vestitum cum duodecim equitibus Avenionem misit, Clementi eum ut Constantinopolis Patriarcham, & cognatum commendans suum. Fallebatur etiam Clemens, cui Paulus exposuit, quid Romæ ab Urbano passus esset; quia tuam ad causam me adjunxeram, inquiebat, & asserueram, eum religione obstringi, ut te agnoscat Papam legitimum. Ampliter donatus abiit.

Tum invisit Regem Franciæ, qui eum honorifice, ac benignissimo excepit vultu. Commentitius Patriarcha pietatem magnam præseferebat, libenter obiens templa, & cœnobia. Inter alia Dionysiopolitanum ingressus ad Abbatem & Monachos, Scio, ajebat, hic jacere ossa Sancti hujus. At ego alias ejus res præclaras teneo, velut cingulum, multosque libros egregios, qui his in regionibus non habentur. Tradam vobis eos, si jungatis mihi duos e vestro numero. Juncti sunt: ducebat illos usque ad mare; cui se cum opibus suis clanculum committens eos reliquit. Volebant Paulum sequi, & Romam usque ibant: ubi esse deceptorem edocti suum relegerunt iter.

§. LVII.

Sæcul. XIV.
A. C. 1390.

§. LVII.

Bonifacii exactiones.

Interim Papa Bonifacius Regem Ladislaum in gerendo contra competitorem bello adjuturus Cardinalem Florentinum Angelum Acciajolum suum Legatum jussit a singulis regni Neapolitani Clericis, quamdiu bellum hoc duraret, quotannis florenum aureum exigere, sicut eum laicis sedem ibi habentibus Ladislaus imperasset. Scribebat 22 Nov. 1390. *Rayn. n. 17.* Aliis duobus Cardinalibus fecit potestatem oppignorandi, alienandique plura Ecclesiarum, & cœnobiorum prædia. *n. 18.* Insuper Viris nobilibus in pignora tradidit multas Ecclesiæ Romanæ urbes, & arces, quarum plerasque jam occupaverant ut Rectores. Concessit proin, ut iis ad certum tempus, veluti annorum decem, aut duodecim fruerentur tanquam Vicarii, eaque lege, ut quotannis certam florenorum aureorum summam in ærarium pontificium inferrent, certumque armatorum numerum suis stipendiis sub Ecclesiæ signis alerent.

§. LVIII.

Decretum de beneficiis Angliæ.

Rex Angliæ Richardus II die lunæ post S. Hilarii festum decimo sexto Januarii

Sæcul. XIV. A. C. 1391.

rii an. 1391 Londini ſenatum habuit, in quo præter alia ſtatutum eſt, nequis in poſterum beneficii obtinendi gratia tranſiret mare, alioquin mittendus in carcerem ut rebellis adverſus Regem. Qua de re Bonifacius ita querebatur: Quidam ſeditioſi dilecto filio noſtro Regi Richardo injecerunt mentem, ut renovaret Regis Eduardi avi ſui decretum alius Eduardi edicto conſentaneum, atque ſic ſonans: Electiones ad epiſcopatus, dignitatesque reliquas in Anglia conſerventur, ut conceſſæ ſunt a majoribus noſtris, cæterorumque Conditorum. Præſules, ac reliqui Eccleſiaſtici, qui habent jus nominationis ad beneficia, ea conferant libere, ſicut collata ſunt ab authoribus ſuis. Si Romana curia epiſcopatum, dignitatemve, aut aliud beneficium reſervet, aut conferat ad impediendam electionem, collationemve, aut nominationem, tunc Rex impertiat epiſcopatum, dignitatemve aliam ſuffragiis, & ſuæ nominationi obnoxiam.

Valſing. p. 343. Rayn. 1391. n. 19.

Poſt longam enumerationem multorum caſuum, in quibus Romanæ Curiæ reſervationes, collationesque conſtringuntur, Papa inquit: Rex Richardus ita circumventus in ſenatu ſuo imperavit hujus decreti veteris executionem, atque ut beneficium transmarinum (intelligo in Romana curia) contra hanc legem accipiens

fua

sua prædia, quæ Regi ob crimen clientis obvenirent, amitteret, perpetuo exularet, eandemque in pœnam incurreret intra septem hebdomades post suum reditum in Angliam. Demum hæc sanctio interdicebat omnibus, Regique ipsi, nequem ad Curiam Romanam mitterent gratiam edicto contrariam obtenturum. Sæcul. XIV. A. C. 1391.

Papa rem sibi graviter dolere ait, adjungens: Luce meridiana clarius est, laicos quantumvis pios nullam habere potestatem statuendi de bonis ecclesiasticis. Immo siquid in gratiam, & commodum Ecclesiæ decernunt, ad irritum cadit. Sanctionem ejusmodi usurpationem, eversionemque alieni fori appellant Patres. n. 17.

Talia dicta in Ecclesiæ Patribus ægre monstrasset Bonifacius: Imperatorumque Christianorum leges contrariam partem diserte asserunt. Finit irrita declarando decreta Richardi, amborumque Eduardorum, tanquam aperte impugnantia libertatem Cleri, ac Romanam Ecclesiam: illosque omnes, qui sub obtentu harum sanctionum beneficia occupassent, ea duos intra menses abdicare, ac fructus restituere jubet. Dabat 4 Febr. 1391.

Seu hæ litteræ nondum advenerant in Angliam, seu nulla earum ratio ducta fuerat: Richardus illo tempore Londini proclamari voluit, ut beneficiarii omnes, qui Romana in curia agerent, sub festum *Walsing.* p. 344.

Sæcul. XIV A. C 1391.

S. Nicolai, ſive in principio Decembris adeſſent in Anglia ſub pœna jacturæ beneficiorum omnium; & qui tenerent nullum pariter redirent, alioquin habendi pro reis de crimine chentis in Patronum. Angli hoc nuncio quaſi fulmine perculſi relicta mox Roma repetebant patriam. Papa ipſe territus confeſtim in Angliam miſit Nuncium, nempe Nicolaum Abbatem Nonantulæ, quem regni Epiſcopis commendabat per epiſtolam 14 Apr. datam. Videbat ſcilicet, quanti ſua intereſſet colere benevolentiam Anglorum Regis tanquam fulcri præcipui, quo authoritas niteretur ſua: nihil enim ponendum erat in præſidio Imperatoris Wenceslai deſidiæ, crapulæque immerſi. Ergo, quem diximus, Nuncium ille miſit, rerum Angliæ conditionem, ac decreti poſtremo in ſenatu conditi cauſas exploraturum.

Rayn. n. 19.

Nuncius ad Regem delatus Papæ nomine cuncta urbanitatis officia in ſalutando illo adhibuit; quæ tamen ſpectabant ad poſcendam ſemper revocationem ultimi decreti contra libertatem eccleſiaſticam. Quaſi vero hæc eam in ſe naturam continuiſſet, ut Papa de beneficiis Anglicis ſtatueret non ſine damno Præſulum, & Patronorum. Nuncius addebat: Gallorum Rex & antipapa (id Bonifacius tibi per me indicat) fecere pactionem, ex qua Rex Ducem Burgundiæ

Valſing. p. 345.

(Ande-

(Andegaviæ Ducem intelligi oportet) per vim pellere, ac Turoniæ Duci possi-dendas tradere omnes Ecclesiæ in Italia terras debet: ac promisit fore, ut certum quendam alium Hetruriæ, ac Lombardiæ Regem coronaret; & Andegaviæ Duci Siculum firmaret regnum. Igitur te Papa hortatur, & orat, ut fidem, ac Ecclesiam tuearis. Sæcul. XIV. A. C. 1291.

Simul te monet de periculis, quæ instarent tibi, si antipapa & Franciæ Rex vincerent, & quomodo Angliæ jura deprimere Papæ Galli studuerint. Si Galli occuparent Imperium, per orbem totum potentiam proferrent suam. Tecum paciscentur hoc fine, atque ut Angliam demum invadant. Idcirco Papa tibi suadet, ne his cum schismaticis consilia conferas, nisi ut eos ad præstandam ad Ecclesiæ obedientiam reducas. Si de pace cum illis agas, rogat te Papa, ut nihil annuas, præterquam ea conditione, ut Rex Galliæ desinat copias Italiam mittere, regionis hujus, aut Ecclesiæ Romanæ, vel Imperii negotiis se immiscere, & antipapam ex illa parte defendere. Richardus earum rerum rationem, quantam postularent, habere statuens Nuncium expectare proximum senatum voluit. Nicolaus consensit lubens, Anglorum liberalitatem jam expertus.

Sæcul. XIV.
A. C. 1391.

§. LIX.

Annus ſacer in Germania.

Gobel. c. 86. Poſt annum ſacrum ex decreto Urbani VI celebratum, hoc anno 1391 Papa Boniſacius urbi Coloniæ Ubiorum eandem, quam Romæ, indulgentiam conceſſit, ita, ut Coloniæ cives, & qui per hujus anni curſum eo venirent, plenam noxarum veniam impetrarent certa obeundo templa, ſuaque ibi dona ponendo. Hic primo condonatum cernimus Romanum iter ad conſequendam illam indulgentiam ſacro annexam anno. Eandem Bonifacius anno proximo impertiit Magdeburgo, & ambas in urbes miſit, qui certam donorum partem colligeret. Tum ſimilem indulgentiam pro certis menſibus largitus eſt aliis Germaniæ urbibus: quapropter Miſniam, & Pragam frequens concurrit populus.

Bonifacius deinde pluribus Germaniæ locis hoc tribuit, ut ii, qui certa ibi templa inviſerent, indulgentiam obtinerent parem illi, quæ aliquando decreta fuiſſet adeuntibus loca in diplomate nominata. Denique hic Papa tam fuit prodigus in concedendis noxarum expiationibus, ut has nemini denegaret: ſed conſtabant pretio: quocirca in contemptum veniebant.

Inte-

Interim Bonifacius edebat litteras Christianis inscriptas omnibus. Ibi declamat in schisma; pro documentis boni juris sui affert divinas declarationes Fratri Petro Arragoniæ Principi, & S. Birgittæ factas; & propositionem concilii cum indignatione rejicit. Eo demum totæ spectant litteræ, ut nemo non deserat, ac detestetur Papam Avenionensem. Dabat Calendis Martiis an. 1391. Hoc ipso anno Birgittam Suecam inter Cælites retulit per diploma 6 Octobris scriptum, die obitus decimo Calendas Augustas ejus memoriam celebrari jubens: sed hæc postea translata fuit in octavum Octobris.

Sæcul. XIV. A. C. 1391.

Spicil. to. 6. p. 49.

Sup. l. 97. §. 17. 18.

Londini die Veneris 10 Novembris haberi cœpus est senatus; ubi tractabatur Papæ querimonia. Rex ac patruus ejus Dux Lancastriæ videbantur Papæ cedere. Sed Optimates neutiquam consentiebant, ut ii, qui Romam irent, ibi obtinere beneficia impune possent, ut antea. Ne tamen nihil Papæ, aut Regi darent, patiebantur id Regis permissu fieri usque ad senatum alterum.

Valsing. p. 346.

§. LX.

Continuatio belli Neapolitani.

Ut Ludovici Andegavensis partes in regno Neapolitano semper fortiores

Sæcul. XIV. A. C. 1392.

erant; ita 10 Apr. 1392 ille palmam insignem retulit de Ladislai partibus, quas Bonifacius magnis sumptibus sustentabat.

Rayn. 1392

Qui suum ærarium exhaustum videns quasdam Ecclesiæ terras vendidit: tum præcepit, ut sibi penderentur dimidii fructus primi anni beneficiorum omnium a Summa Sede collatorum.

Ob idem bellum Clemens decimam Clero Gallico imperavit; quamquam se huic parsurum Regi Carolo VI promiserat. Regina Maria Ludovici II Regis Neapolitani mater Clementi exposuit, eum, cum ipsius filium coronaret, huic dedisse duntaxat regnum quærendum armis, gerendumque bellum, cujus sumptibus ferendis impar esset. Hanc occasionem augendi suos reditus libenter amplexus Clemens decimam imposuit Clero Galliæ universo, neminem prorsus excipiens: & tam generali mandato comprehensa Universitas erat. Rector suas ad Regem querelas detulit: qui spopondit se Clementi iis scripturum verbis, quibus id fieri cuperet Universitas. Episcoporum plerique, cum hanc pendere decimam nollent, congregati statuerunt, si Clementinis ab exactoribus urgerentur, appellare ad Papam melius edoctum. Fecere: missique Avenionem ob id unum duo notarii appellationis litteras Clementini palatii

Labour l. 12. c. 6.
J. Juven. p. 94.
Duboulai p. 680.

tii foribus affixere clanculum. At frustra erant omnia: decima soluta fuit. Sæcul. XIV. A. C. 1392.

§. LXI.

Impugnantur Cleri privilegia.

Eodem anno Cleri privilegia oppugnabant Viri tres apud Regem maxima valentes gratia, nempe summus rei bellicæ Præfectus Oliverius Clichionius, Buræus Riverinus, & Joannes Mercerius Noviantii Dominus. Palam in consiliis negabatur, Imperatorem Constantinum potuisse S. Silvestro profanum Romæ principatum cedere: improbabatur, Ecclesiasticos tenere potestatem curandi justitiam profanam, præsertim in causis capitalibus, contra jus Principis, cujus esset punire improbos. Demum jactabantur querimoniæ de privilegio clericatus, quod Episcopi etiam illiteratis concederent hominibus, ut augerent jurisdictionem ecclesiasticam. Has propositiones sulciebant quidam Doctores e numero Fratrum mendicantium, qui nulla habebant jura, vel territoria, & quorum potius intererat ea possidentium vires frangere. *Labour l. 12. c. 2.*

Executionis initium in Normannia factum, ubi Judices profani jussi sunt reprimere Præsulum molimina, horumque adjutoribus graves irrogare mulctas.

Tum

Sæcul. XIV. A. C. 1392

Tum Universitas sub festum SS. Triadis diem 9 Junii congregata statuit Cleri corpus, cujus pars esset, defendere communis emolumenti causa. Ad Regem non admissa cessavit a lectionibus: cumque propterea extranei magno numero Parisiis abirent, neque id Aulam tangere videretur, rursum convenit Idibus Juliis, Rectoremque, ac eximios Viros viginti ad Regem misit. Quamvis se profecturo huic Principi faustum precaturos iter perhiberent, ægerrime tamen impetrata eum alloquendi copia, cum Doctor omnium nomine dicturus inciperet orationem suam, Cancellarius Arnaldus Corbejensis sua de sede surgens ajebat: Rex probe callens causam accessus vestri vult vos labori parcere, nec postulare rem, quam vobis concessisset, si privilegia citius novisset vestra. Scilicet timebatur, ne hic Doctor erga Aulam parum officiosus res Regi, ac Ministris ejus ingratas de origine regiæ in Clerum authoritatis diceret. Rex omissas lectiones leviter perstringens, ut eas resumerent, imperabat. Spondebant, ac lætissimis discedebant animis.

Froiss. 4. vol. 6. 38. 43.

Iter, ad quod se comparabat Carolus, spectabat ad bellum inferendum Britanniæ Duci Petrum Credonensem protegenti, cum hic summum rei bellicæ in Gallia Præfectum Clichionium Parisiis per insidias interficere voluisset. Rex Cenomano egres-

egreſſus, cum iter æſtuoſiſſimo die faceret, per phreneſin perdidit mentem, & gladium manu tenens fratrem ſuum, & in quos incidebat, omnes inſectabatur. Quo ex morbo, qui dabat intervalla, cum nunquam ſatis convaleſceret, ejus tres patrui, Burgundiæ, Biturigum, & agri Borbonii Duces adminiſtrandum denuo regnum ſuſcipiebant. Sæcul. XIV. A. C. 1392.

§. LXII.

Carthuſiani ad conciliandam Eccleſiæ concordiam adhibentur.

Sub Natalem Domini duo Carthuſiani Regi Carolo attulerunt epiſtolam Papæ Bonifacii adhortantis ipſum ad navandam tollendo ſchiſmati operam. Erant forſitan iidem, qui ordinis ſui exemptionem Romæ popoſcerant, & impetrarant: ut docent Bonifacii litteræ, in quibus ait: Traditus eſt nobis ſupplex libellus veſter memorans eſſe aliquos, qui propriam inſtituto veſtro contemplationem, & tranquillitatem turbent ad ſua vos tribunalia evocando, quamvis Ordo veſter pridem ſit habitus ab Epiſcoporum jurisdictione liber, ac Summæ Sedi proxime obnoxius. Ut removeatur obtentus omnis, ſub quo moleſtia vobis in poſterum exhiberi poſſet, denuo cupientibus eximi per ſingularem gratiam noſtram annuimus. Suo loco vidimus, Carthuſianos ab origine ſua exemptio- *Bullar. to. 1. Bonif. conſt. 3.*

Sup. l. 67. §. 56.

Sæcul. XIV. A. C. 1392.

ptionem voluisse nullam, ac Episcopo Gratianopolitano tanquam Abbati paruisse suo. Itaque primus eis titulus exemptionis obvenit per istud Bonifacii IX diploma datum 16 Martii an. 1391.

Ejusdem Papæ ad Regem epistola 2 Aprilis anno sequente scripta est in hanc sententiam. Scimus te gemere schisma tamdiu discerpens Ecclesiam, ac negligentiam Principum, qui renovare concordiam deberent. Habes præterea cunctas dotes tantum ad molimen necessarias, ortum ex genere antiquissimo, exempla majorum suis deEcclesia meritis illustrium, ingenium perspicax, animum magnum, corpus firmum, ætatem viridem, judicium maturum, opes ingentes, famam clarissimam. Igitur hortamur te, ac per Christi misericordiam obsecramus, ut causam Dei confestim suscipias, & constanter defendas. At Rex haud leviter mutatus erat, cum has acciperet litteras.

Spicil. to. 6. p. 54.

§. LXIII.

Plectitur falsus Episcopus.

Interim Ultrajecti affectus supplicio fuit deceptor diu pro Episcopo habitus. Erat ex Ordine Minorum, se dicebat Jacobum Juliacensem, & falsum per diploma pontificium fecerat, ut crederetur Episcopus esse, ac Florentius tunc Ultrajectinus Antistes ipsum sibi suffraganeum asciscere-

M. Chr. Belg. p. 325.

ret.

ret. In hac dignitate creabat Sacerdotes, conferebat cunctos fere Ordines, dedicabat templa, cæteraque omnia Episcoporum munia obibat. Detecta denique falsitate diplomatis e numero illorum, quos sacerdotio, aliisve Ordinibus sacris inauguraverat, multi manebant in statu laico, ducebantque uxores: alii meliore consilio se denuo consecrandos curabant per veros Episcopos ex consensu Ultrajectini: qui Papæ jussu convocatis in urbem suam septem aliis Episcopis captum falsarium die S. Hieronymi 30 Sept. an. 1392 solenniter in foro exauguravit; tum tradidit urbis Consulibus. Hi eum damnabant ad ahenum, scilicet, ut in ferventem aquam paulatim immitteretur: at ob sacros Ordines, quos acceperat, & quod esset Religiosus, ex aheno mox extractum securi percuti jussere. Præsul Florentius eum in cœmeterio Dominicanorum humari passus est. Sæcul. XIV. A. C. 1392.

§. LXIV.

Continuatur negotium concordiæ.

Duo Carthusiani, quos Papa Bonifacius in Galliam misit, erant Petrus natione Lombardus Astensis Prior, & Bartholomæus Prior in insula Margarita, quem alter sibi socium adsciverat. Papa volebat eis jungere clarum Doctorem Juris æquitatem causæ suæ defensurum: at Petrus illi exponebat, negotia religionis tractanda esse *Labour l.12. c.7.*

Sæcul. XIV. A. C. 1392.

esse simplicius, & minus apparate. Avenionem primum venerunt, ubi agebat Biturigum Dux omnium Galliæ Principum addictissimus Clementi. Hi ambo ea Bonifacii legatione perturbati exceptos duriter, & alloquio excluſos sæpius Religiosos in Ordinis cœnobio Villanovano includi voluere; quamvis affirmarent se Papæ Bonifacii epistolam ad Regem ferre: nec ista eis extorqueri vel minis poterat, vel injuriis.

Re Parisiis comperta rogatus ab Universitate Rex pro illis ad Clementem scripsit. Qui ei obsistere non ausus liberatos, cum dimitteret, Regi dicere jubebat, se concordiam serio curaturum, etiamsi dignitatem, immo vitam suam perderet. Sed eum non candide locutum esse docuit eventus. Ita Carthusiani, qui sub initium Aprilis, ut ex die Papæ litteris adscripto cernimus, Roma discesserunt, Parisios non advenerunt nisi sub Decembris finem.

Rex cum Proceribus benigne Viros accepit, & audiit: promisit etiam, se responsurum ad Bonifacii epistolam. Sed difficultatem habebat responsi forma. Offenderetur Clemens, si Bonifacio daretur Papæ titulus: sin minus, læderetur Bonifacius. Statutum est, ut viva voce responderetur per Religiosos a Bonifacio missos. Jubebantur ei nunciare, Regem laudare piam ipsis mentem, & ad conciliandam Eccle-

Ecclesiæ concordiam conatus omnes adhibiturum. Quo magis appareret bona Regis voluntas, exarabantur litteræ ad cunctos Italiæ Principes, qui per eas invitabantur, ut & ipsi extinguendo Ecclesiæ dissidio navarent operam. Papæ Nunciis traditæ sunt illæ litteræ, junctique alii duo Carthusiani, quorum alter erat Prior Parisinus. Hæc omnia fiebant de consilio cunctorum Principum præter Biturigum Ducem Clementi nunquam non favorabilem. Sæcul. XIV. A. C. 1393.

Pro insperato Principum consensu Deo gratias agendi causa Universitas ad S. Martini ædem in Campis sitam instructo ordine processit 25 Jan. 1393. Guido * de Cumulis Dionysiosanensis Abbas ibi sacrum de Spiritu Sancto fecit: ac ejusdem cœnobii Prior Guilielmus Varrantius Theologiæ Doctor inibi sermonem habuit, per quem optimam voluntatem Regis, & Optimatum Ecclesiæ concordiam expetentium magnis efferebat laudibus, præsentesque omnes hortabatur, ad precandum Deum, ut illos hoc in proposito confirmaret: timebatur enim, nec abs re, ne Clemens eosdem inde dimoveret. *Spicil. to. 6. p. 56.*

* de Monceaux.

Tum edixit Universitas, cuivis Academico licere libellum modorum, quibus potissimum effici posse concordiam Ecclesiæ putaret, immittere in arcam probe clausam, tantum supra instar capsæ, quæ stipem reciperet, apertam, & in cœnobio Ma-

Sæcul. XIV. A. C. 1393.

thurinorum positam. Concessum certum tempus: designati Doctores quinquaginta quatuor, qui discuterent libellos, & in compendium redigerent. Revocabant modos illos ad tria capita, cessionem electi utriusque Papæ, compromissum, & concilium generale: cumque in conventu totius Universitatis rem proposuissent, una mente decretum est, ut tres illi modi ad Regem in forma epistolæ deferrentur: quam componere jubebatur Nicolaus Clemangius prima Theologiæ laurea donatus.

Interim quatuor Carthusiani a Rege Carolo missi advenere Perusiam, ubi Papa Bonifacius agebat: ad quem ea, quæ habebant in mandatis, referebant addentes alia memorabilia. Tum Bonifacius Regi scripsit hunc in modum: Quantum intelligere potuimus: illi, qui fecere antipapam Robertum Genevatem, aut ejus partes suscepere, tua juventute abusi oculos ita fascinarunt tuos, ut cernere verum nequeas. Nos id graviter dolemus: firmiter tamen speramus fore, ut Deus te illuminet, & tu nostri antecessoris Urbani jus optimum agnoscas. Exponit breviter factum, & hortatur Regem, ut Robertum deserat, nec ullum hominem ad ejus partes compelli sinat. In fine ait: Cupimus edoceri certius, quo sis animo affectus. Dabat 20 Junii an. 1393. Quando hæ litteræ pervenerunt in Franciam, Rex accessione morbi sui afflictaba-

ctabatur; & ideo eas non accepit. Sed Biturigum, & Burgundiæ Duces tunc regnum gubernantes censebant illas non mereri responsionem: eo quod Bonifacius Clementis expulsionem peteret, nec ullum ad concordiam gressum faceret. Sæcul. XIV. A. C. 1393.

§. LXV.

Bonifacius Romam redit.

Anno isto ac priore Bonifacius Bononiam, Perusiam, multasque alias Æmiliæ, ac Marchiæ Anconitanæ urbes reduxit ad officium. Rogatus a Romanis ipsis, ut Romam repeteret, tutior ibi, quam alibi futurus, 8 Aug. 1393 cum illis pactionem fecit, cujus præcipua puncta subjicio. Papa ex more suorum antecessorum poterit constituere Senatorem stipendio urbis afficiendum, cujus Vexillarii, Curatoresque cæteri Senatorem non poterunt impedire, quin suum exerceat munus, & justitiam. Senatoris, Conservatorumque administris non licebit arma eripere Aulicis Clericis laicisve, aut Clero Romano. Hæc arma Clericorum notanda sunt. Aulici, Clericique Romani seu civilem, seu criminosam ob rem tantum citabuntur ad suos Judices legitimos, nempe Aulici Clerici ad Auditorem Curiæ Apostolicæ, profani ad Præfectum Aulæ pontificiæ, Clerici Romani ad Romanum Papæ Vicarium. *Rayn.* 1392. *n.* 5. 6. *Id.* 1393. *n.* 5.

Sæcul. XIV. A. C. 1393.

§. LXVI.

Joanni Castellæ Regi succedit Henricus III.

Joannes Castiliæ Rex solum triginta tres annos habens die Dominica 9 Octobris an. 1390 vitam subito amiserat de equo lapsus: quod Romani adscribebant ejus studio erga Clementem. Successit illi suus filius natu major Henricus III vix decem natus annos, ob affectum corpus cognomine Dolens, seu Valetudinarius. Cum minor annis esset, regni Optimates tum sacri, tum profani diffidebant de summa rerum administranda. Præstantissimos inter Præsules erant Petrus Tenorius Lusitanus Toleti Archiepiscopus, ac ex parte altera Joannes Manricus Archiepiscopus Compostellanus, ac regni Cancellarius. Discordia eo processit, ut Toletanus Antistes, ac Petrus Auximanus Episcopus carceri mandarentur. Quamobrem Zamora, ubi capti fuerant, Palentia, & Salamantica interdictæ divinis fuere.

Vitæ PP. p. 526. 527. Mariana l. 18. c. 13. 15.

Post rem compertam maximo mœrore affectus Clemens Dominico Florentino ex Ordine Prædicatorum tunc Albigensi, antea Pontiosanensi Episcopo cum dignitate sui Nuncii in Castellam misso Regem censuris exsolvendi potestatem fecit, ejus ætatem, libertatemque captivis jam redditam considerans. Mandatum dedit 29 Maji an. 1392. Nuncius egit tam dextere, ut res componeret: tum parvum Regem in genua provolutum absolvit in cathedrali templo Burgensi præsentibus tribus Episcopis die Veneris 4 Julii an. 1393.

c. 18. Gall. Chr. to. 1. edit. 1715. p. 29. 30.

HISTO-

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

LIBER XCIX.

BONIFACIUS IX. DEIN INNOCENT. VII. TUM GREGORIUS XII SUMMI PONTIFICES.

WENCESLAUS, DEINDE RUPERTUS OCCIDENTIS, MANUEL PALÆOLOGUS ORIENTIS IMPERATORES.

§. I.

Nicolai Clemangii epiſtola de concordia Eccleſiæ.

Sæcul. XIV. A. C. 1394.

Pariſina Univerſitas ad renovandam Eccleſiæ concordiam ſemper intenta Regem, ac patruos ejus, ut eandem urgerent, magnopere ſtimulabat; præſertim poſt inducias an. 1394 inter Franciam, Angliamque ad quadriennium factas. Eodem tempore Pariſios venit Cardina-

J. Juven. p. 104.

Hiſt. Univ. to. 4. p. 685.

Sæcul. XIV
A. C. 1394.

lis Petrus Lunius per prætextam cauſam concordiæ, ſed re ipſa, ut eam clanculum impediret. Colludebat cum Biturigum Duce Clementis defenſore ſtudioſiſſimo, qui ei denegabat nihil, ſeu ille beneficia clientibus conferri ſuis, ſeu decimas imponi Clero cupiebat. Non ideo cedebat Univerſitas fulta per Burgundiæ Ducem ad concordiam probe affectum.

Nicolai Clemangii libellus de concordia, quem in forma epiſtolæ ad Regem componere juſſus fuerat, pridie Penteco-
ſtes 6 Junii an. 1394 in Univerſitatis conventu generali apud Ciſtercienſes habito lectus, probatus, ac Regi traditus eſt trigeſimo ejusdem menſis. Summam illius
p. 687. vide! Auguſte Rex! tuo juſſu ad quæ-
Spicil. to. 6. rendas pacis eccleſiaſticæ vias breviſſimas
p. 81. per Procuratores congregati tres invenimus modos præ reliquis idoneos, ceſſionem, compromiſſum, & concilium. Ceſſio eſt amborum ſe Papas dicentium plena, & abſoluta abdicatio totius juris, quod ad potificatum habent, vel habere ſe contendunt: ſeu hæc fiat coram convocatis duobus collegiis Cardinalium: ſeu Papa uterque ſuo Collegio præſente, aut aliter eam faciat. Et declarata hac ceſſione duo Collegia unum eligerent Papam.

Hanc viam, Rex, cæteris præferimus ut expeditiſſimam, aptiſſimamque finiendo ſcluiſmati. Eſt facillima ad evitan-

das

das moleſtias, ſumptus, ac reliquas difficultates. Eſt tutiſſima ad placandam conſcientiam omnium Chriſtianorum alterutri Papæ adhærentium. Eſt demum habiliſſima ad removendam offenſionem, conſervandumque honorem Principum, ac regionum alterutri parti ſtudentium. Ipſi duo æmuli, ut exiſtimationi ſuæ conſulant, debent hanc inire viam, ne diligentior rei conſideratio ſi fiat, alteri, vel utrique vertat in dedecus. Debent perpendere triſtiſſimam diſperſionem Chriſtiani gregis, cujus paſtores ſe nominant, ac de quo terribilem Deo rationem reddent. Denique hæc actio gloriam eis apud poſteros immortalem pariet. Sæcul. XIV. A. C. 1394.

Altera via eſt concilium paucorum, ſeu compromiſſum: ſi nempe duo æmuli arbitros illuſtres ſumerent, ſuæque controverſiæ decidendæ facultatem eis plenam darent. Sic evitaretur difficultas concilii generalis; ac præveniretur calliditas illorum, qui ajunt Clementem ſuum jus periculo commiſſurum; quia partis adverſæ fautores, nempe Itali Epiſcopi majorem conficerent numerum. Hanc per viam res citius abſolveretur: quia, qui fugere illam vellet, ſe redderet ſuſpectum de agnita cauſæ ſuæ injuſtitia. Nec dicat aliquis Papam nulli poſſe homini ſe ſubmittere: de ſuo agendi modo rationem reddere ſolus non tenetur Deus. *Spic. p. 86.*

Sæcul. XIV. A. C. 1394.

Via tertia est concilium generale, quod secundum formam Juris deberet solis ex Præsulibus constare: sed cum hodie in nostrum dedecus multi sint rudes, multi studio partium teneantur, possent illis adjungi numero pares Theologiæ, ac Juris Doctores ex inclytis ambarum partium Universitatibus, aut etiam Procuratores Collegiorum cathedralium, præcipuorumque Ordinum religiosorum. Demonstrat postea concilium fore utile non solum extinguendo schismati, verum etiam instaurandæ disciplinæ. Tum addit: Ut rem dicamus ingenue: si alter æmulorum has tres vias pertinaciter respuat, nec aliam satis idoneam proponat, censendus est schismaticus obstinatus, ideoque hæreticus. Non pastor Christiani gregis, sed deceptor est, ac tyrannus: non ei præstari obedientia, non concedi regimen, vel usus patrimonii Ecclesiæ, sed tanquam lupus periculosus procul a grege abigi debet, ac severissimis schismaticorum pœnis affici; quia non angitur ex dispersione, jacturaque gregis, nec aliud quidquam cogitat, quam indulgere aviditati suæ insatiabili.

p. 92.

p. 95.

Vide, quibus author coloribus depingat tristem Ecclesiæ statum ex schismate! Incidit in servitutem, inopiam, & contemptum direptioni obnoxia. Ad præfecturas sacras evehuntur indigni, corrupti-

ruptique homines, quos nulla æquitas, ho- Sæcul. XIV.
neſtas nulla tangit explendis tantum inſa- A. C. 1394.
nis cupiditatibus ſuis intentos. Spoliant Eccleſias, & cœnobia: ſacra & profana omnia ſuſque deque habent, dummodo pecuniam inde auferant: Eccleſiæ Miniſtros pauperes intolerandis premunt exactionibus; & has faciunt per homines inhumanos, qui parcunt nemini, nec vitæ ſubſidia relinquunt: Sacerdotes paſſim cernimus mendicantes, & ad viliſſima compulſos ſervitia. Multis in locis venduntur Sanctorum reliquiæ, cruces, calices, ſacraque vaſa omnia, dummodo aurea ſint, vel argentea: templa corruere videmus.

Mercatus ſacrilegus ita dominatur in Eccleſia, ut illi pœne omnia ſubjecta ſint. Gratias ſine pecunia pauci, & ii ægerrime impetrant: nummatus poteſt dormire placide: non eſt, quod metuat. Sacrorum nundinatio vel praviſſimis, ſed opulentis beneficia fructuoſa, præſertim paroecias tribuit: ſpernit pauperes quantumvis eruditos: immo quo doctiores ſunt Clerici, eo magis hos odit, quod ipſam damnent liberius, nec adhibeant ad obtinenda beneficia. Quod plus dolendum: venduntur ipſa Sacramenta, maxime ſacerdotium, & ſolutio a noxis: ſic ad dignitates eccleſiaſticas promoventur imperitiſſimi, abjectiſſimique homines.

Sæcul. XIV. A. C. 1394.

Quid dicamus de re Divina ubique imminuta, multisque in locis prorsus omissa? quid de moribus, virtutibusque veteris Ecclesiæ ita oblivioni datis, ut Patres, si redirent, vix credere possent, hanc esse eandem Ecclesiam, quam olim gubernarint? Denique hoc infaustum schisma sanctam religionem nostram exponit ludibrio Ægyptiorum, cæterorumque a Christiana fide alienorum ampliſſimam nobis insultandi occasionem nactos se putantium: hoc schisma confidentiam affert hæreticis, qui efferre capita impune, ac errores suos disseminare saltem clanculum incipiunt, ita ut fides cunctis ex partibus impugnetur.

Labour. p. 267.

Rex lectam coram se hanc epistolam, quam boni consulere videbatur, commodius examinandam Gallice reddi voluit: nam Latine scripta erat ex more Universitatis. Oratoribus præstituit diem, qua responsum acciperent. Sed interim Cardinalis Lunius ita mutavit Aulæ animos, ut illa die Cancellarius Arnaldus Corbejensis Oratoribus Universitatis diceret: Rex hac de re nihil audire vult amplius. Præcipit omnino, ut inde absistatis, nec ullas recipiatis litteras hac de materia, quas sibi non afferatis clausas. Universitas, cum propositum urgeret frustra, lectiones, concionesque sacras, ac reliqua instituti sui exercitia omisit, donec obtinuit æquum.

Id. ibid.

In-

Interim 5 Jul. 1394 Colonienſis Univerſitas Pariſinæ ſcripſit, magnopere laudans ſchiſmatis extinguendi ſtudium, quo hæc arderet, & conatus, quos ideo apud Regem caperet. Addebatur in epiſtola: Nos haud dubitamus de bono jure Papæ Bonifacii: & vos quidem ſentire aliter ſcimus: attamen, ſi eccleſiaſticæ pacis efficiendæ modum aliquem bonum vobis inſpiraverit Deus, illum nobis declaretis, precamur. Reſpondens Univerſitas Pariſina probat optimam Colonienſis mentem; ſuadebat vero, ut a Bonifacio ad Clementem tranſiret. Sæcul. XIV. A. C. 1394. *Spicil. to. 6. p. 102.*

Rex ſuæ Univerſitatis epiſtolam ad ſe ſcriptam miſit Clementi: quem ipſa dein per litteras oravit, ut eam, & propoſitas ibi tres ad concordiam vias reſpiceret. Querebatur graviter de Cardinali Lunio, quem tamen haud nominabat. Is primum, ajebat illa, noſtrum Regis alloquium impedire tentavit; ſed fruſtra. Tum curavit, ut ſilentium nobis perpetuum imponeretur: at recuſatum eſt. Juſtitiam a Clemente poſcebat Univerſitas, & concordiæ conciliandæ ſtudium. Adjungebat: Eo malorum ventum eſt, ut multi voce maxima dicant: Quid ni dari queant Papæ plures, non ſolum duo, vel tres, ſed decem, aut duodecim? poſſet in quolibet regno conſtitui aliquis: & cuncti forent authoritate pares. *Spicil. pag. 109. Dubulai p. 699.*

§. II.

Sæcul. XIV. A.C. 1394.

§. II.

Clemens moritur.

Vitæ PP. to. 1. p. 536. 1396.

Hanc epistolam Clemens coram astantibus cum legisset, sua de sella surgens contenta per iram vehementem voce, Hæ litteræ, ajebat, infectæ veneno sunt, tenduntque ad infamandam Supremam Sedem. Responsum aliud haud nacti, qui eas attulerant, libertati suæ veloci abitu consulebant. Ab eo die Clemens manebat mæstus, ac defixus in cogitationibus: pauloque post sentiebat morbum, qui videbatur levis, nec illum decumbere cogebat. Sed die Mercurii 16 Sept. 1394, a sacrificio, cui adfuerat, reversum in conclave suum, ac sedentem corripuit nervorum stupor, & extinxit. Papam egerat sexdecim fere annis; & post dies undecim successorem habuit.

Duboulai to. 4. p. 701.

Ante mortis nuncium delatis Parisios Oratoribus suis Universitas per litteras novas duritiam responsionis haud parum conquerens æquiorem a Clemente tanquam vivo flagitabat. At comperto

Spicil. p. 60.

ejus obitu postero die Mercurii 23 Sept. per Doctores, quos misit paucos, Regem oravit primo, ut Cardinalium Avenionensium suffragationem curaret differendam, donec de negotio concordiæ consultasset amplius, deinde, ut congregaret regni Præsules, ac Barones, Universitatum mem-

membra celeberrima, civesque aliquot insigniores, qui de modo tractandæ rei tam difficilis sententias suas dicerent; postea, ut ad Papam Bonifacium, & Principes ei addictos scriberet, & Universitatem Parisinam ad alias hac de materia scribere pateretur; denique, ut ad obtinendam pacem ecclesiasticam suo in regno supplicationes publicas ediceret. Sæcul. XIV. A. C. 1394.

Rex his cunctis petitionibus tanquam æquissimis annuens Oratores ob omissas tamdiu lectiones, ac reliqua exercitia leniter reprehensos ea resumere jubebat: quod libenter polliciti summo cum gaudio abierunt.

Eodem die post prandium Rex in consilium adhibuit suum fratrem Ducem Aureliæ, suos patruos Biturigum, & agri Borbonii Duces, Aniciensem Episcopum, & inter alios quosdam Joannem Maingrium, qui vocabatur Bucicaltus. Cancellarius indicato eis responso, quod Rex Universitati reddiderat, adjungebat: Rex cogitat post epistolam ad Cardinales Avenionenses scriptam eis mittere Patriarcham Simonem Cramaldum, Magistrum Petrum Aillium, suis præfectum largitionibus, & Pro-Comitem Melodunensem, de concordia Ecclesiæ acturos. Tum Dux Biturigum, Probe, ajebat, novi horum Cardinalium animos. Si laici mittentur, præter declarationem voluntatis regiæ

Sæcul. XIV. A. C. 1394.

regiæ nullum habituri negotium, illis acceptiores erunt, quam Eccleſiaſtici. Scio præterea illis haud placere Petrum Aillium, eo quod hujus conſilio maxime adſcribant molimen Univerſitatis. Sufficiet proin, ſi mittentur Eques, ac miniſter a libellis cum caſtrorum Præfecto Sancerrano, qui prope Avenionem habitat. Huic ſententiæ acceſſerunt omnes.

§. III.

Conclave Avenionenſe.

Rex Renaldo Raugenſi, & Caſtrorum Præfecto Bucicalto ad hoc negotium delectis, præmiſit curſorem cum litteris, per quas orabat Cardinales, ut electionem differrent ſuam, donec ipſius Legatis

Spicil. p. 63. præbuiſſent aures. At cum advenit curſor, tantum non clauſum erat conclave, quod die ſabbati 26 Septembris ſub veſperum intraverant. Collegii Decanus Cardinalis Florentinus erat, cui Regis epiſtolam curſor tradidit. Quid ea contineret, facile conjiciebant Cardinales: ac ne preces regias ſpernere viderentur, ſtatuebant omnes illam non aperire, antequam elegiſſent Papam. Vide, quomodo rem aggreſſi fuerint!

p. 64. Primo, ut poſſent dicere, ſe non eſſe

Rayn. 1394. *n.* 6. fautores ſchiſmatis, litteras confecerunt publicas, quarum hæc erat ſumma: Schisma

ma nunc in Ecclesia regnans tollere bona fide conabimur; & hunc in finem futuro Papæ opem, & consilium afferemus: tantum aberit, ut illud foveamus. Hæc nostrum quivis faciet, etiam qui summum ad pontificatum evectus fuerit: immo is abdicabit hanc dignitatem, si hoc expedire ad Ecclesiæ concordiam censuerint Cardinales. Quæ promissa juramento firmamus. Deinde his litteris sua subjunxere nomina, earumque observationem jurarunt tangentes Evangelia ad conclavis aram, ubi commune fieri sacrum solebat. Subscripsere duodeviginti; & primus quidem Guido Maloessius Episcopus Prænestinus, dictus Cardinalis Pictaviensis: decimus sextus erat Petrus Lunius. Aderant tres alii, qui tabulis chirographum non apposuere, scilicet Decanus, Acrifolius, & Hugo Martialisanensis de S. Maria *in porticu*. Duo aberant Avenione, Jacobus Sabinensis Episcopus ex regia stirpe Arragoniæ, ac Joannes Novocastrinus Episcopus Ostiensis. Omnino viginti tres Cardinales Clementem agnoverant Papam.

Sæcul. XIV. A. C. 1394.

Vitæ PP. p. 567.

§. IV.

Petrus Lunius eligitur in Papam.

Die lunæ 28 Sept. præsentes Cardinales Petrum Lunium concordibus co- *Vitæ p. 566.*

opta-

Sæcul. XIV. A. C. 1394.

optarunt ſuffragiis: tum prandii hora relicto conclavi eum duxere in Avenionenſe templum cathedrale: ubi nomen Benedicti XIII aſſumpſit: quod triginta ſervavit annis. Beneficio Gregorii XI an. 1375 Romanam nactus purpuram appellabatur Cardinalis Arragonius; poſt illius mortem dignus ſede ſuprema habitus ob mores ſuos, etſi tunc admodum juvenis. Fuit ex illorum numero, qui elegerunt Urbanum VI: & ratam electionis authoritatem ſibi perſuaſam eſſe ſignificavit initio: ſed invitus adfuit, cum is ſolio imponeretur, egitque omnia, ut abeſſe ſibi liceret. Poſtremus tamen Roma exiit, & Anagniam delatus cum reliquis cooptavit Clementem, cui ſemper addictus manſit.

Sup. l. 97. §. 37.

Vit. p. 1182.

Vit. p. 1186. &c.

Ut Legatus in Arragoniam, Caſtellamque ab eo miſſus multos per annos pro viribus augere partes ejusdem in Hiſpania ſtuduit; ſed non defuit ſibi, grandem coacervans pecuniam. Pacis eccleſiaſticæ neglectus erat, quem in Clemente crebro reprehendit: ſic ad Reges, ſic ad Principes, Præſulesque loquebatur, immo ad populum ex ſuggeſtu. In Francia fungens legatione Regi, & Univerſitati Pariſinæ dictitabat ſe, ſi quando Clementi ſuccederet, nulli parſurum labori, ut diſtractas Eccleſiæ partes ad concordiam reduceret, cujus deſiderio flagraret. Unde

Th. Niem. l. 2. c. 33.

de factum, ut Petrum loqui candide rati Cardinales Avenionenſes adeo properarent eum in Papam eligere: nam in conclavi fuere unica die, nempe Dominica. Sæcul. XIV. A C. 1394.

Univerſitas Benedicto ſcripſit hanc in ſententiam: Cardinales, ut electionem paulum differrent, oravimus, putantes, ſic facilius extinctum iri ſchiſma. Sed te puncta tuliſſe omnia certo edoctos ingens nos perfudit gaudium: & merito. Nam pacis eccleſiaſticæ ſtudium, quo tua mens ardebat hactenus, &, ut audimus, atque credimus, etiamnum ardet, denique, dum voto acceſſit facultas, in lucem, ut ſperamus, prodibit. Hortantur poſtea per rationes urgentiſſimas, ut ne uno quidem cunctetur die: & addunt: Dices forſitan, rem non pendere a te ſolo. Crede nobis: ſanctiſſime Pater! Eccleſiæ pacem in manu tenes. Quantum eſt in te, age fideliter: id ſolum petimus. Si tuus adverſarius tantundem faciet; res ſalva erit: omnem concordiæ viam ſi reſpuet obſtinatus, totus eum damnabit orbis; ut improbum ſchiſmaticum junctis viribus inſectabitur; ac de ſede perperam poſſeſſa pellet. Dabat 9 Octobr. 1394. *Spicil. p. 65. Kayn. n. 7.* *Spicil. p. 68.*

Benedictus nondum has nactus litteras Univerſitati quinto Idus Octobres ſui electionem per epiſtolam indicavit; ubi enarrato ejus modo adjungit: Sicut per *p. 120.*

Sæcul. XIV. A. C. 1394.

diuturnam variis in legationibus experientiam novimus gravitatem oneris præsertim hujus schismatis infausti tempore, ita exposita imbecillitate nostra illud sæpius, & magnopere deprecati, cum non audiremur, denique idem suscepimus in Dei misericordia confidentes. Continens ordo historiæ demonstrabit, quam falso, & per quantam probitatis simulationem ita scripserit: quæ per aliquot sæcula pæne in consuetudinem venerat.

Spicil. p. 70. 123. Sed accepta Universitatis epistola Benedictus 12 Novembris ei alteram scripsit; in qua idem concordiæ desiderium perhibet, addens: Nostram hac de re mentem per Nuncios edocuimus Reges, ac Principes catholicos, præcipue dilectum filium nostrum Regem Galliæ, regiique sanguinis Principes per Ægidium Avenionensem Episcopum, Petrumque Blaviensem Juris Pontificii Doctorem, quos rem vobis indicasse credimus. Præsul Avenionensis erat Ægidius Bellomerus celeber Juris Doctor, ex Andegavensi Archidiacono Vauri, tum Anicii, demum Avenionis Episcopus ab anno 1390.

Gall. Chr. nov. p. 826. Spicil. p. 70. Parisios delatus, cum Benedicti litteras Universitati traderet, exposuit, si hæc ad illum mitteret album beneficiorum, quæ cuperet, eum libenter subscripturum. Reapse Avenionem missus est index per consilium Doctorum, Rectorisque confectus.

ctus. Ægidius etiam Regem Carolum adiit, monuitque, ut ad Eccleſiæ concordiam incumberet. Itaque Rex Avenionem miſit Petrum Aillium ſuis præfectum largitionibus, ac Theologiæ Doctorem cum Benedicto clam locuturum. Sæcul. XIV. A. C. 1394.

Bonifacius, quoscunque poterat, ſuis adjungebat partibus: alium ad concordiam greſſum non faciebat. Igitur cum audiiſſet, in Francia, Provincia, Pedemontio, aliisque regionibus dari homines, qui Clementem agnoviſſent Papam, ſed ſubmittere ſe Romæ vellent, eos poſt ejurationem ex formula præſcripta factam cenſuris, in quas incidiſſent, omnibus exſolvi per Gradenſem Patriarcham Petrum, quem ad Aulam Gallicam mittebat, voluit. Mandatum dedit 17 Octobr. 1394. Menſe Aprili in Hiſpaniam ſimili cum mandato miſerat Franciſcum Hugacionem Archiepiſcopum Burdigalenſem, Urbinatem Italum, celebrem Juris conſultum. At utriusque legatio effecit nihil. Hiſpani, Gallique malebant ſequi Benedictum, aut illum potius, qui pro duobus æmulis in Papam eligeretur. *Rayn.* 1394. *n.* 15.

§. V.

Concilium Pariſienſe.

Rex Franciæ Carolus legationibus inutiliter conſumi tempus videns de ſuo- *Spicil. p.* 71. *to.* 11. *conc. p.* 2511.

Sæcul. XIV. A. C. 1395.

J. Juven. p. 10. & 108.

suorum consilio in anniversarium Lustratæ Virginis quartum Nonas Februarias anni 1395 Parisios convocavit conventum magnum, cui destinavit palatium. Accersebantur plures quam centum quinquaginta Præsules: at multi se per senium, infirmitatem, vel inopiam excusabant suam. Ex iis, qui venerunt, insigniores erant duo Patriarchæ Simon Cramaldus Alexandrinus, Carcassonensis Ecclesiæ Administrator, & N. Hierosolymitanus, episcopatus Pontiosanensis Gubernator; Lugduni, Senonum, Remorum, Rothomagi, Turonum, Bituricæ, ac Vesuntionis Archiepiscopi septem; quadraginta sex Episcopi, Abbates novem, aliquot Decani, & Doctores plurimi, qui singuli nominantur.

Antequam concilium inchoaretur, Præsules omnes in Præsidem cooptarunt Patriarcham Simonem Cramaldum Juris Pontificii Doctorem inclytum, subtilem, ac facundum. Tum Doctor Petrus Aillius Avenione reversus Regi rationem sui cum Benedicto negotii reddidit, at occulte. Id unum impetravit Universitas, ut ille Calendis Februariis in exedra palatii Pauliani, quod Rex incolebat, audiretur palam. Longum ibi sermonem habuit, cujus in fine dicebat, viam cessionis non solum Universitati, sed Christianis omni-

omnibus breviſſimam videri, ac tollendo ſchiſmati maxime idoneam. Sæcul. XIV. A. C. 1395.

Poſtero die feſto Præſules in ſacello palatii faciendum curabant ſacrum ſolemne, ac præſidium S. Spiritus implorabant: tum Patriarcha præſidens petebat, ut ſuam quisque ſententiam bona fide dicerent. Erant octoginta ſeptem numero, qui ajebant ineundam eſſe viam ceſſionis, nec aliam. At re comperta Benedicti Nuncii tunc Pariſiis verſantes a Rege contendebant, ut nihil decerni hoc in conventu ſineret, ſed Benedicto deciſionem relinqui ultimam juberet: quod Rex annuit. *Vitæ PP. to.2. p.1109.*

In menſem totum productum eſt concilium: delectique ſunt Legati ad Benedictum Duces Biturigum, & Burgundiæ Regis patrui, & frater ejus Dux Aurelianenſis cum quibusdam illius Conſiliariis. Inſtruebantur mandatis, quorum ſumma hæc erat: Non eſt procedendum per viam facti, quæ acciret bella, & periculoſa Regum diſſidia: poſſetque accidere, ut ſuccumberet Papa legitimus. Nemo teneretur credere, victorem eſſe Papam verum: ita ſuſpenſi hærerent animi, nec finiretur ſchiſma. Intruſus, nempe Bonifacius, & partes ejus ad partes Benedicti adduci poſſe non videntur ob pertinaciam ſuam, diuturnitatem ſchiſmatis, & promotiones Præſulum, aliorumque *Duboulai p.774.* *Spicil. p.76.* *Conc. p.2515*

Sæcul. XIV. A. C. 1395.

beneficiariorum: demum Principes amborum partium æquabili vellent ratione tractari: ac etiamsi Bonifacius abiret a munere, partes ejus non obedirent Benedicto, nec hujus partes obtemperarent Bonifacio, si Benedictus dignitatem solus deponeret.

Quod attinet ad tres vias ab Universitate ostensas, sufficit in præsens, si Rex eas Benedicto significet, ut aliquam earum eligat, melioremve, aut æqualem proponat. Et postea: Quanquam via concilii generalis videtur esse prima ex Jure, nunc suadenda non est ob difficultatem æque ac diuturnitatem suam: deberent cuncti Præsules eo acciri; & uterque Papa alterius partis fautores haberet pro suspectis, schismaticis, & proscriptis. Etiam via compromissi rejicitur in mandatis, & monstrantur ejus incommoda. Denique præfertur cessio, ac ex ordine exponitur modus exequendi eam, & alium eligendi Papam.

§. VI.

Principum legatio ad Benedictum.

Tres Duces Biturigum, Burgundiæ, & Aureliæ Avenionem die sabbati 22 Maji an. 1395 advenerunt cum aliquot Præsulibus, Nobilibusque Regis Consiliariis, ac membris quibusdam Universitatis.

tatis. Congruis excepti honoribus proximo die lunæ in ſenatu publico propoſitionem fecere ſuam tendentem generatim ad concordiam Eccleſiæ. Die Martis 25 Maji in ſecreto cum Papa colloquio mox petebant tabulas in conclavi confectas: quas ægerrime ſibi exhibitas deſcripſerunt. Sequentibus Mercurii, ac Veneris diebus urgebant Papam, ut exponeret modum, quo curare concordiam vellet. Non proferebat alium, quam colloquium inter ſe ac Bonifacium una cum ipſorum Cardinalibus: ſed hac ipſa in re non ſe pluribus explicabat verbis, ne adverſarii ſui eam impedirent, ut ajebat. Sæcul. XIV. A. C. 1395. *Vit. p. 1110. Sup. §. 3.*

Die tertia Pentecoſtes 1 Junii Duces, & horum Conſiliarii Benedicto, & Cardinalibus proponebant ceſſionem; impugnabant vias reliquas ab eo commonſtratas, & ſpeciatim congreſſum cum Bonifacio; orabantque illum, ut eligeret ceſſionis viam præ quavis alia. Reponebat: Exponite mihi ejus modum, ac uſum! & poſt deliberationem vobis reſponſum reddam, quod veſtrum aſſenſum merebitur. Offenſis Duces animis ſurgebant protinus, & inclinato corpore illum venerati Villam Novam Avenionenſem, ubi habitabant, redierunt.

Illuc accitos Cardinales rogabant, an ceſſionis viam cenſerent aptiſſimam ad Eccleſiæ concordiam? Reſpondebant *Spicil. to. 6. p. 133.*

Sæcul. XIV. A.C. 1395.

illi: Nos ad eam expedire credimus colloquium partium a Papa propositum. Sed quia Regi, & Consiliariis ejus melior videtur cessio, conformamus nos ad voluntatem ejus, ac vestram; & hanc in viam consentimus. Duces per notarios suos mandandum scripto curabant id responsum Cardinalium, qui sentire idem videbantur omnes, præter Cardinalem Pompejopolitanum, Hispanum unicum in Avenionensi curia. Is Ducibus in præsentia reliquorum Cardinalium respondens rejiciebat adhibitam formam poscendi cessionem, & modum agendi cum Papa.

p. 1113. &c. Benedictus Duces ad sententiam suam traducere per tres hebdomades frustra conatus tandem die Dominica 20 Junii eis responsionem dedit scriptam, & litteris Apostolicis similem. Ibi verbis multis pauca loquitur; viam cessionis respuit; & in colloquio se inter ac Bonifacium instituendo perstat. Sequente nocte pars dimidia pontis Avenionensis Villam Novam versus exstructi combusta fuit: quod Benedictus censuit dedita factum opera, ut terror sibi, & Avenionis civibus injiceretur: sed alii authorem facinoris dicebant Benedictum: qui se purgandi gratia pontem velociter reparandum curabat. Duces interea Villa Nova per navigium Avenionem delati apud Cardinales quosdam septendecim dies diversa-

Spicil. to. 6. p. 126 Duboulai to. 4. p. 746. Juven. p. 111.

versabantur; & cum Cardinalibus in cœnobium Fratrum Minorum sæpius convocatis consilia Benedicti ingratiis conferebant. Sæcul. XIV. A.C. 1395.

Die Jovis 1 Julii hi Cardinales a Ducibus instigati studebant Benedictum ad ineundam cessionis viam inducere, ut evitaret offensiones, & mala insanabilia, quæ impendere illius capiti videbant. Post dies octo locuti iterum cum Benedicto Duces, quia nihilo plus impetraverant, eum valere ultimo jusserunt: & postero die Veneris 9 Julii accitis in Monasterium Minorum Cardinalibus Doctores quatuor de comitatu suo voluerunt numeroso populo præsenti suam agendi rationem probare: tum reversi Villam Novam, & paucis post diebus Parisios profecti nono Calendas Septembris illuc advenere. *Vit. p. 1121.*

§. VII.

Aliæ legationes ob concordiam.

Postquam ad Regem ac Senatum ejus de rebus gestis retulerant, orabant illum, ut ob Ecclesiæ concordiam instituta persequeretur. Statutum est, ut Rex ad alios Principes Christianos hac de causa Legatos mitteret. Missi in Germaniam Noviodunensis ad S. Ægidii Abbas, ac Ægidius Campius celeber Theologiæ Doctor

Sæcul. XIV. A. C. 1395.

ctor parum efficiebant, licet munere ſua perbene fungentes. In Anglia Simon Cramaldus Patriarcha Alexandrinus, & N. Viennenſis Archiepiſcopus benigne ſunt accepti.

Duboulai to. 4. p. 751. * de Courtecuiſſe.

Univerſitas quoque Pariſina Joannem * Brevicoxium Doctorem Theologiæ, Petrum cognomine Regem Doctorem Juris Pontificii, Abbatem Michaëlimontanum, quendam Medicinæ Doctorem, duosque Magiſtros Artium, tanquam Oratores ſuos in Angliam miſit cum litteris ad Univerſitatem Oxonienſem, quæ continebant teſtimonium fidei Oratoribus habendæ, ac exhortationem generalem ad navandam paci eccleſiaſticæ operam; & datæ ſunt in conventu ob id unum facto apud Mathurinos 26 Aug. 1395, biduo poſt, quam Principes Avenione redierant.

Eodem tempore Pariſina Univerſitas in Germaniam ad Univerſitatem Colonienſem, & ad Electores Imperii a Papa Bonifacio ſtantes legavit Petrum Plavolium Doctorem Theologiæ, quendam Doctorem Juris Pontificii, & duos Magiſtros Artium. Negotii ſucceſſum ex parte docet Archiepiſcopi Colonienſis Friderici Sarverdii ad Univerſitatem Pariſinam epiſtola 7 Oct. 1395 ſcripta hunc in modum: Veſtras de concordia Eccleſiæ litteras *p. 752.* accepimus læti; & audivimus ea, quæ Ora-

Oratores veſtri de ſuo rem perſequendi ardore, de comitiis Aquisgrani omiſſis, ac de cauſæ viſceribus ad nos dicebant. Poſtulata fuiſſe comitia, & Gallorum Regis, veſtrosque Legatos Ultrajectum veniſſe haud comperimus, niſi poſt eorum reditum in Franciam; idemque firmiter credimus de cæteris Electoribus Imperii. Approbamus, quantum poſſumus, veſtrum concordiæ ſtudium, ac mentem noſtram Legatis veſtris declaravimus. Duos eorum retinuimus nobiscum ducendos Poppardiam; ubi nos reliquis cum Electoribus decimo tertio menſis hujus affore ſperamus: cæteros duos vobis remittimus. Sæcul. XIV. A. C. 1395.

Interim Abbas Michaëlimontanus Univerſitatis Orator cum ſociis, quibus præerat, ad Regem Angliæ Richardum admiſſus longiſſimo ſermone demonſtrabat neceſſario debere, ac maxime per viam ceſſionis poſſe finem imponi ſchiſmati. Rex Gallice reſpondit per epiſtolam, in qua fervorem Univerſitatis Pariſinæ magnopere laudans petit ſpatium conſulendi Oxonienſem, & Cantabrigianam, ſpondetque ſe poſtea Legatis ſuam ſententiam indicaturum. Illi tertio Idus Octobris has accepere litteras. p. 755. p. 772.

§. VIII.

Sæcul. XIV. A. C. 1395.

§. III.

Quæstiones Doctorum Parisiensium.

Parisiis sub idem tempus, ut constaret
p. 753. Benedictum inique facere, ponebantur quæstiones novem, quas brevitatis causa redigo in has propositiones: Benedictus, nisi viam cessionis ineat, graviter peccat ut fautor schismatis. Nequit excusari per ignorantiam, si spectentur diuturnitas temporis, ac illius deliberatio de monitis
Sup. §. 3. Cardinalium, Regis, & Principum Galliæ, ac Universitatis Parisinæ. Perjurus est, nisi cedat ob jusjurandum, quod in conclavi dedit. Cardinales non debent sectari persequentem vias, quas proposuit. Ad cedendum compelli potest; cunctique catholici, præsertim Principes operam huc suam conferant, oportet. Si obsistat, est obnoxius generali concilio suarum partium, quod exauthorare contumacem potest. Demum sententiæ, quas hac in re forsitan pronunciabit, vim habebunt nullam; & ab iis appellare ad Concilium generale licebit.

Spicil. to. 6. *p.* 143. Fecit hoc Universitas: ac tenemus tabulas provocationis confectas nomine
Rayn. 1395. *n.* 10. quatuor Facultatum, & totidem nationum: ubi post expositam totius rei seriem Universitas a Benedicto, & omnibus in-
p. 152. juriis sibi per eum illatis hactenus, & in posterum forsan inferendis ad futurum Papam

pam unicum verumque, ac Sedem ſacram appellat. Sæcul. XIV. A. C. 1395.

Conqueritur inibi de quodam Dominicano, qui pro Benedicto ſcribens ipſam vocaſſet filiam Satanæ, aliisque convitiis violaſſet; ab illo tamen receptus in familiam, & promotus ad dignitatem fuiſſet: unde non leviter ſuſpicatur illum fovere ſchiſma. Hic Dominicanus erat Joannes Azo Theologiæ Doctor, ac Benedicti Pœnitentiarius, qui per ſuum ſcriptum ad quæſtiones Theologorum Pariſienſium reſpondens contendebat Benedictum haud poſſe adigi ad ineundam ceſſionis viam. Memineris oportet, Benedictum ab utraque parte fuiſſe habitum pro Papa legitimo. *p.* 149. *Rayn. n.* 12.

Inveniuntur etiam epiſtolæ duæ a Theologis Pariſinis cuidam Præſuli de Benedicti familia ſcriptæ, per quas reſpondent ad novem quæſtiones Univerſitatis. Verſantur illæ his in propoſitionibus: Ex jure divino haud liquet, Papæ ineundam eſſe viam ceſſionis, alioquin peccaturo graviter: eſt tantum quæſtio anceps, de qua in utramque partem diſputari poteſt: multique Juris Canonici Profeſſores periti eam putant ridiculam. Etiamſi Papa juraſſet ſe abiturum a munere, non id facere teneretur, ſi Eccleſiam videret ex abdicatione ſua expoſitam hæreſibus, ac erroribus periculoſis. *Duboulai p.* 753.

Hoc

Sæcul. XIV. A. C. 1395.

Hoc in juramento subaudiuntur multæ conditiones, per quas posset ejus religione solvi, & quarum examen non pertinet ad subjectos Papæ, qui nullam in eum p. 754. authoritatem habent. Hunc invitum externo in foro judicandi potestatem nemo tenet, ne generale quidem concilium. Qui alios in Papam concitant, seditionis, & novi schismatis authores sunt, privandi omni facultate tribuendorum in scholis graduum, donec modeste se submittant ei, cui debent hanc potestatem. Hi Papæ, ac sedis summæ inimici aperti merentur amittere cuncta privilegia, quæ contra ipsorum authorem adhibent. Nemo Papæ adimere potest authoritatis plenitudinem, quam hic a Deo proxime accepit.

§. IX.

Beneficiorum indices prohibentur.

Tolosana Universitas suscepit partes Doctorum has proferentium propositiones, & in Universitate Parisina quoddam schismatis genus efficientium. Nam Benedicti Procuratores quidam, præsertim Guilielmus Vasatensis Episcopus Juris Pontificii peritos ipsi adjungere conabantur per spem beneficiorum, quæ studiosis defensoribus suis largiter conferret. Universitas suorum aliquos indicem beneficiorum

neficiorum, quæ poscerent, ad Benedictum misisse audiens, ad Cardinales Avenionenses 28 Dec. 1395 ita scribebat: Nuper admodum comperimus, nostrorum aliquos non adeptos doctrinæ insignia, sed tantum designatos Juris Canonici Doctores, aut prima donatos laurea, vel discipulos de consilio Vasatensis Episcopi contra sanctiones nostras misisse ad Papam nominum indicem, ac beneficia postulasse. Supplicamus igitur, ut hoc album Ecclesiæ tam noxium supprimatis, ne effectum habeat. Sæcul. XIV. A. C. 1396. p. 752.

Duobus post mensibus, nempe 22 Febr. 1396 Universitas apud Mathurinos fecit decretum hujusmodi: Vetamus, nequa Facultas, natio, vel societas discipulorum, aut adeptorum gradum ad Papam indicem ullum, vel ad modum indicis supplicem libellum sine Universitatis consensu mittat: alioquin minus digni, sed magis audaces mercedem meritis debitam auferrent; & inde nascerentur offensiones, ac dissidia perniciosa. Proinde omnibus, qui Universitati juramentum dixere, præcipimus, ut & hanc interdictionem observent, ejusque violatores Rectori denuncient. Quæ sanctio nostra referetur in libros cujuslibet Facultatis, ac nationis: & quotquot accipient gradum, illius observationem jurabunt, alioquin ab Universitatis corpore sejungendi. p. 755.

Per

Sæcul. XIV. A. C. 1396.

Per Martium hujus anni 1396 Universitas convenit sæpius ob litteras, toto ex orbe Christiano acceptas: & duodecimo ejusdem mensis apud Mathurinos statuit ad omnes Universitates extra regnum positas, cunctosque Reges, ac Principes scribere, ut cessionis viam eis commendaret. Duæ litteræ circummissæ, ad Universitates alteræ, alteræ ad Principes continent eandem rem, si summam spectem, scilicet adhortationem generalem ad curandam pacem ecclesiasticam, fidemque habendam Oratoribus, qui illas ferrent. Interim Universitas Oxonienſis Regi Richardo respondit longissimam per epistolam; ubi seu præoccupata favore in Bonifacium, seu per æmulationem Doctorum Parisiensium rejecta cessione contendit, generale concilium esse ad pacem viam optimam. Et vero inita fuit. Hanc epistolam 17 Martii an. 1396 scriptam Richardus ad Universitatem Parisinam misit.

p. 773.

p. 785.

§. X.

Wicleffi errores.

Londini anno priore Lollardi seu Wicleffistæ per occasionem absentiæ Regis in Hibernia versantis publice portis templorum S. Pauli, ac Westmonasterii affixere criminationes, propositionesque abominandas in Clerum, & Sacramenta. Dice-

Dicebantur defendi per quosdam Optimates, & maxime Religiosis machinari pestem. Rex comperta re properavit in Angliam: quo delatus acriter objurgavit Proceres Lollardorum Duces, præsertim Richardum Sturium; quem ejurare illorum opiniones jussit, probrosa nece, si fidem falleret, afficiendum. Sæcul. XIV. A. C. 1396.

Anno 1396 Papa Bonifacius Regi Richardo scripsit, ut Præsulibus contra Lollardos, quos Ecclesiæ, ac Regis proditores vocabat, opem ferret, ac damnaret illos, quos Episcopi declarassent hæreticos. Hæc ipsa ratio fortassis erat, ob quam Londini eodem anno habebatur provinciale concilium; ubi condemnabantur duodeviginti puncta *Trialogi* Wicleffiani: ponderosiora vide! Panis substantia manet in Sacramento altaris post consecrationem. Arrogans & insanus est, qui contendit, Christianorum infantes sine baptismo mortuos non consequi salutem. Collatio Sacramenti Confirmationis non est reservata Episcopis. Apostolorum tempore duobus Cleri Ordinibus contenta erat Ecclesia, Sacerdotes tantum, & Diaconos agnoscens: fastus Imperatorius fuit, qui reliquos invenit gradus Papæ, Patriarcharum, ac Episcoporum. Non est verum matrimonium inter conjuges ætate graves, dum nuptias faciunt sine spe obtinendi liberos. Dissolutionem con-

p. 352.

To. II. *conc. p.* 2079.

Art. 1.

a. 4.

5.

6.

7.

8.

Sæcul. XIV. A.C. 1396.

nubii ob cognationem, vel affinitatem perperam ſanxerunt homines. Conjugium verba de futuro, ac de præſente faciunt æque firmum.

10. Duodecim procuratores Antichriſti ſunt Papa, Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Judices eccleſiaſtici, Decani, Monachi, & Canonici tum ſæculares, tum religioſi, denique Fratres Mendicantes, ac ſtipis rogatores ex officio. Divinus codex Sacerdotibus, & Levitis tantum decimas, & dona tribuit: ac hæreſim docet, qui ait licere Sacerdotibus, & Miniſtris legis gratiæ accipere fundos, ac bona profana. Hæc adimere Eccleſiaſticis peccando aſſuetis Domini profani non modo poſſunt, verum etiam debent, alioquin damnandi. Adverum dominium profanum neceſſaria virtus eſt, ita, ut gravi noxa inquinatus homo nullius rei ſit Dominus. Non credenda ſunt ea, quæ Papa, & Cardinales docent; nec parendum eorum monitis, præterquam illis, quæ clare deducere divinis e litteris queunt: cætera contemnenda tanquam hæretica.

11. 12. 13. 16. 18.

Hæc puncta condemnavit Thomas Aruntinius Archiepiſcopus Cantuarienſis. Roberti Aruntinæ Comitis filius anno 1375, ætatis ſuæ 22 jam Epiſcopus Eliæ, anno decimo regiminis Richardi II, nempe 1387 Angliæ Cancellarius, anno proxi-

Goduin. p. 325.

proximo per Urbanum VI Archiepiscopus Eboracensis factus, post mortem Guilielmi Curtiniacensis postrema Julii an. 1396 obitam per Bonifacium IX sub Natalem Christi translatus Cantuariam mox Angliæ Cancellarii munus deposuit; & litteris translationis 11 Jan. 1397 promulgatis 19. Febr. solemniter in nova sede sua collocatus fuit. Ita videtur difficile, Concilium propositiones Wicleffi eo Præside damnans fuisse congregatum anno 1396. Sæcul. XIV. A. C. 1396. p. 56. p. 175.

Utcunque sit, ex mandato ejus, & paulo post damnationem decem & octo punctorum factum est, ut horum confutationem ipsi mitteret Guilielmus Videfordius. Erat in Universitate Oxoniensi Theologiæ Doctor ex Ordine Minorum, natione Anglus, & singularem operam dedit Wicleffi erroribus oppugnandis. Id per authoritates sacri codicis, & Patrum fortissime agit in hoc opere, quod ex optimis est hac de materia compositis. Author decessit eodem anno 1397, multaque alia scripta reliquit. *Fasci. rer. exp. fol. 96. Vading. scriptor. p. 157.*

§. XI.

Legatio pro concordia.

Interea initis Franciam inter & Angliam induciis Rex Carolus suam filiam Isabellam Regi Richardo despondit per pa- *Juven. Urs. p. 114. 178.*

Sæcul. XIV. A. C. 1395.

ctionem confectam 9 Martii an. 1395. Duo Reges in colloquium venerunt: in quo Richardus promisit fore, ut desineret stare a Papa Bonifacio, & hunc æque ac Benedictum impelleret in viam cessionis. Ideo duobus æmulis litteras scripsit communes, & in sola inscriptione diversas: nam Bonifacium vocabat Papam, Benedictum duntaxat Cardinalem. Ambos orabat, ut ingrederentur cessionis viam, auscultarent epistolæ latorem (erat Abbas Westmonasterienſis) ac responsum redderent intra festum S. Magdalenæ diem 22 Julii anno 1396. Abbatem peragrata Francia Avenionem delatum noluit audire Benedictus, ni haberet ipsi honores Papæ debitos: tum ille sibi non ultra procedendum ratus in Angliam revertit.

Labour. p. 339.

Rayn. 1396. Benedictus Romam misit Legatos quatuor, scilicet Episcopum Bartholomæum nomine, Dominicum Masconem Doctorem Legum, Petrum Garsiam, & Bartolinum Rustigium. Hi Fundos delati ajebant se jussos esse cum Papa Bonifacio colloqui de modis tollendi schismatis: Cum eos Papa non acciendos duceret; Francisco Episcopo Segoviano, quem noverant, & qui Romana in curia agebat, scripsere, ut ipsos adiret. Permisit hoc Papa ea lege, ut audita fideliter indicaret.

§. XII.

Sæcul. XIV. A. C. 1396.

§. XII.

Conſpirationes in Bonifacium.

Igitur ad eos ſe contulit Epiſcopus, & ad Papam rediit. Sed iis poſtea perhibebat, illum utrimque dixiſſe falſa, & cum Legatis quatuor egiſſe de petenda Roma, & commovendo ibi tumultu, qui Papam ipſum diſcrimini objeciſſet. Epiſcopus ad Legatos revertendi opportunitate carens ſua eis manu ſcripſit epiſtolam, per quam Bonifacium probris, & conviciis operiebat, hortabaturque illos, ut clandeſtina conſilia ſua exequerentur.

Bonifacius rem edoctus Conradum Nicoſiæ Archiepiſcopum ſuis præfectum cubiculis 8 Apr. 1396 juſſit in hæc omnia inquirere, ac Epiſcopum Segovianum, ſi ſontem inveniret, ſecundum canones plectere. Erat profecto, cur Bonifacius Romanis diffideret: nam duos abhinc annos, nimirum menſe Majo an. 1394 Honorati Fundorum Comitis impulſu violentam in eum ſeditionem fecerant. Vexillarii ducebant populum, qui ſummum in urbe dominatum vendicare ſibi cupiebat. Tanto in Papam odio ferebantur, ut eum capturi crederentur, vitaque ipſa privaturi. Sed Ladislaus Neapolis Rex, ut quasdam ab illo gratias obtineret, tum Romæ commorans, cum eum tuendi cauſa ſuos armaſſet, vexillarios & populum

Rayn. 1395. *n.* 17. *S. Ant. p.* 416.

Sæcul. XIV. A. C. 1396

cum eodem reconciliavit, pacatamque reliquit urbem. Similes turbas præventurus Bonifacius reædificatum S. Angeli caſtellum muniit, quod a Gallis in principio ſchismatis ex parte deſtructum Romani ſeditioſi plane diruerant.

Th. Niem l. 2. c. 14.

§. XIII.

Martinus Arragonum, ac Siciliæ Rex.

In Hiſpania Joannes Arragoniæ Rex 19 Maji an. 1395 in venatione ſubito mortuus ſucceſſorem habuit ſuum fratrem Martinum Montis Albi Ducem. Hujus filius natu major pariter Martinus nomine duxerat Mariam filiam Friderici Aragonii cognomento Simplicis, Trinacriæ, ſeu Siciliæ Regis extincti anno 1368: & cum patre, Mariaque conjuge anno 1386 in Siciliam delatus a Siculorum parte Rex agnoſcebatur: nam regnum erat diſtractum magnopere; multique Optimates ſibi quisque proxima occupaverant. Agnoſcebant Papam Romanum, Avenionenſem vero Rex Arragonum, & plurimi Fratres Mendicantes Franciſcani, & alii. Bonifacius ut his obſtaret, & animos, ſi poſſet, ad concordiam reduceret, Gilfortium Panormi Archiepiſcopum eſſe ſuum in Sicilia Nuncium juſſit per litteras 10 Junii an. 1396 datas. Sed nullum mandati hujus effectum video.

Sur. Indic. p. 529.

Facel. p. 529. 930.

Rayn. 1396. n. 4.

§. XIV.

Sæcul. XIV. A. C. 1396.

§. XIV.

Universitas Benedicto parere recusat.

Parisina Universitas Benedictum haud posse flecti, sed quo studiosius incitaretur ad cessionem, eo pertinacius obsistere videns censuit denegandam illi obedientiam, susceptique consilii rationes scripto edidit. Initium ducebat ab enarratione factorum, memorans conatus a se adhibitos ad extinguendum schisma Clementis tempore; litteras Cardinalibus scriptas, ne alium ei sufficerent; multorum gaudium de audita Benedicti electione, quippe qui ut Cardinalis suum concordiæ studium Franciæ significasset, ac jurejurando in conclavi sanxisset; concilium anno priore Parisiis habitum; irritam trium Principum ad Benedictum legationem. *Duboulai p. 799.*

Tum exponebat suas querimonias, quarum hæc est summa: Nihilominus Universitatem vexare statuit, & quosdam ei subjectos etiam beneficiis privari jussit. Perhibet Universitatem per sui odium sic agere. Respuit cessionem ut iniquam, & rationi minime consentaneam; quamvis reapse sit ad schismatis extinctionem via optima, & unica: nec tamen aliam decernit; sed sermonibus confusis, & dilationibus utitur, tantum in *p. 801.*

Sæcul. XIV. A. C. 1396.

p. 802.

ſtatu ſuo manere perpetuo ſtudens. Juramentum in conclavi dictum detorquere voluit in ſenſum diverſum, & Cardinalium menti repugnantem. Legatos omnem in partem mittit, ut per dona, & relationes falſas orbem univerſum præoccupet, impediatque, ne conveniat de via ceſſionis.

His ex querelis Univerſitas ſub nomine Joannis Credonenſis Magiſtri Artium, & Sacerdotis e diœceſi Laudunenſi, quem conſtituerat Procuratorem ſuum, confecit tabulas provocationis longiſſimas; quæ continent cunctas utriusque partis rationes, ſeu potius obtentus, ſub quibus ſchisma continuabatur. Quocirca in fine ad Papam futurum, unicum, ac verum appellat Univerſitas ab omnibus cenſuris, quas ſtatuiſſet, aut deinceps ſtatueret Benedictus.

Spicil. 143. *Duboulai* p. 803.

p. 820.

Is indicata ſibi protinus ea re graviſſime offenſus edidit litteras in hanc ſententiam ſcriptas: Ut comperimus etiam ex voce publica, Joannes Credonenſis, qui ſe dicit Procuratorem Univerſitatis Pariſinæ, contra nos, & Romanam Eccleſiam eo proceſſit, ut nomine illius ſocietatis temere provocat per prætextam cauſam quarundam injuriarum, quas illa perhibet nos ſibi minatos eſſe, aut in poſterum facere poſſe. Ne turbulentiſſimi quidem unquam talem interpoſuerunt appellationem,

nem, quippe contrariam tum plenitudini potestatis S. Petro, ac successoribus ejus a Christo collatæ, tum sacris canonibus, qui vetant, nequis a Summa Sede seu a Papa appellet. Igitur hanc provocationem declaramus nullam & irritam, salvo nostro jure in hunc provocatorem, ac ejus socios animadvertendi, prout eorum insolentia meruerit. Dabat Avenione 30 Maji an. 1396. Sæcul. XIV. A. C. 1396.

Universitas harum litterarum summam per communem famam edocta 10 Julii ad Cardinales Avenionenses scribens rem conquerebatur, & ut schisma tollere plus quam alias conarentur, orabat. Tum divulgavit alteras appellationis tabulas, quæ instar reliquorum illius temporis operum verba multa, sed paucas rationes continent. Afferuntur exempla Paparum gradu motorum, velut Benedicti V in Romano concilio anno 964 urgente Imperatore Ottone I; Benedicti VI promoti an. 972, sed paulo post capti, strangulatique a Centio; ac Benedicti IX a Romanis an. 1044: sed posteriora duo exempla fuerunt meræ violentiæ. Memoratur ibi etiam Anastasius II a parte Cleri sui derelictus: sed hanc fabulam Gratianus scripsit post Anastasium Bibliothecæ Præfectum. *p.* 826. *p.* 822. *Sup. l.* 56. §. 10. §. 36. *l.* 59. §. 47. *V. Conc. to.* 4. *p.* 1177. *D.*

Sæcul. XIV. A. C. 1396.

§. XV.

Imperatores Constantinopolitani.

Biblioth. Orient. p. 175. Sup. l. 98. §. 42.

Hoc anno Turcæ in Hungaria nobilem Christianis palmam præripuere. Bajazet seu Abu Jezid quartus e Sultanis Ottomannis anno Epochæ Arabicæ 791, Christi 1388 patri suo Amurato successerat, cognominatus Ilderim seu Fulmen ob rapiditatem victricium suorum progressuum. Anno 1393 Constantinopolim oppugnans Imperatorem Manuelem Palæologum in tributum sibi decies mille florenos aureos pendere, ac Turcis delubrum partemque urbis tradere coëgit. Cum Græci ad Papam Bonifacium confugissent, ut Principum Latinorum subsidia obtinerent, jussit adversum Turcas sacrum cani classicum in regionibus sibi deditis, & propius eos sitis: ut docent tres illius litteræ datæ anno 1394. Ut rem probe intelligas, resumenda est series Græcorum Constantinopolis Imperatorum.

Rayn. 1394. n. 23. &c.

Sup. lib. 96. §. 27. Ducas hist. c. 12.

Annus 1355 fuit, quo contigere Joannis Cantacuzeni abdicatio, ac restitutio Joannis Palæologi tum viginti tres annos nati. Genuit iste tres filios, Andronicum, Manuelem, ac Theodorum, quorum maximus natu eximia oris specie, concinna corporis magnitudine, ac robore cunctos ætatis suæ juvenes superabat. Sultanus Amuratus tres itidem habebat filios, quorum

rum ſecundus nomine Cuntucius annis Andronico æqualis erat. Hi duo Principes die quodam appoti largius ſuum quisque patrem tollere de medio, tum inſtar fratrum vivere ſtatuerunt. Amuratus re probe comperta filio ſuo erui oculos juſſit: & Imperatorem Joannem monuit, ut idem Andronico faceret: alioquin bellum inter ipſos fore ſine ſpe ulla reconciliationis. Sæcul. XIV. A. C. 1396.

Sequebatur malum conſilium Imperator; ſeu quod ſe Amurato imparem ſentiret, ſeu per levitatem ingenii ſui, ex qua ſtrictim tractabat omnia præter amorem mulierum. Igitur aceto fervente cæcari voluit non Andronicum modo, ſed etiam filiolum ejus Joannem, qui vix dum fari cœperat. Deinde ambos cum illius conjuge incluſit in Conſtantinopolis turrim quamdam; ubi hæſerunt biennio: quo elapſo exierunt ope ſeditionis a Latinis Galatenſibus excitatæ; ac ſub Andronici nomine Genuenſes cum Græcis ab ejus patre ſtantibus per dies aliquot pugnarunt. Tandem Andronicus cum quatuor millibus equitum a Bajazeto ſibi ſubminiſtratis Conſtantinopolim ingreſſus declaratus eſt Imperator.

Tum patrem, fratresque ſuos eidem incluſit turri: ſed transacto ibi pariter biennio elapſi Scutarium petierunt. Revocavit eos Andronicus facti ſui pœnitens;

Sæcul. XIV. A. C. 1396.

tens; repoſuit patrem in ſolio; & ad ejus pedes proſtratus veniam popoſcit. Annuit Imperator; & Andronicum cum ipſius conjuge, ac filio Selybriam miſit, quam cum locis aliis eidem tribuit. Neuter excæcatus, ſed pater unoculus, filius ſtrabo erat. Pro Andronico Manuelem coronari juſſit Imperator 25 Sept. an. 1373, ac ex die natali illius vita prædicebatur: tantam Græci fidem habebant divinationi ab aſtris.

Bouliand. not. p. 226. Ducas c. 13.

Bajazet his Imperatoribus adeo ſuperior evaſerat, ut eos veluti mancipia tractaret ſua. Multa, & magna molientem videns Joannes Palæologus Conſtantinopolis locum, qui vocabatur porta aurata, munire cœpit, futurum ſibi perfugium in caſu neceſſitatis. Bajazet volebat complanari hæc munimenta: alioquin Manuelem tuum filium, addebat, tibi cæcum remittam. Nempe is ex mandato ſui patris ſubſidium illi aliquod de more adduxerat. Imperator Joannes decumbebat ſemianimus ex dolore articulorum, aliisque intemperantiæ ſuæ effectibus: præter Manuelem non habebat ſucceſſorem alium: nec Turcarum viribus obſtare poterat. Ergo juſſit everti arcem; & paulo poſt deceſſit anno 1391, a morte ſui patris Andronici Junioris quinquageſimo.

Ma-

Manuel, qui erat in Burſia, & aula Bajazeti, comperto patris ſui obitu de nocte Conſtantinopolim fugit. Iratus Bajazet illi per nuncium dixit: Volo Conſtantinopoli eſſe Judicem, qui Muſulmannis ibi negotiantibus jus dicat. Si tu id nolis; claude urbis tuæ portas, & intus regna! Quidquid eſt foris, meum eſt. Poſtmodum e Bithynia in Thraciam profectus dirutis circa Conſtantinopolim locis omnibus, & incolis alio translatis etiam Theſſalonicam occupavit 25 Maji eodem anno 1391. Conſtantinopolim ſine vera obſidione intercludere ſatis habuit: ſed circumjacentes campi adeo vaſtati erant. ut magna brevi fames urbem premeret, His in anguſtiis Imperator Manuel Papæ Bonifacio, Franciæque ac Hungariæ Regibus ſcripſit celerem opem flagitans. Sæcul. XIV. A. C. 1396.

§. XVI.

Prælium ad Nicopolim.

Sigismundus Hungariæ Rex ad Regem Galliæ Carolum VI miſit Epiſcopum, ac duos Equites ut Legatos una cum litteris, quibus ſignificabat Bajazetum ſibi minari bellum in Hungariam usque inferendum, rogabatque ſuppetias. Offerenti huc ſe magno Nobilium numero Rex præfecit patruelem ſuum Joannem Niverni Comitem Burgundiæ Ducis filium natu *Froiſſ l. 4. c. 67. Juven. p. 124.*

Sæcul. XIV. A. C. 1396.

tu majorem. In Hungariam delati neglectis Sigismundi monitis quærere hostem properabant: ac præterea omni voluptatum generi, vino, epulis, ludis, ac fœminis se dedebant, frustra hortante Clero, ut æternæ saluti suæ consulerent tanta subituri pericula. Expugnati castelli cujusdam incolis omnibus peremptis obsidebant Nicopolim, cum Bajazet auxilio venit. Commisso dein prælio magno Galli, qui prima in acie stare voluerant, omnes succubuere vel capti, vel cæsi. Hoc accidit die Jovis 28 Sept. 1396.

§. XVII.

Negotia schismatis extinguendi.

S. Ant. to. 3. p. 416.

Eodem mense Romam venerunt multi Legati Principum Benedicto parentium, scilicet Regum Franciæ, Angliæ, Castellæ, Arragoniæ, ac Navarræ. Hortabantur, orabantque Bonifacium, ut tollendi schismatis causa, quidquid juris ad pontificatum habere se contenderet, abdicaret: fore, ut Benedictus tantundem faceret. Respondit Bonifacius se verum ac minime dubium Papam esse, nec dari alium: ut exuat munus, neutiquam sibi persuasum iri. Sic re infecta Legati ad Dominos redierunt suos.

Th. Niem. lib. 2. c. 33.

Mense Aprili sequentis anni 1397 Germaniæ Principes Francofurti celebrabant

brabant comitia, quibus intererant Ora- Sæcul. XIV.
tores Universitatis Parisinæ, ac Legati A. C. 1397.
multorum Regum, & Principum. Rex Wenceslaus non venit, quanquam id rogatus, & pollicitus. Ibi per dies duodecim deliberatum de concordia Ecclesiæ; missique, qui Bonifacio suaderent cessionem. Molestissime rem ferebat, libenter eis malefacturus, si sub obtentu aliquo potuisset. Igitur verba dedit, non responsum decretorium: etiam conciliare sibi eos studuit, contra regulas concedendo gratias, quas pro se, amicisque suis petierant. Sed nihil promoverunt in cessionis negotio, quod erat causa itineris.

Martinus Arragonum Rex de Sicilia reversus audiit Regem Castellæ Henricum de concordia Ecclesiæ habuisse Salamanticæ magnum conventum, ubi sicut Parisiis electa esset via cessionis. Itaque ad Castiliæ Regem duos Legatos, Vitalem Blavium Equitem, ac Raymundum Gallum Juris Pontificii Doctorem misit cum epistola, qua ei tradita coram Consilio Regio curandæ pacis ecclesiasticæ capita quædam viva voce proposita etiam scripto dederunt. *Rayn.* 1397. *n.* 7. 8 *&c. Sorita Indic. p.* 263.

Rex Castellæ respondit fusas per litteras; ubi rejicit compromissum, & inter alias rationes ait: Intrusus (Bonifacium intelligit) dicet, compromissum non esse viam juris, & justitiæ, sed voluntariam,

ad

Sæcul. XIV. A. C. 1398.

ad quam nemo compellatur. Nec vero huc adigi debet intrusus; quia se offert ad concilium generale, quod est via juris, & justitiæ. Demum Rex antefert cessionem in Francia propositam, a Cardinalibus approbatam, & a Christianis cupitam. Dabat 10 Sept. 1397.

n. 11.

Sequente anno 1398 Germaniæ, Galliæque Viri principes magno numero Remos convenerunt acturi de concordia Ecclesiæ. Rex Carolus VI suis precibus, aliisque modis effecit, ut Rex Wenceslaus totum Consilium suum Remos duceret. At ne hic congressus diceretur solum fieri de duobus Papis loquendi gratia; sparsus est rumor, agitari conjugium inter filium Marchionis Brandeburgici fratris Wenceslai, & filiam Ducis Aureliæ. Hic Princeps pariter Remis aderat cum Rege suo fratre, ac ipsorum patruis Biturigum, & Burgundiæ Ducibus. Conventus celebrabatur tempore verni jejunii, quod hoc anno coeptum 20 Februarii, finitum est 6 Aprilis.

Froiss. 44. c. 91.

Constituto, divulgatoque connubio consilia de re ecclesiastica tenebantur clausa. Id unum constabat, Petrum Aillium Episcopum Cameracensem Romam legatum iri, Regum Wenceslai, & Caroli nomine Bonifacio suasurum, ut electionem aliam fieri pateretur, quæ indicaret, uter maneret Papa. Rex Franciæ confidebat

fidebat in Regibus Angliæ, Scotiæ, Caſtellæ, Arragoniæ, Navarræ, ac Luſitaniæ: Wenceslaus ſpondebat pro ſua Bohemia, pro Germania usque ad Boruſſiam, & pro ſuo fratre Sigismundo Hungariæ Rege: jurabant fore, ut perſiſterent in ſententia, & affines ſuos in eandem impellerent. At Dux Burgundiæ his conſultationibus, quæ Remis capiebantur, nunquam intereſſe voluit, ſibi perſuaſum habens illud, quod antea dixerat: Hic perditur opera; perduntur dona pretioſa, quibus hanc ob cauſam afficiuntur Germani, promiſſis neutiquam ſtaturi ſuis. Sæcul. XIV. A. C. 1398.

§. XVIII.

Petrus Aillius verſatur Romæ.

Petrus Aillius Germaniæ, Galliæque Regum Legatus anno 1350 mediocris fortunæ parentibus Compendii ortus Theologiæ Pariſiis audiendæ cauſa Collegium Navarræum ut alumnus intraverat ſub annum 1372. In Univerſitate nationis Gallicæ Procuratorem cum ageret, Nominalium ſectam proſequens Dialecticæ, ac Phyſicæ, præſertim libris de anima, & meteoris multam dabat operam. Anno 1375 cœpit explicare Magiſtrum Sententiarum; & tamen identidem de rebus divinis dicebat ad populum. Undecimo Aprilis an. 1380 ætatis ſuæ tri- *Navar. hiſt. Launoi pag.* 467.

Sæcul. XIV. A. C. 1398.

ceſimo titulum Doctoris nactus, ſequente anno Noviodunum, ubi Canonicus erat factus, petiit: dein revocatus Pariſios Magnus Collegii Navarræi Magiſter evaſit anno 1384. Fama ei ſua plurimos accivit diſcipulos: in quorum numero memorantur Joannes Gerſonus, Nicolaus Clemangius, ac Ægidius Campius, qui Petro Aillio in Collegio ſucceſſit an. 1389.

Is eodem anno Eccleſiæ Pariſinæ Cancellarius, Regis largitionum Præfectus, & conſcientiæ Arbiter, ſub annum 1394 Cuſtos theſauri ædiculæ ſacræ renunciatus ſic primam illius Collegii dignitatem obtinuit. Poſtea 2 Aprilis an. 1395 in Epiſcopum Anicienſem electus, & ineunte anno proximo ad ſedem Cameracenſem translatus ejus poſſeſſionem 2 Junii adiit. Tunc in diœceſi ſua ſibi reſidendum videns Cancellarii Pariſini munus Joanni Gerſono ceſſit. Talis erat Petrus Aillius, quando Romam mittebatur.

Delatus in Italiam Bonifacio Fundis monſtrabat Regum litteras mandato fidem adrogantes, quibus is contentus erat. Itineris cauſam exponenti Præſuli reſpondebat, ſibi deliberandum eſſe cum Cardinalibus. Et vero Romam profectus Vaticanum palatium vix intraverat cum ſenatum habuit. Sancte Pater! ajebant illi, diſſimulatione tibi utendum eſt, dicendum-

cendumque, te magna voluntate facturum omnia, quæ hi Reges tibi ſuaſerint; dummodo Petrus Lunius commentitio pontificatu ſuo ſe abdicet. Principes ſtatuerent locum, ubi conclave haberi cuperent; te ibi cum Cardinalibus libenter affore. Probabat conſilium Papa, & ita reſpondit Epiſcopo. Sæcul. XIV. A. C. 1398.

Pervulgata Principum petitione Romani graviter conquerebantur veriti, ne Summi Pontificis, & Apoſtolicæ curiæ præſentiam amitterent. Hæc enim illis magnas afferebat opes, allatura majores per annum ſacrum nempe 1400; in quem copioſos jam faciebant apparatus, quos nolebant perdere. Igitur inſigniores e Romanis ardentius quam unquam alias, ſtudium erga Bonifacium ſignificantes, Sanctiſſime Pater! inquiebant, tu verus es Papa: tu permanes in Patrimonio S. Petri: abſit, ut dignitatis abdicationem ſuadentibus aures præbeas! Quicunque demum ſint illi, qui tibi adverſantur palam, nos in fide perſtabimus: nos bona noſtra, vitamque ipſam periculis objiciemus, ut æquitatem cauſæ defendamus tuæ.

Bonifacius reponebat: Erigite animos, o filii mei! manebo Papa: nolite ambigere! Quidquid dicant, agantque Imperator, ac Rex Franciæ, non eis obſequar. Placati his verbis Romani rem

Sæcul. XIV. A. C. 1398.

celabant Episcopo: qui assidue pergebat cum Papa, & Cardinalibus colloqui: sed id solum responsum tulit, si Benedictus cesserit, Bonifacium ita se gesturum, ut Regibus satisfaceret. Sic Roma profectus in Germaniam Præsul Confluentiæ Wenceslaum de negotii sui eventu edocuit. Tum iste: Ad modum agendi, quem Rex tuus tenuerit, me conformabo, faxoque, ut totum me Imperium meum sequatur. Nam, quantum video, ille initium ponat, oportet. Postquam suum domuerit Papam, ego submittam meum.

§. XIX.

Francia obedientiam Benedicto denegat.

Interim Benedictus comperit Regem Carolum per Legatos aliis Regibus, Principibusque Christianis commendasse curam pacis ecclesiasticæ, ac Regem Angliæ sociam illi junxisse operam. Vehementer id dolens Benedictus ad Carolum misit Cardinalem Pompejopolitanum Martinum Salvium. At Rex, regiique sanguinis Principes mature rem edocti eum volebant monitum, ut ne veniret: quod molestissime tulit Benedictus: ut apparet ex hujus litteris ad Ducem Biturigum, Regemque ipsum 9 Junii datis. Rex tollendi schismatis causa Parisios convocavit

Juv. Urs. p. 132.

Spicil. to. 6. p. 157.

vit magnum Præſulum, Doctorumque conventum; qui coeptus eſt 22 Maji in minore palatii exedra proſpectum habente ad fluvium. Rex illi non intererat relapſus in ſuum morbum: ſed ejus loco aderant Aureliæ, Burgundiæ, Biturigum, agrique Borbonii Duces. Alexandrinus Patriarcha Simon Cramaldus initium conventus poſuit per ſermonem Gallicum, in quo enarrabat ea, quæ poſt mortem Clementis geſta fuerant; & viam ceſſionis ſuadebat, adjungens, Regem de modo procedendi ad eam cum illis alias acturum: quod factum eſt menſe Julio.

Sæcul. XIV. A. C. 1398.

Lib. Gall. to.2. p.452. Edit. 1639. Labour p. 376.

In congreſſu hoc altero convenit, Benedictum tunc maxime victas daturum manus, ſi collationem beneficiorum, & quodlibet ſuæ authoritatis exercitium ademptum ſibi, denegatamque cerneret omnem obedientiam. Itaque Cancellarius Arnaldus Corbejenſis patentes confecit litteras, ubi expoſita fuſiſſime cauſa Rex ita pronunciat: Nos de conſilio Principum noſtri ſanguinis, multorumque aliorum, & nobiscum Eccleſia regni noſtri, tam Clerus, quam populus obedientiam omnem negamus Papæ Benedicto XIII, & hujus adverſario (nempe Bonifacio IX) cujus mentionem non facimus: quia ei nec paruimus unquam, nec parebimus. Neminem deinceps Papæ Benedicto, aut exactoribus, aliisve miniſtris ejus de pro-

Lib. Gall. c.20. p.449.

Sæcul. XIV. A. C. 1398.

ventibus ecclesiasticis quidquam pendere volumus; ac stricte vetamus, nequis nobis subjectus illi vel ministris ejus ullo modo obtemperet. Dabat Parisiis 27 Julii anno 1398.

Eodem die Rex alias duas litteras patentes edidit. Alteræ prohibent, nequis respiciat censuras, vel judiciorum formulas, quas Cognitores, Auditores, Recuperatores, vel alii ex authoritate Benedicti forsitan adhiberent: jubenturque Prætores, & alii ministri regii rem curæ habere. Alteræ sunt ejusmodi: Si qua præfectura, vel alia dignitas suffragiis obnoxia tempore negatæ obedientiæ vacabit, Collegia, vel Cœnobia, ad quæ pertinet electio, cooptabunt illum, quem maxime idoneum bona censebunt fide: reliquis beneficiis collatores ordinarii providebunt. De beneficiorum fructibus nihil vertetur in rem nostram, vel cujuspiam nobis subjecti: & Clerus nihil debebit Benedicto, aut ejus exactoribus.

p. 451.

Etsi vero hæ litteræ scriptæ sunt die sabbati 27 Julii: conventus concluſio non fiebat nisi postera Dominica: qua Cancellarius Gallice loquebatur palam, apertis foribus, & coram multitudine innumerabili, ut res divulgaretur. De schismatis extinctione inter alia dicebat: Præsentes Domini mei (erant Duces Aureliæ, ac Burgundiæ) audierunt sententias Virorum plu-

Spicil. pag. 158.

plurium trecentis, & Universitatum Lutetiæ, Aureliæ, Andegavi, Cesseronis, ac Tolosæ. Rex post discussa, sibique indicata omnia negare protinus obedientiam statuit. Denique mei Domini per me vobis dicunt, se velle vetera privilegia, & immunitates Ecclesiæ Gallicæ modis omnibus conservare. Ut res geratur melius, nos cuncti futura die Dominica ad templum S. Genovefæ ordine instructo ibimus: quod executioni datum. Sæcul. XIV. A C. 1398.

Robertus Franciscanus Doctor Juris, & Tristanus Dubosscus Ecclesiæ Attrebatensis Præpositus Avenionem missi, ut Benedicto decretum regium nunciarent, postquam Villam Novam Avenionensem advenerant, die Dominica 1 Septembris an. 1398 recusationem obedientiæ ibi promulgarunt, cunctis Clericis, laicisque Regi obnoxiis præcipientes, ut a Benedicti curia & servitiis abirent, alioquin graves subituri pœnas. Parebant multi ejus domestici, Auditores ut vocabantur, Sacello præpositi, aliique ministri. Legati regii ferebant litteras ad Cardinales Avenionenses duodeviginti numero. Qui eas, scriptaque alia monstrata sibi cum legissent, Villam Novam delati consultatione cum civibus Avenionis eo accitis habita statuerunt Regis decreto stare, & a Benedicto solenniter desciverunt: ut rescribebant ad ipsum Regem Carolum. *Vitæ PP. to. 2. p. 1122.*

Sæcul. XIV. A. C. 1398.

§. XX.

Philippus Villetius Abbas Dionysiofanensis.

EOdem tempore se obtulit celebris occasio exequendi novum decretum de beneficiis negatæ obedientiæ tempore conferendis. Guido Monceanus Abbas Dionysiofanensis suprema Theologiæ laurea, & virtute clarus 28 Aprilis hoc anno 1398 decesserat, cum id cœnobium triginta quinque annis rexisset. Monachi ex more concessa sibi per Regem electione libera cooptarunt Philippum Villetium ejusdem domus Religiosum, prima Theologiæ laurea donatum post decem annorum studia, & a Duce Burgundiæ commendatum. Electionis confirmatio ex privilegiis abbatiæ ad Papam pertinebat; sed in hoc rerum statu secundum peritissimos Juris Canonici spectabat ad Episcopum circumjecti territorii.

Hist. S. Den. p. 313.

Itaque Petrus Orgemontius Episcopus Parisinus erat, qui Abbatis Philippi electionem per tabulas publicas ratam habuit: sed declaravit simul, hanc functionem nihil juris in posterum tributuram Ecclesiæ suæ, & nec nocituram monasterio. Tum Philippum ut Abbatem novum solemni precatione prosecutus est die festo S. Ludovici 25 Augusti.

§. XXI.

§. XXI.

Sæcul. XIV. A.C.1398.

Petrus Aillius Avenione agit.

Episcopus Cameracensis Petrus Aillius sub Majum Parisios reversus negotii Romæ, ac in Germania gesti rationem reddiderat in conventu, in quo recusatio obedientiæ statuta fuerat. Deinde placuit eundem Episcopum, & Joannem Maingrium Bucicaltum Castrorum Præfectum primarium una cum copiis mitti Avenionem ad Benedictum pacto vel aliter inducendum, ut dignitatem summam deponeret. Postquam Lugdunum advenerant; Bucicaltus ibi hærebat, donec acciperet nuncium ab Aillio, qui Avenionem petebat prior. *Froiss. l. 4. c. 97.*

Eo delatus Benedictum perhonorifice salutabat, non tamen perinde, ac veneratus esset Papam toto ab orbe agnitum. Exponebat se missum ab Imperatore, ac Rege Franciæ, quos inter convenisset, utrique Papæ abeundum esse a munere. Tum ille mutato vultu, & contenta voce: Multa feci pro Ecclesia: rite sum electus: & modo cedam? Id vero, quamdiu vivam, non fiet. Meum nomen, & pontificatum ad mortem usque servabo: nec me submittam Gallorum Regi: hoc per te sciat, volo.

Sæcul. XIV. A. C. 1398.

Sub hæc Episcopus: Domine, Cardinales adhibe in consilium! Aliter si sentiunt, haud potes solus obsistere viribus Regis Franciæ, ac Imperatoris. Tunc accedebant Cardinales duo Benedicti clientes; ad quem conversi, Sancte Pater! ajebant, Episcopus recte loquitur: sequere consilium ejus: sic oramus. Consensit ille tandem. Ita finito colloquio Episcopus diversorium repetiit suum: neque Cardinalium quenquam adiit.

Postridie mane sonabat æs campanum senatus habendi signum: & Cardinales, qui erant Avenione, coibant cuncti, quos sequebatur Episcopus Cameracensis. Postquam Latine, fuseque proposuerat sui causam itineris, rogabatur, ut se submoveret interea, dum iniretur consilium. Deliberatio fuit longissima: & quidam censebant rem oppido duram fore, si factum pro infecto haberent, seu Papam, quem elegissent, destituerent. At Cardinalis Ambianensis, o Domini, ajebat, velimus, nolimus, Regi Galliæ, ac Imperatori, quia conjuncti sunt, pareamus oportet: nec enim vivere sine illis possumus. Imperatorem nobis conciliaremus forsitan, si Rex Franciæ a nobis staret. Sed obedire nos jubet, alioquin beneficiorum fructibus privandos. Multi sentiebant idem, ac Benedictum, ut explicaret se, urgebant. Reposuit: Cupio Ecclesiæ

cleſiæ concordiam; multamque huic operam dedi. At quia Papam me voluit Deus, ac vos elegiſtis; dum vivam, manebo, qui ſum, nec ullius hominis, aut rei cauſa mutabo animum. Cardinales tum ſurgebant diſcordes, & abibant, plerique inſalutato Papa ſuo. Sæcul. XIV. A. C. 1298.

Tam parum inter eos convenire videns Epiſcopus cum introiſſet in conclave ſenatus ad Benedictum, Domine, inquiebat, habuiſti conſilium: redde reſponſum mihi, ut redeam viam meam! Is adhuc ardens iracundia pergebat eadem dicere, nempe ſe Papam legitimum eſſe, ac permanere velle, etiamſi moreretur ex tædio. Tum addebat: Filius meus Rex Franciæ hactenus mihi viſus vere Catholicus nuper admodum falli ſe paſſus eſt: at ſubibit eum pœnitentia. Adhibeat conſilium, nihilque ſuſcipiat, quod conſcientiam turbet! Relicto poſtea ſuggeſtu cubiculum adibat ſuum. Epiſcopus in ſuo diverſorio frugaliter pranſus conſcenſo equo Villam Novam, & inde Balneolum in Francia ſitum venit. Cum ibi pernoctaſſet, Portum S. Andreæ novem leucis Avenione diſtantem petiit; quia Bucicaltum illuc adveniſſe audierat. §. 98.

§. XXII.

Sæcul. XIV. A. C. 1398.

§. XXII.

Bucicaltus ad Avenionem copias admovet.

Benedicti responsum nuncianti Episcopo Bucicaltus, Domine! ajebat, tu repetes Aulam: non est, quod hic agas amplius: ego imperium Regis exequar. Cum ille postridie abiisset, Castrorum Præfectus mandata sua scribi curabat, ferrique per totam Arverniam, & Vivariensem tractum Cesseronem usque, ut subjectæ sibi copiæ procederent. Prætorem Vindomagensem jussit itinera cuncta per Rhodanum, terramque intercludere, nequis venire Avenionem posset: ipse Pontem S. Spiritus adiit, neminem secundo Rhodano devehi passurus. Deinde specialem misit, qui Benedicti palatium intraret, ac ipsum, Cardinales, civesque Avenionis cunctos provocaret ad pugnam. Qui territi Benedicto dicebant, nec velle se, nec posse bellum cum Rege Gallorum gerere. Reponebat: Urbs vestra munita est, ac rebus necessariis probe instructa. Ego Genua, & aliunde accersam militem; scribamque Regi Arragonum, ut suppetias mihi cognato & Papæ suo debitas ferat. Parva res vobis metum incutit. Ite, defendite urbem vestram! ego meum servabo palatium.

Ave-

Avenio tam bene claudebatur, ut nemo ingredi ſine permiſſu, nemo exire poſſet. Itaque Bucicaltus minabatur incolis, niſi aperirent portas, ſe injecturum ignes omnibus ipſorum vineis, domibusque ruri poſitis usque ad amnem Druentiam. Tum perculſi omiſſo Benedicto habebant conſilium; ad quod accitis quibusdam Cardinalibus ajebant: Nobis plus expedit parere Gallis, quam tueri partes periculoſas: num vobis facere nobiscum libet? Cardinales, quos deficere cibaria cœperant, conſentiebant: & ita ſimul omnes cum Præfecto caſtrorum paciſcebantur. Transactum his eſt legibus, ut ipſe ſuos introduceret in urbem, ac obſideret palatium; ſed Cardinalibus, aut eorum domeſticis, vel civibus vis nulla inferretur. Sæcul. XIV. A. C. 1398.

Benedictus, etſi graviter dolebat adeo ſe negligi, aſſeverabat tamen ſe vitam potius, quam dignitatem poſiturum ſuam. Palatio proinde ſuo incluſus hæſit, ubi a longo tempore omnis generis cibaria cumulaverat. Martino Arragonum Regi ſcribens auxilium effictim petiit. At Rex lecta epiſtola præſentibus dicebat: Num hic Sacerdos ſuas lites adjuvandi gratia ſuſcipiendum mihi bellum cum Rege Gallorum putat? Profecto malum ad conſilium deſcendiſſe dicerer. Aulici ſuadebant, ut ſe neutiquam interponeret, ſed Regi

Sæcul. XIV. A. C. 1398. Regi Franciæ pareret neutrius Papæ studium commendanti.

§. XXIII.

Benedictus obsidetur.

Cardinales deserto Benedicto Villam Novam delati Avenionem miserant Cardinalem Novocastrinum Præfecti munere functurum. Hic ingressus urbem in Episcopi palatium immigravit; & confecta cum Bucicalto pactione sublimis equo per plateas ibat in vestitu rubro, sed sine pallio, sine tunica linea strictiore, succinctus gladio, & baculum manu tenens, universo interea populo clamante: Vivat sacrum Collegium! vivat urbs Avenio! Solemnem hanc equitationem ille instituit 16 Septembris: deinde festo S. Michaëlis die tormentum bellicum contra Benedicti palatium explodi jussit: quem ipsum feriebant parva quædam fragmenta lapidis e tormento jacti. Continuabatur oppugnatio; totamque per hyemem Benedictus in suo palatio mansit obsessus. Multi eorum, qui cum illo inclusi erant, ex vulneribus, aut morbis in penuria victus, ac medicaminum occubuere.

Vitæ to. 2. p. 1123.

§. XXIV.

§. XXIV.

Sæcul. XIV. A. C. 1399.

Caſtella parere Benedicto renuit.

Interim Caſtellæ Rex Henricus regni ſui Epiſcopis, Proceribus, Virisque doctis in conſilium Compluti adhibitis condidit edictum, in quo ſtimulati ſæpius ad ceſſionem Petri Lunii pertinaciam inexpugnabilem, & in Francia denegatam ei obedientiam memorat: tum adjungit: Ut noſtrum de diſcordia Eccleſiæ dolorem, & pacis ei reddendæ ſtudium nemo non intelligat, Benedicto deinceps intra terras nobis obnoxias nec ſacris, nec profanis in rebus obtemperandum, eumque neutiquam colendum ut Papam; ſed quodvis beneficium vacans per ſuffragia, & confirmationem, vel a proprio loci Præſule conferendum eſſe declaramus. Dabat 12 Dec. 1398. Epiſcopus Salamanticenſis Didacus Annaya, qui huic conventui adfuerat, ſecum abſtulit confectam ibi ſanctionem de agendi modo, donec Papa unicus daretur, obſervando. Continebat puncta undecim; & Collegio Salamanticenſi exhibita fuit die Martis 4 Febr. 1399.

Rayn. 1398. *n.* 25.

Libert. p. 460.

Vigeſimo ejusdem menſis Præſules Franciæ Pariſiis agere concilium a Rege Carolo juſſi 14 Martii de promiſſis, quæ prima vacaverint, beneficiis ſtatuerunt, quod

p. 457.

Sæcul. XIV. A. C. 1399.

quod sequitur: Ex die negatæ obedientiæ non habenda fuit, nec in posterum ducenda erit ratio promissionum Benedicti, aut Clementis, vel prioris cujusquam Papæ: sed collationes ab Episcopis, cæterisque, ad quos pertinebant, ex die illo factæ manebunt justæ, ac firmæ: nec obstabit eis ulla lis, aut reclamatio. Nonis Maji Rex edidit patentes litteras, quibus omnes Prætores suos jussit hoc præscriptum per regnum totum exequi.

§. XXV.

Benedictus libertatem recepit.

Interim Benedictus Avenione assidue suo incluſus palatio, & tam arcta septus custodia tenebatur, ut nemo ingredi, exire nemo posset. Suppetebant cibaria in duos, aut tres annos: sed deerant ligna focaria. Denique penum suam in dies minui, speratamque manum subsidiariam haud venire videns Benedictus ad conditiones descendit opera Regis Arragonum, qui de ipsius liberatione Parisiis per internuncium agebat. At Gallorum Rex sibi potius mittendos ad illum Legatos censuit, qui transirent Avenionem, ac Benedictum impellerent, ut abiret pontificatu, cedenteque forsitan, aut mortuo, vel exauthorato Bonifacio tertium, qui verus esset Papa, eligi pateretur, hoc in casu

Froiss. 4. c. 98.

Vitæ to. 2. p. 116.

casu liberandus, & Franciæ Regis præsidio fruiturus. Sæcul. XIV. A. C. 1399.

Legati erant Petrus Abbas Michaëlimontanus, Guilielmus Tinrevillius Eques, ac Ægidius Campius Theologiæ Doctor. Avenionem delati die Veneris post Pascha 4 Aprilis anno 1399 Benedicto Regis postulata proponebant. Annuit ea conditione, ut cum suis esset in tutela Regis. Mox obtinuit cibaria, & libertatem suo in palatio, sed non item facultatem exeundi sine consensu Regis, & Cardinalium, donec pax Ecclesiæ restitueretur.

§. XXVI.

Bonifacii nundinatio sacrorum.

Romæ Papa Bonifacius ad coacervandas pecunias multam conferebat curam; tum ut partes sibi obnoxias in officio contineret; tum ut Ladislao regnum Neapolitanum contra factionem Andegavensem firmaret. Anno primo pontificatus Bonifacii permulti Clerici pauperes ad Romanam Curiam venerunt pro more obtenturi gratias: sed novus erat modus periclitandæ doctrinæ postulantium: nam ab istis pecuniam exigebant famuli Censorum id fieri haud ignorantium. Ut ventum est ad distribuendas gratias, Clerici pauperes in albo ultimi fuerunt: & gratiæ, quas impetraverant, fiebant eis *Gobel. c. 84. p. 274. 4. 30.*

Sæcul. XIV. A.C. 1399.

ferme inutiles. Anno enim secundo, ac tertio Bonifacius nomen suum subscripsit multis indicibus, quibus appositus erat annus primus quasi essent indices hi confecti jam in principio primi anni pontificatus, quem susceperat 9 Novembris anno 1389. Qui ei a secretis, & cubiculis erant, hanc anni primi ascriptionem solebant vendere.

Th. Niem. c. 8.

Id. c. 7.

Per primos septem annos Bonifacius sacra nundinari publice non audebat ob respectum complurium Cardinalium proborum talem mercatum detestantium, quos jam sacra ornatos purpura invenerat. Clandestinam vero ejusmodi nundinationem certorum hominum opera faciebat, præsertim in designatione Præsulum: & quando ii, a quibus petebat pecuniam, non solvebant præsentem, excogitatis obtentibus variis in senatu secretiore utebatur, ut illorum promotionem retardaret, aut prorsus impediret. Cum Cardinales veteres talis mercaturæ osores alii ex aliis obiissent, Bonifacius de accepta libertate indulgendi animo suo magnopere gaudebat.

§. XXVII.

Annatæ, seu beneficiorum vacantium reditus annui.

Denique sub annum pontificatus sui decimum

cimum primos fructus annuos omnium Ecclesiarum cathedralium, & abbatiarum, quæ vacarent, ærario Apostolico reservavit, ita, ut quisquis ab ipso sedem episcopalem, vel abbatiam vellet accipere, ante omnia deberet primos ejus fructus solvere; etiamsi possidendam capere nequiret. Id enim non curabat Bonifacius: immo sæpe significabat optare se, ut impetrans careat possessione: sic enim se ab alio nacturum pecuniam. Hi sunt fructus anni primi, quos vocamus *Annatas*, & quorum initium ponitur sub pontificatu Bonifacii IX, quamvis antiquior sit eorum origo. Ut legisti: anno 1306 Papa Clemens V quosdam Episcopos Angliæ id jus in Ecclesias suarum diœcesium a se postulare videns credidit se posse hoc jus in omnia ejusdem regni beneficia sibimet tribuere. Anno 1319 Papa Joannes XXII pro indigentia Ecclesiæ Romanæ fructus primi anni omnium beneficiorum, quæ intra triennium vacarent, sibi reservans hinc excepit episcopatus, & abbatias. At Bonifacius IX fuit is, qui ante alios rem extendit ad Præsulum dignitates, & in perpetuum.

Sæcul. XIV. A.C. 1399.

Sup. l. 91. §. 4 Thom. disc. to. 3. p. 793. n. 5.

Extrav. com. de præb. c. 11.

§. XXVIII.

Continuatio mercatus beneficiorum.

Cum autem omnes illi, qui veniebant

Sæcul. XIV. A. C. 1399.

adepturi beneficia, Romam haud grandes afferrent pecunias, usura ibi sub hoc Papa fiebat tam frequens, tamque publica, ut pro noxa non haberetur amplius.

Th. Niem. c. 7. c. 8.

Bonifacius cuncta beneficia etiam non reservata vendebat ascripto die obitus possessorum: & quo citius hic constaret, dabantur tota in Italia cursores scisitantes, an ægrotarent beneficiarii opulenti; quibus vix mortuis illi properabant Romam, ac rem nunciabant suis conductoribus. Interdum beneficium idem pluribus eodem die apposito vendebat Papa, illud tanquam vacuum cuique proponens. Præterea ut inutiles redderet promissiones a se factas, faciebat alias, quibus ascripta erat dies posterior cum clausula: *Anteferri.* Sic agebat tam diu, ut nemo aliquas deinceps emeret.

c. 9.

Diarii Ascriptores inde capiebant occasionem introducendi promissiones novas, quæ cunctas priores, etiam præditas clausula: *Anteferri* evertebant: sed tanto stabant pretio, ut pauci eas poscerent. Bonifacius multas regulas pro Ministris tabularii sanctioris, aliasque sanctiones condidit, per quas circumcidere nimiam multitudinem harum promissionum velle videbatur: sed has novas regulas solum prætexuit, ut carius venderet earum laxamenta. Libelli supplices etiam chirographo jam muniti exactis publicis

blicis removebantur, si quis plus offerebat: tum enim ab offerente minus, & promissum antea consecuto deceptum se perhibebat Papa. Anno 1398 urente Romam pestilentia unum idemque beneficium interdum eadem hebdomade multis est venditum, quorum nemo possessionem adiit: nam omnes mors prævenerat. Hæc negotiatio erat tam publica, ut eam esse licitam, nec posse Papam hac in materia peccare plerique Curiæ Ministri contenderent. Sæcul. XIV. A. C. 1399.

§. XXIX.

Bonifacii causam defendit Anglia.

Anglorum semper Bonifacio parentium Rex Richardus Universitatem Oxonienſem consuluerat, an ille non esset adigendus ad cessionem, sicut Gallia Benedictum ad eam vellet adstringere? Respondit illa: Hispanos, Gallosque non reprehendimus, quod abnuerint jussa falsi Papæ sui, & ad cessionem illum compulerint. Sic possunt agere salvis legibus, quia diffidunt ejusdem juri: fortassis etiam cupiunt ita mederi malo, quod fecerunt concitando schisma. Sed hæc ad pacem via non est canonica, universalis, & ineunda iis, quibus sua conscientia nihil exprobrat. *Rayn.* 1396. *n.* 32.

Sæcul. XIV. A. C. 1399.

Graviſſimum peccatum eſt denegare Præpoſito ſuo debitam obedientiam: quod hic fit ſine neceſſitate: cum ſchiſma tollendi via detur alia canonibus magis conſentanea, & ad placandam ambarum partium conſcientiam accommodatior, nempe concilium generale. In litteris additur: Ut res in opus redigatur, oportet, ut ſanctus Pater noſter, Papa Boniſacius concilium generale convocet; quo non tantum partes ſuas, ſed & antipapam Petrum Lunium, Cardinales, ac Præſules ei adhærentes accerſat edicto publico, ubi diem locumque deſtinet; atque ſi contumaces illos viderit, Principes ſibi obnoxios jubeat inſtare Principibus reliquis, ut antipapam, & fautores ejus parere judicio Concilii cogant, eisque indicent, Concilium inſuper habita ipſorum pertinacia extinctionem ſchiſmatis perſecuturum. Hæc epiſtola ſcripta eſt 5 Febr. 1399.

§. XXX.

Angliæ Regi Richardo II ſuccedit Henricus.

At eodem anno Anglia mutavit Dominum. Rex Richardus II ſeu Burdigalenſis, homo imbecillus, & voluptati deditus ſe reddiderat odioſum Anglis ſuis, præſertim duobus patruis Joanni Gandavenſi Lancaſtriæ, ac Thomæ Gloceſtriæ Duci-

Ducibus. Richardi conjugium cum filia Caroli VI auxerat alienationem mentium: nam ille favere Franciæ videbatur. Res erupit in bellum apertum: Joannis Gandavensis extincti filius Henricus factus Lancastriæ Dux ibat in Regem: qui victas dedit manus, & in turrim Londinensem inclusus die lunæ 29 Sept. regnum solemniter abdicavit. Postero die Martis Lancastriæ Dux est agnitus Rex sub nomine Henrici IV, ac die Lunæ 13 Oct. coronatus. Sæcul. XIV. A. C. 1399. *Walsing.* p. 359. *Froiss.* 4. c. 113. 114. *Henric. Knyght.* p 2743. p. 2759.

§. XXXI.

Alia conspiratio contra Bonifacium.

Romæ Nicolaus Columnius cognomine Prænestinus cum Joanne Columnio fratre suo, & quibusdam aliis civibus Romanis conspirabat ad eripiendam Bonifacio profanam in urbe dominationem. Igitur mense Januario anno 1400 nocte quadam clanculum ingressi per portam populi usque ad Capitolii portam procedebant magno numero pedites, equitesque armati, pulsabantque fores multorum civium, quos ituros secum sperabant. Sed nemine respondente veriti, ne Papa rem comperisset, hac infecta turmatim recedebant: ac peditum quidam se abdebant in vineis tum intra, tum extra urbem. Orto die capti a Romanis sunt triginta & *Th. Niem.* l. 2. c. 27. *Rayn.* 1400. n. 4.

Sæcul. XIV A. C. 1400.

unus: cumque deeſſet carnifex, protinus ex eorum numero miſellus juvenis cogebatur de furca ſuſpendere reliquos, etiam ſuum patrem, fratremque.

Papa Bonifacius in hanc violentiam, pluraque crimina, quæ Columniis tribuebat, inquiri voluit: & poſt initas Juris vias ordinarias contra illos edidit litteras longas: ubi a pontificatu Bonifacii VIII, nempe a ſeculo repetit probra hujus familiæ: quibus fuſius enumeratis duos fratres Nicolaum, & Joannem Prænestinum denunciat execratione devinctos, privatosque cunctis honoribus, ac bonis: & addit omnes clauſulas, quæ tunc cenſuris ſeveriſſimis jungebantur. Dabat 14 Maji anno 1400.

Sup. lib. 89. §. 49.

§. XXXII.

Pœnitentes albati.

Inter crimina, quæ Bonifacius Columniis exprobrabat, conquerebatur, Nicolaum in veſte candida cum quibusdam aliis ad ſe veniſſe, ut ipſum per ſpeciem pactionis falleret. Hæ veſtes candidæ ſingularem merentur attentionem. Anno decimo pontificatus Bonifacii quidam deceptores e Scotia egreſſi venerunt in Italiam, portabantque cruces teſtaceas ſanguine permiſtas, & oleo humectatas ita, ut in æſtivis caloribus ſudare viderentur.

Th. Niem. l. 2. c. 26.

rentur. Ajebant unum e ſuo numero eſſe Prophetam Eliam e paradiſo reverſum; orbemque brevi periturum a terræ motu. In tota ferme Italia, ipſaque urbe Roma tam magnos pietatis motus efficiebant, ut paſſim ſpectarentur publicæ ſupplicationes hominum longas geſtantium veſtes linteas cum capitiis faciem tegentibus, & ſolum circa oculos parum apertis: ut ſunt ſacci albi pœnitentium in provinciis Galliæ meridianis. Sæcul. XIV. A.C. 1400.

Hac in narratione ſto potiſſimum teſtimonio Theodorici Niemii, qui triginta circiter annos egerat in Italia, & hoc ſpectaculum ante oculos habebat ſuos: ac præfero eum S. Antonino Florentino tunc decem, aut duodecim duntaxat annos nato; & Platinæ, qui tantum ex patre ſuo audita refert. Niemius rem ſic enarrat: Univerſus pæne populus, Sacerdotes ipſi, quin etiam Cardinales hoc pietatis æſtu abrepti gerebant veſtes candidas, & inſtructa ſerie procedebant nova cantantes cantica: quod cum per tredecim dies continuos feciſſent, ſuas redibant domos. Per illud tempus pernoctabant in templis, cœnobiis, ac cœmeteriis, quæ ſuis excrementis profanabant; & fructibus arborum, in quas incidebant, veſcebantur. Quia inibi cubabant juvenes, ac ſenes, mares, ac fœminæ, gravia fiebant flagitia: tandemque Aculæ in territorio Ec-

S. Ant. to. 3. p. 445. Plat. in Bonif. IX.

Sæcul. XIV. A. C. 1400.

cleſiæ Romanæ deceptor quidam captus, ſubjectus tormentis, confeſſus crimen atrox, & combuſtus eſt: quapropter ſocii ſceleris ſe clam ſubmoverunt.

Boni tamen etiam effectus aliqui cernebantur. Per duos aut tres ad ſummum menſes, quibus durabant illæ ſupplicationes, dabantur tacitæ induciæ inter urbes inimicas; placabantur innumerorum odia diuturna, & capitalia; obibantur crebro Sacramenta Pœnitentiæ, ac Euchariſtiæ. Urbes, in quas pœnitentes illi veniebant, hoſpitaliter eos invitabant. Inter cantica eorum Latina & Italica erat illud: *Stabat Mater doloroſa*, quo tunc Sancto Gregorio tribuebatur.

S. Ant.

§. XXXIII.

Sacer annus 1400.

Appropinquatio anni ſacri probabiliter hos pietatis motus excitaverat. Galli enim, cæterique populi, qui ſe Benedicto ſubmiſerant, cenſebant ſemper conformiter edictioni Bonifacii VIII an. 1300 factæ magnam indulgentiam Romæ obtinendam eſſe quovis anno centeſimo, non quinguageſimo ex præſcriptione Clementis VI, nedum trigeſimo tertio ſecundum ſanctionem Urbani VI, quem non agnoverant Papam. Proinde Galli turmarim, & ingente numero adibant Romam per totum

Sup. l. 89. §. 69.

l. 95. §. 13.

l. 98. §. 54.

Th. Niem. l. 2. c. 28.

totum annum 1400. At Rex Carolus VI, aut ejus Consilium consecutiones hujus sacræ peregrinationis metuens edidit decretum, ubi ait: Interea hostes nostri possent intrare Galliam, sicut eos cogitare scimus, eamque imparatam ab hominibus ac pecunia invenirent. Præterea magna pars viæ ducentis Romam est obnoxia Bonifacio ibi residenti, qui ditescere posset ex pecuniis, quas illuc deferrent subjecti nobis; atque ita fieret difficilior ad ineundam cessionis viam, quam pro Ecclesiæ concordia elegimus. Igitur hoc iter cunctis interdicimus; & id jam ingressos volumus redire, ut primum hanc voluntatem nostram compererint: qui non paruerint, Clerici bonis privabantur suis, reliqui capientur. Sæcul. XIV. A. C. 1400. *Libert. Gall. c. 462.*

Plurimi tamen Galli advenerunt in Italiam. Sed quod Papa cum Honorato Cajetano Fundorum Comite bellum gereret, dispersi circa Romam milites expilabant peregrinos, quin etiam insultabant fœminis nobilibus. Illi, qui venerunt Romam, larga illuc dona attulere. At pestis inibi eodem sæviebat anno: nec audebat Bonifacius inde abire, ut statuerat, per æstatem liberiore cælo fruiturus. Permansit ergo, ne profanum principatum amitteret: neque tamen e thesauro suo deprompsit quidquam, ut juvaret exteros, qui Romæ hærebant ægri. *Rayn. n. 2. Th. Niem.*

§. XXXIV.

Sæcul. XIV. A. C. 1400.

§. XXXIV.

Imperatoris Græci Manuelis iter in Occidentem.

Interea Conſtantinopolim aſſidue inter-cluſam tenenti Bajazeto imparem ſe ſentiens Imperator Manuel Palæologus ſtatuit in Occidentem ipſemet venire rogatum ſuppetias. Itaque nepote ſuo Joanne urbis cuſtodiam agere juſſo, Venetias, tum Mediolanum petiit: ubi optime habito Dux Joannes Galeatius Pro-Comes equitum, peditumque præſidium validum adjunxit, quod illum in Galliam deduceret. Pro dignitate ſua ibi exceptus Pariſios advenit 3 Junii an. 1400. At ægrotante Rege diſſentientes inter ſe Principes nullam Manueli ſpondebant opem. Poſt longam in Francia commorationem in Angliam delatum novus Rex Henricus nihilo plus adjuvit, quod ſibimet nondum ſatis regnum firmaſſet ſuum. Sic perdita opera domum illi redeundum erat.

Calch. l. 2. p. 44. Juven. p. 143. Labour. l. 20. Monſtrel. 1. c. 4. Rayn. n. 8.

§. XXXV.

Wenceslaus gradu movetur. Rupertus Imperator.

Eodem anno Wenceslaus Bohemiæ Rex dignitate imperatoria exutus eſt per Ele-

Electorum sententiam, cujus hæc erat summa: Principes, ac reliqua Imperii membra Regem Bohemiæ Wenceslaum sæpe monuerunt de indignis rebus ipsius vitio grassantibus. Resecuit quasdam Imperii partes, veluti Mediolanum, & Lombardiam, quæ magnos ei reditus ferebant: acceptaque pecunia Mediolani Ducem, ac Ticini Comitem creavit illum, qui tantum ibi quasi Minister Imperii fuerat. Alienavit etiam urbes, terrasque plures in Germania, & Italia sitas. Suis familiaribus multas vendidit membranas puras chirographo, sigilloque munitas suo: ubi, quæ volebant, scripserunt ii, quorum in manus illæ venerant.

Sæcul. XIV. A. C. 1400.

Urstit. p. 2. p. 180. Rayn. 1400. n. 13.

Nunquam curæ habuit controversias, ac bella, quæ Germaniam, cæterasque Imperii terras divexant. Hinc ortæ sunt direptiones, incendia, & latrocinia, a quibus nemo tutus in terra, vel mari versatur: Clerici, laicique, agricolæ, ac mercatores in pari omnes discrimine sunt: vastantur templa, & cœnobia. Denique necari jussit Episcopos, Sacerdotes, aliosque Deo sacros, vel optimæ notæ homines, quorum aliquos submergi, aut comburi voluit: nonnullos confodit ipse: hæc omnia sunt pervulgata.

Postquam igitur rem ad Summam Sedem detulimus; & illum commonitum sæpius, citatumque per defertos dies vadimo-

Sæcul. XIV. A. C. 1400.

dimonii fontem rite judicavimus: Nos Joannes Archiepiscopus Moguntinus omnium Electorum nomine per hanc sententiam memoratum Dominum Wenceslaum Imperio privamus ut indignum, inutilem, prodigum, ac negligentem: cunctos Imperii Principes, civitates, provincias, Optimates, ac Equites ab omni professione clientelæ, juratoque illi fide liberos declaramus: & nullam eidem ut Romanorum Regi obedientiam, nullum præstare obsequium jubemus. Hæc sententia fuit pronunciata in castro Lonstenio ad Rhenum sito die Veneris 20 Aug. 1400.

Trith. Chr. Span. & Hirsaug. an. 1395.

Moguntinus Archiepiscopus erat Joannes Nassovius frater Adolfi, qui celsam hanc sedem viginti abhinc annos tenuerat. Successor ejus Conradus Vinspergius obierat mense Octobri an. 1395. Collegium concorditer elegit Canonicum e suo numero, nempe Godefridum de Comitibus Linanganis, Virum modestum, prudentem, doctum, & hoc gradu dignum omnium judicio. At Joannes Nassovius homo pusillus, versutus, & callidus, pariter Collegii membrum, curavit, Papæ Bonifacii voluntatem tantopere sibi conciliandam, ut infirmata Godefridi electione quantumvis legitima, optatam dignitatem obtineret. Septuagies mille florenis hanc ei stetisse ajebant aliqui. Ecclesiæ

cleſiæ Moguntinæ præfuit viginti quatuor annos. Sæcul. XV. A. C. 1401.

Exauthorato Wenceslao Lonſtenii hærentes Joannes Moguntiæ, Vernerus Trevirorum, ac Fridericus Coloniæ Archiepiſcopi Electores menſe Septembri Rupertum Comitem Palatinum Rheni, & Bavariæ Ducem præſentem cooptarunt Imperatorem. Lonſtenio devehebantur ſecundo Rheno Coloniam: ubi Fridericus Archiepiſcopus in ſuo templo metropolitano Rupertum ut Germaniæ Regem inunxit, & coronavit 6 Januarii an. 1401. Francofurti eligendus, & Aquisgrani coronandus fuiſſet, niſi hæ urbes adhuc ſtetiſſent a Wenceslao. Sed ambæ partes agnoſcebant Bonifacium: quicum Rupertus conſilia conferebat, ut tranſiret in Italiam, & coronaretur ut Imperator: quod Wenceslaus non curaverat.

Id hiſſaug. an. 1400. Gobel. c. 70. p. 214.

Rayn. 1401. n. 2 3. &c.

§. XXXVI.

Bonifacii avaritia.

Bonifacius exeunte hoc anno 1401, ſui pontificatus 13, nimirum 22 Decembris irrita voluit omnia promiſſa beneficiorum, etiam clauſulam: *Anteferri*, ſed nondum effectum habentia. Suſtulit cunctas conjunctiones paroeciarum, aliorumque beneficiorum per ſe, aut proximum anteceſſorem ſuum factas ſine gravi neceſſita-

Gobel. c. 87.

Sæcul. XV. A. C. 1401.

ceſſitate. Infirmavit omnes indulgentias plenas ob annum ſacrum, vel iter ad Sepulchrum Domini Noſtri conceſſas. Reſcidit laxamenta legum a ſe decreta in gratiam Fratrum Mendicantium, ut tenerent beneficia etiam ſacerdotalia. Sed omnia ſolum ideo revocavit, ut novas largiretur gratias, pecuniamque acciperet.

In principio hujus anni, ſcilicet poſt Epiphaniam Rex Henricus Londini ſenatum habuit; & facta eſt hujusmodi ſanctio: Lollardi, ſeu Wicleffiſtæ capientur, ubicunque tuentes pravam doctrinam ſuam reperti fuerint, ac dedentur proprio loci Epiſcopo! Si contumaces ſuis in opinionibus perſtiterint, exaugurati foro profano ſubjicientur! Lex iſta executioni mandata fuit in quodam Sacerdote Smithfeldiæ palam combuſto. Itaque Lollardi deinceps clanculum docebant; atque ut anno proximo compertum eſt, tradebant ea, quæ ſequuntur:

Valſing. p. 364.

p. 366.

I. Septem Sacramenta ſunt tantum ſigna inanima, & nihil valent in forma, qua utitur Eccleſia. II. Virginitatem, ac vitam cœlibem haud probat Deus, ſed imperavit matrimonium, quod eſt ſtatus melior. Idcirco qui conſequi ſalutem volunt, conjugium inire, vel ſaltem id ſtatutum habere debent: alioquin ſunt homicidæ, ac humani generis propagationem

nem impediunt. III. Maris, ac fœminæ consensio sufficit ad matrimonium sine respectu Ecclesiæ: atque hoc ex dogmate Lollardi multa contrahebant connubia clandestina. IV. Ecclesia est synagoga Satanæ: Sacramentum Altaris est bolus panis inanimi, ac turris seu castellum Antichristi: nec vero adibant templa Lollardi, ut ibi Sacramenta susciperent, colerentque Deum. V. Infans recens natus non est in templum portandus ad baptisma; cum sit Divinæ Triadis imago nullo peccato sordida, quæ fieret pejor, si veniret in Sacerdotis manus. VI. Nullus nobis dies festus, nullus alio sanctior, ne Dominicus quidem: par quotidie libertas laborandi, bibendique, & comedendi. VII. Denique post hanc vitam non dantur flammæ piaculares: pro quolibet delicto satisfacimus id dolendo cum fide, ac in posterum vitando. Sæcul. XV. A. C. 1401.

Eques Ludovicus Cliffordius, qui Lollardos dudum protexerat, Cantuariensi Episcopo Thomæ Aruntinio detexit has propositiones, quas abditas, verbisque obscuris involutas tenuerat. Sed mentem de iis suam clare tunc explicavit, ut ostenderet se per simplicitatem, & ignorantiam, non ex malitia cum his hæreticis junxisse consuetudinem. Hos errores docentium nomina simul eidem tradidit.

Sæcul. XV. A. C. 1401.

§. XXXVII.

Initia Joannis Huſſii.

Tum illi usque in Bohemiam pervenerunt. Novam Pragæ Univerſitatem ab Imperatore Carolo IV conditam plane gubernabant Doctores Germani magna offenſione Bohemorum natura ferocium, parumque tractabilium: qui Regem Wenceslaum orabant, ut excluſis exteris præfecturam ſcholarum indigenis daret. Ille Germanis, quod ipſum gradu moviſſent, infenſus facile Bohemos voti damnavit. E maximis Germanorum inimicis unus erat Joannes Huſs juvenis infimo natus loco, ſed ingenio, & facundia inſignis, in Univerſitate Pragenſi anno 1396 Magiſter Artium, an. 1400 Sacerdos, & Orator in templo, cui nomen Bethlehem, annoque proximo Decanus factus. Indignati Germani bis mille numero tum Doctores, tum diſcipuli paulo poſt relicta Praga petierunt Lipſiam Miſniæ urbem: ubi ex authoritate Summi Pontificis Univerſitatem novam inſtituerunt.

Trith. Chr. Hirſ. an. 1402. hiſt. Colch. Huſ. Æn. Silv. hiſt. Bo.

to. 1. op. J. Huſſ. init.

Quidam Bohemus nobilis e familia, cui Piſcis Putridus cognomen fecit, Oxoniæ in Anglia litteras diſcens incidit in Wicleffi libros inſcriptos *Univerſalia Realia.* Mire his delectabatur; & horum exemplaria abſtulit, quæ continebant diſpu

Æn. Silv. p. 103.

disputationes de Jure Civili, Divinoque, ac de Ecclesiæ, & varias quæstiones contra Clerum. Suam in patriam hos libros omnes detulit ut thesaurum pretiosum; fiebatque studiosus sectator Wicleffi: cujus opera commodabat Germanorum inimicis, ac speciatim Joanni Hussio. Pragæ civis opulentus ibi templum construxerat (Bethlehemum vocabat) ac reditu dotaverat sufficiente ad alendos Concionatores duos, qui quotidie sermone Bohemico (est dialectus quædam linguæ Sclavonicæ) populum docerent: id autem munus Joanni Hussio est impositum an. 1400. Sæcul. XV. A. C. 1401.

Ut erat eloquens, ac probis esse moribus dicebatur, in aures suaviter influebat: idque sentiens proferre multas e Wicleffi libris sententias cœpit; quas esse verissimas, & illum fuisse virum sanctum dicebat, addens: Vellem post mortem meam venire illuc, ubi agit ejus anima. Sequebantur Hussium pœne omnes Clerici ære alieno pressi, aut criminum, ac seditionum nomine notati: sperabant enim fore, ut meritas effugerent pœnas, siquid novi accideret. Adjungebant se illis etiam quidam docti, quod in distributione beneficiorum pinguium sibi præponi Nobiles indignos cernerent. Tandem Hussius, ac discipuli ejus Valdensium erroribus ducebantur.

Sæcul. XV. A. C. 1402.

§. XXXVIII.

Bajazetus moritur.

In Oriente Bajazet Constantinopolim, quam assidue intercluſam tenebat, relinquere debuit, ut iret in Tamerlanum Mogolum Imperatorem, ac fere totius Asiæ Dominum. Is a quodam Ginguiscani cognato, qui sedem in Usbechia posuerat, ducebat genus, & Samarchandæ primaria illius regionis urbe primam lucem aspexerat. Genuinum ei nomen erat Timur, cognomen Lenc seu Claudus in sermone Persico. Anno Epochæ Arabicæ 771, Christi 1370 regnare cœpit, ac pergebat triginta sex annis, quorum intra spatium Corasania, India, Persia, Syria potitus ad Anatoliam usque processit. Cum ibi Sebasten Turcis ademisset; & Bajazet illum a progressu arcendi causa veniret, duo exercitus sibi Ancyræ occurrebant: ubi commisso prælio magno Bajazet victus, captusque paulo post decessit anno Epochæ Arabicæ 805, Christi 1402, sui regiminis 14.

Bibl. Orient. p. 175. 877. 882.

Procot. suppl. p. 45.

§. XXXIX.

Benedictus liberatur.

Sup. §. 25. Amplius quadriennio Benedictus Avenionensi palatio suo incluſus hærebat,

bat, inde nisi post redditam Ecclesiæ pacem non exiturus: quod ne faceret, tam arcta septus custodia tenebatur, ut esset captivo similis. Hunc statum perosus cum Robineto Braquemontio Nobili Normanno de modo clam abeundi consilia contulit. Itaque sibi providit de præsidio quingentorum hominum, qui extra urbem ipsum expectarent: & quia Robinetus eum vesperi sæpe adibat; voluit ille cum isto hac hora egredi personatus, quasi esset aliquis de comitatu ejus. Id factum 12 Martii an. 1403: sed adhuc numerabatur annus 1402, cum Pascha in 15 Aprilis incideret. Sæcul. XV. A. C. 1402. *J. Juven. p. 152. Labour. p. 461. Ms. f.*

Benedictus secum portabat in bella capsula divinam Hostiam: ut solebant Summi Præsules in suis itineribus. Ferebat etiam Regis epistolam, per quam is negabat probasse se unquam recusationem obedientiæ. Relicto palatio petiit quandam urbis domum: ubi præsentes Galli Nobiles ei per oscula pedum præstabant reverentiam Papæ debitam. Jussit tonderi sibi barbam admodum sane promissam: nutrierat enim pilos, quamdiu inclusus erat. Egressus Avenione accessit ad suum præsidium; quod eum deducebat ad vicinum oppidum nomine Castrum Vulpium: quo advenit sub horam nonam matutinam: ac eodem die per lit-

Secul. XV. A.C. 1403.

teras Regi rem indicavit, se porro ad Ecclesiæ concordiam propensum asserens.

J. Juven. p. 153. Labour. p. 466.

Utprimum recepit libertatem, qui eum deseruerant, Cardinales, cum Hispanos ei adhærere, Gallos in eum varie affectos cernerent, reconciliare sibi ejusdem gratiam studebant. Idem agebant cives Avenionis. Benedictus hos & illos voti compotes fecit; eam vero conditionem imposuit Avenionensibus, ut palatii muros inter obsidionem vitiatos reficerent. Cardinales 29 Aprilis ad se sic volentem reversos, flexisque genibus precatos veniam ad prandium adhibuit.

Postea misit ad Regem duos Cardinales, Pictaviensem, & Salutianum. Cum Carolus eis 25 Maji in palatio ad templum S. Pauli sito sui copiam feciſſet; Pictavienſis rem proposuit, oravitque, ut Benedicto rursum præstari obedientiam juberet. Remotis Cardinalibus Rex tunc suæ mentis compos deliberationem habuit. Cuncti Principes, excepto Duce Aureliæ, censebant perstandum in sententia. Sed multi opponebant: Sola Francia hoc susceptit consilium. Ex regionibus addictis antipapæ (Bonifacium intelligebant) nulla obedientiam abjecit: reliquus orbis Christianus Benedicto mansit obnoxius: Gallorum Regi daretur vitio, si solus aliter sentiret. Haud memini, ajebat Carolus, me consensisse unquam

quam in recusationem obedientiæ: ac demum hujus restitutio decreta fuit. Sæcul. XV. A. C. 1403.

§. XL.

Benedicto parere denuo jubetur Francia.

Rex Parisios in Idus Majas anno 1403 Concilium convocaverat, consultaturum, quid ad renovandam Ecclesiæ concordiam expediret. Jamque venerant magno numero Præsules, & alia Cleri membra: cum Carolus 28 ejusdem mensis hora tertia vespertina obedientiam iterum Benedicto præstari jussit urgente fratre suo Duce Aureliæ in absentia Præsulum, sed coram Cardinalibus Pictavienſi, ac Salutiano, & quibusdam de Clero Viris horum fautoribus. Post biduum Præsules, cæterique Clerici Lutetiæ versantes accersebantur ad Biturigum Ducem in palatium Turricularum prope portam S. Antonii situm: & ibi coram illo, ac ejus fratre Duce Burgundiæ Cancellarius Galliæ denunciabat Regem obedientiam Benedicto rursum præstitam velle; Ducemque Aureliæ confidere de obtinendis a Benedicto litteris Apostolicis super quibusdam modis reconciliandæ concordiæ. Hos scripto mandatos Cancellarius tenebat manu, petebatque Præsulum de iis sententiam. Nonnulli ajebant se Regis *Libert. p. 463.*

Sæcul. XV. A. C. 1403.

imperio gesturos morem: alii cum Episcopis suarum provinciarum de illis deliberandi spatium poscebant.

Dum hæc aguntur, affertur subito præceptum Regis, ut Duces protinus ad ipsum veniant in palatium Paulianum. Aderat hora undecima: jamque Rex accingebatur ad conscendendum equum, quo veheretur ad templum Nostræ Dominæ. Huc mox se contulit sequente cum Ducibus magna Præsulum, & Cleri multitudine. Cardinalis Pictaviensis peregit sacrum de Spiritu Sancto; ac Petrus Aillius Episcopus Cameracensis sermonem habens promulgabat decretum Regis, ac Benedicti promissa Duci Aureliæ facta: de quibus postea quinque litteras Apostolicas edidit ad Ecclesiæ concordiam facilem reddendam idoneas.

p. 465.

Eodem die 30 Maji confectæ sunt regiæ litteræ patentes, quarum summa hæc erat: Ante quinque propemodum annos in Cleri nostri conventu statuta est detrectatio parendi Papæ Benedicto XIII, quia non inierat cessionis viam ad extinctionem schismatis, quam celerius effectura videbatur illa recusatio. Sed ubi ventum est ad executionem, fructus inde speratus non sequebatur. Cogitabamus intrusum (nempe Bonifacium) pariter a suis sectatoribus desertum iri. At contra evenit: ac ille magis, magisque obfir-

obfirmavit animum. Præterea ex Cardinalibus Pictavienſi, & Salutiano, aliisque Viris cognovimus Papam Benedictum conſenſiſſe in ceſſionem ab intruſo pertinaciter denegatam. Inſuper Cardinales quos res tangit propius, ad obſequium rediiſſe cernimus. Sæcul. XV. A. C. 1403.

Ob hæc omnia de ſententia noſtrorum patruorum, & fratris noſtri Ducis Aureliæ, Præſulum, & Univerſitatum Pariſinæ, Aurelianenſis, Toloſanæ, Andegavenſis, & Ceſſeroniæ, itidem de conſilio multorum regni noſtri Procerum, ac Nobilium abrogamus decretum prius; & Papæ Benedicto XIII noſtram, ac regni noſtri obedientiam veram denuo addicimus, cunctis Prætoribus noſtris diſerte imperantes, ut voluntatem regiam publice denunciandam curent, ac hujus violatores ſevere puniant.

§. XLI.

Beneficia conſervantur.

Benedictus re comperta volebat ſtatuere de cunctis beneficiis, quæ poſt negatam obedientiam vacaverant; præſertim de abbatia Dionyſioſanenſi collata Philippo Vilettio. Nec Regi Carolo gratificabatur per legationem oranti, ut factas interea collationes cunctas confirmaret. Ipſe Dux Aureliæ tanti æſtimatus *J. Juven. p. 154. Sup. §. II.*

Sæcul. XV. A. C. 1403.

amicus ejus Vindomago, ubi 3 Oct. agebat, ibat Avenionem: sed nihilo plus effecit, quanquam optime receptus. Offensus Rex convocato Consilio decrevit Beneficiariis possessionem justo titulo acceptam stabilire.

Labour. p. 477.

Libert. p. 466.

Quocirca edidit hujusmodi declarationem: Papæ Benedicto iterum geri morem jubentes voluimus firmas manere quaslibet beneficiorum collationes negatæ obedientiæ tempore factas. Sed ut audimus, Papa nihilominus sacras dignitates, ac beneficia illis, quibus tum collata sunt, adimere, aliisque tribuere cogitat: & per nostri regni provincias misit, qui pecunias nimias sub nomine fructuum vacantium, aliorumve jurium per annos quadraginta perhibitorum exigerent: quæ res gravia crearet incommoda. Nos ea præventuri sancimus, ut Præsules, ac beneficiarii per tempus recusatæ obedientiæ designati tranquilla in possessione permaneant; neque sub obtentu fructuum vacantium, procurationum, aliarumve obligationum pecunias, vel usuras ex pensionibus non solutis pendere cogantur. Dabat 19 Dec. 1403.

§. XLII.

Sigismundus Hungariæ Rex.

Interim Papa Bonifacius per litteras Apo-

Apoſtolicas Calendis Octobris an. 1403 ſcriptas approbavit mutationem in Germania factam, nempe amotionem Wenceslai, ac electionem Ruperti Bavari ſic orantis per ſolennem legationem Rabani Spirenſis Epiſcopi, ac Matthæi Cracoviæ Præſulis, antea Theologiæ Profeſſoris, qui ejus nomine Papæ jurarunt fidem. Sæcul. XV. A. C. 1403. *Th. Niem. l. 2. c. 14.* *Gobel. p. 244.* *Rayn. 1403. n. 2. 8.*

Eodem anno Bonifacius volebat promovere Neapolitani Regis Ladislai molitionem in Hungariam: res explicanda venit. Maria Hungariæ Regina an. 1392 mortua regnum reliquerat marito ſuo Sigismundo Luxemburgio fratri Imperatoris Wenceslai. At Hungari Sigismundo ſibi exoſo in carcerem miſſo accivere Ladislaum tanquam propiorem Mariæ hæredem: eratque reapſe, ut iſta, ex Andegavenſi-Sicula familia, quæ ad fratrem S. Ludovici Regis originem referebat ſuam. Bonifacius Ladislaum hoc ad molimen animabat, ratus ab eo partes ſuas defenſum iri contra ſtirpem Luxemburgiam, cujus iram ob Wenceslaum de faſtigio detractum metuebat. *J. Thurocz. p. 127.*

Itaque Cardinalem Florentinum Angelum Acciajolum creavit Legatum, qui Regem Ladislaum comitaretur, & ad obtinendam Hungariam adjuvaret: illique per litteras Calendis Juniis an. 1403 datas ampliſſimam poteſtatem in hoc regnum, vicinasque terras contulit. Et vero *Rayn. 1403. n. 13.* *Th. Niem. l. 2. c. 14.*

Sæcul. XV. A. C. 1403.

vero Ladislaus transiit in Hungariam: cujus in urbe Javarino Legatus Nonis Augustis illi coronam imposuit; omnes reliquias census Ecclesiæ Romanæ ob regnum debiti octogies mille florenis aureis æstimatas remisit; atque in triennium concessit decimam de bonis ecclesiasticis ejusdem regni, rem graviter dolente Clero. At Ladislaus emissum e carcere Sigismundum collectas copias numerosas contra se ducere audiens non eum expectandum sibi, nec subeundam certaminis aleam censebat; sed velociter in Italiam rediit.

c. 18. Sigismundus manens Hungariæ Dominus de Bonifacio & Cardinalibus acriter querebatur in epistolis ad Principes datis. Regnum ipsum, præsertim Clerus multa pertulit ex hoc principio civilis belli: incendebantur cœnobia: Sacerdotibus, Monachis, & sacris Deo Virginibus eadem, quæ hominibus profanis, pericula impendebant: denique pauci Hungari permanebant in Bonifacii curia. Postea Rex Sigismundus pro arbitrio suo statuit de episcopatibus, abbatiis, cunctisque regni beneficiis. Hos Bonifacius fructus abstulit e susceptis Ladislai partibus.

§. XLIII.

§. XLIII.

Sæcul. XV.
A. C. 1404.

Benedictus Legatos mittit ad Bonifacium.

Sequente anno Benedictus, ut ostenderet per se non stare, quo minus tolleretur schisma Romam mittebat Petrum Rabanum Pontiosanensem Episcopum, Petrum Zagarrigam electum Episcopum Ilerdanum, Antonium Abbatem Facundosanensem, Bertrandum Radulfum ex Ordine Minorum, & FranciscumPaniumEquitem. Quinque Legatos istos sub finem Septembris an. 1404 Romam delatos Bonifacius audire noluit, nisi ab eis coleretur ut Papa. Illi, quid facerent, ignari tandem hoc inducebant in animum, considerantes hinc esse negotium magni ponderis, illinc tantum agi de ceremonia. Cum igitur admissi essent, Pontiosanensis Præsul omnium nomine loquens petebat, ut Bonifacius cum Benedicto ecclesiasticæ pacis conficiendæ causa in loco tuto colloqueretur. Cardinalibus Romanis eo propendentibus Papa promisit se responsionem decretoriam Legatis redditurum festo S. Michaëlis die: quo proinde post vespertinas preces in Vaticano palatio conventus habebatur, cui Papa, Cardinales ejus, ac multa curiæ Apostolicæ membra intererant.

J. Juven. p. 164. Labour. p. 376. Th. Niem. l. 2. c. 23. Spicil. to. 6. p. 160.

Legati

Sæcul. XV. A. C. 1404.

Legati dexterrime ibi ac prudentissime, sed, ut Romanis visum, callide hortabantur Bonifacium, ut Ecclesiæ concordiam cum ipsorum Domino renovaret, quem ad eam probillime affectum asseverabant. Bonifacius parum favorabile responsum dabat, contendens se Papam, Benedictum antipapam esse, addensque alios ejusmodi sermones, qui rem neutiquam promovebant. Legati succensentes ajebant suum Dominum non esse Simoniacum. Sentiebat aculeum Papa, eosque Roma egredi jubebat. Reponebant vero: Habemus a te, populoque Romano fidem publicam, & porro per aliquod tempus hic manendi facultatem, qua uti volumus.

§. XLIV.

Mors Bonifacii IX. Innocentius VII Papa.

Bonifacius exasperatus animo, ac præterea doloribus calculi, quo dudum laborabat, oppressus tertia, postquam lecto se commendaverat, die D. Remigio c. 24. sacra 1 Octobris animam efflavit, cum sedisset quatuordecim annos, & undecim menses. Cadavere satis modeste humato c. 34. in S. Petri basilica, Cardinales conclave protinus intraturos Legati Avenionenses

ſes orabant, ut ne inirent ſuffragia: ſic enim brevi pacem Eccleſiæ redditum iri. Cardinales fallaciam ſuſpicati nulla precantium ratione habita conclave mox adierunt. Sæcul. XV. A. C. 1404.

Paulo poſt Neapolitanus quidam Eques Bonifacii cognatus, tum Caſtelli S. Angeli Præfectus Benedicti Legatos eo duci captivos juſſit fidem publicam iis datam violans. Quod edoctus Gallorum Rex Cardinales Romanos per litteras rogabat, primum, ut electionem Papæ differrent usque ad Legatorum adventum, quos miſſurus eſſet; deinde, ut Benedicti Legatos in libertatem aſſererent. Jam eam illorum juſſu receperant poſt paucos ſuæ captivitatis dies: ſed arcis Præfectus fere quinquies mille florenos aureos eis extorſerat. *Spicil. to. 6. p. 169.*

Die Dominica 12 Octobris an. 1404 Vaticanum conclave veſpere intrarunt Cardinales novem, ſcilicet Florentinus Angelus Acciajolus Presbyter de S. Laurentio, Monopolitanus Franciſcus Carbonus de S. Suſanna, Neapolitanus Henricus Minutolus de S. Anaſtaſia, Aquilejenſis Antonius Cajetanus de S. Cæcilia, Bononienſis Coſmatius Melioratus de S. Cruce, Laudenſis Angelus Sommerivius de S. Pudentiana, Eſerninus Chriſtophorus Maronus de S. Cyriaco, Rainaldus Brancacius Diaconus de S. Vito, Landulfus *Rayn. n. 10. Gobel. c. 88.*

Sæcul. XV. A. C. 1404.

fus Maramarius de S. Nicolao. Duo aberant, Balthasar Cossa occupatus legatione Bononiensi, & Valentinus de Quinque Ecclesiis in Hungaria.

Novem Cardinales conclave ingressi coram notariis, ac testibus solemni juramento se adstringebant singuli, ut ad Ecclesiæ concordiam omni ope atque opera contenderent, præsertim ille, qui eligeretur in Papam, etiamsi deponendus esset pontificatus. Sanciebant simul, ut idem jurarent Cardinales absentes, ac novi, qui crearentur. Tum ferebant suffragia; & die Veneris 17 Octobris elegerunt Cosmatium Melioratum, qui se dixit Innocentium VII.

§. XLV.

Initia Innocentii VII.

Th. Niem. l. 2. c. 39.

Erat is Sulmone episcopali hodie Aprutii urbe mediocris fortunæ parentibus ortus, optimis moribus, litterisque ornatus, Juris Canonici Doctor celeber, ac in negotiis Romanæ curiæ perquam versatus. Tempore Urbani VI reditus ærarii Apostolici colligebat in Anglia: tum renunciatus Episcopus Bononiensis, postea thesauro Papæ Urbani præfectus, demum Bonifacii IX vix pontificatum ingressi beneficio Cardinalis evaserat. Habebat ingenium mite, benignum, ad misseri-

sericordiam pronum, superbiæ nihil, ætatem valde provectam, quando electus in Papam fuit. Sæcul. XV. A.C.1404.

Decem post diebus, nempe 27 Oct. 1404 cum Romanis fecit hujusmodi pactionem: Papa Innocentius concitatos post obitum Papæ Bonifacii IX hac in urbe motus, ac ea, quæ cives quidam tum a Collegio Cardinalium, tum ab ipso, cum electus esset, postularant, considerans, ut tranquillitatem restitueret, habita ratione precum Regis Ladislai nunc præsentis statuit, quæ sequuntur. *Rayn. n. 16.*

Romæ delectus a Papa Senator erit, qui secundum sanctiones urbis omnem tenebit jurisdictionem, exceptis rebus ad principatum pertinentibus, & criminibus læsæ majestatis. Erunt inibi septem Quæstores, qui Curatores Romani ærarii nuncupantur: hi modo eligentur in præsentia Papæ, cui juramentum dicent; in posterum autem coram Senatore: munus eorum bimestri spatio absolvetur, & consistet in urbis reditibus accipiendis, adhibendisque, sed sine ulla jurisdictione. Papa, Cardinales, illius Camerarius, & sacri palatii Magister portorium, tributumve nullum pendent cunctis ab oneribus liberi. Populus, ac Quæstores ejus haud poterunt in urbem introducere militarem manum aliquam, nec ullos antipapæ nuncios, aut sectatores. Hæc pactio *n.* 17.

Sæcul. XV. A. C. 1404.

videtur parum cohærere cum ſummo Papæ imperio.

Die Dominico quarto Nonas Novembris Papa Innocentius VII, ſolemni ritu coronatus eſt inter ſcalas & portam baſilicæ Vaticanæ. Undecimo ejusdem menſis in gratiam Regis Ladislai fecit decretum, per quod promiſit fore, ut negotium pacis eccleſiaſticæ neutiquam conficeret, priusquam ſecuritati hujus Principis ita providiſſet, ut ex conſenſu ambarum partium tranquillus regni Siculi poſſeſſor permaneret. Ladislaus ſibi hoc modo cautum volebat, metuens, ne, ſi renovaretur Eccleſiæ concordia, Galli ſat potentes in Italia fierent, ut Ludovicum Andegavenſem Neapolitano imponerent ſolio.

Th. Niem. l. 2. c. 36.

Rayn. n. 14.

§. XLVI.

Exemptorum ſtatus tempore ſchismatis.

Spicil. to. 6. p. 166. to. 11. conc. p. 2517. Art. 1.

Concilium Pariſiis 21 Oct. 1404 habitum condidit octo canones pro exemptorum privilegiis durante ſchiſmate conſervandis: illorum ſumma accipe! Cluniacenſes, Ciſtercienſesque Monachi, & omnes reliqui exempti tum Religioſi, tum ſeculares eandem tenebunt rationem regendi ſuos, quam tenuere ante ſtudium neutrius partis. Illi vero exempti, qui præter Papam nemini ſunt obnoxii, confirma-

firmabuntur ab Episcopo diœceseos, in qua habitant. Eliguntur jam nunc quatuor Judices Parisiis residentes cum delegandi & committendi potestate, scilicet Abbates ad S. Germanum Pratensem, & ad S. Genovesam, ac Decani Cathedralis Ecclesiæ Parisinæ, & ad S. Germanum Antissiodorensem: ii cunctas exemptorum causas, seu de petitione, seu de defensione agetur, etiamsi prius in curia Romana pependerint, dijudicabunt. Tenebuntur vero causam in provincia, ubi orta fuerit, alii committere, si altera partium hoc petierit. Mendicantes, ut Regulares cæteri, gradatim Judices adibunt suos, & a suis comitiis provincialibus venient ad Judices supra memoratos. Exempti episcopali jurisdictione præditi subjectos sibi poterunt noxarum, ac legum vinculis exsolvere in casibus, in quibus id possunt Episcopi. Abbates ab exemptis cœnobiis durante studio neutrius partis electos confirmabunt, & faustis precationibus prosequentur Episcopi diœcesium, in quibus illi vivunt.

Sæcul. XV. A. C. 1404.

2.

3.

4.

6.

7.

§. XLVII.

Papæ Innocentii litteræ.

Innocentius omnes ad Archiepiscopos sibi obnoxios, horum Suffraganeos, & Clerum in illorum provinciis versantem *Rayn. n. 12*

Sæcul. XV. A. C. 1404.

pro more circummisit epistolam Cardinalium pro se suffragationis indicem: ubi postquam rei adjuncta exposuerat, hortabatur, ut in Calendas Novembres anni 1405 venirent Romam, aut viros idoneos mitterent concilii habendi causa, quod tollendo schismati efficacem navaret operam. Dabat 27 Dec. 1404: ac eodem fine scripsit ad Reges & Principes sibi obtemperantes.

Gobel. c. 88.

Spicil. to. 6. p. 171.

Id concilii agendi propositum 17 Febr. 1405 Parisinæ Universitati significabat respondens ad duas ejus epistolas mense Novembri exaratas: ac de Legatis a Benedicto ad Bonifacium missis ajebat: Petitissimum pacis ecclesiasticæ causa offerebant ei colloquium in loco certo, improbata omni alia ad illam via. Noster antecessor implicitus morbo, e quo decessit, reponebat illis se in congressum venire haud posse, instabatque, ut singulares quasdam renovandæ concordiæ rationes inirent. At perstabant semper in via colloquii.

Valsing. p. 271.

Post Bonifacii mortem Cardinales, quorum in numero eramus, antequam conclave intrarent, accersebant Legatos: sed hi nihil novi spondebant. Cogitabamus omittere Papæ novi electionem, ac expectare, donec extinctioni schismatis provisum esset, si haberent perscriptam abdicandi pontificatus potestatem sufficien-

cientem. Cum hanc deesse sibi dicerent, orabamus efflictim, ut mitterent e suo numero quosdam, qui eam afferrent. Negabant se credere, suum Dominum cessionis viam initurum. Ita rem enarrabat Innocentius. Sæcul. XV. A. C. 1405.

§. XLVIII.

Molitio contra Clerum Angliæ.

Anglorum Rex Henricus sub festum S. Fidei diem 6 Oct. 1404 Senatum habuit. In litteris convocationis mandaverat Pro-Comitibus, ut ne regni juribus eruditos Nobiles eo mitterent; quia solum de acquirendis pecuniis ageretur: & vero hic conventus dicebatur senatus rudium. Postquam Henricus exposuerat se indigere subsidiis ad propulsandum bellum imminens: hi bardi Nobiles nihil ei suadebant aliud, quam ut omnia regni sui bona ecclesiastica suo fisco addiceret. Nos enim, ajebant, bona nostra sæpe impendimus in usus regios, & corpora nostra bellicis laboribus, ac periculis objecimus interim, dum Clerus domi manebat in otio, nec opem Regi ferebat suo. Magna de hac re contentio Clerum inter ac Ordinem Nobilium nascebatur: & Thomas Aruntinius Archiepiscopus Cantuariensis dicebat: Clerus nunquam non ad Regis emolumentum tantundem con-

Sæcul. XV. A.C. 1405.

tribuit, quantum laici: sæpe decimam partem, aut decimam quintam solvit: ac belli tempore clientes fiduciarios, qui sequantur Regem, non pauciores mittit, quam laici. Præterea diu noctuque sacrificia, & preces peragimus pro salute Regis, & omnium, qui ei serviunt. Is, qui Nobilium nomine loquebatur, oris specie, vocisque sono indicabat, se preces Ecclesiæ haud magni facere. Subjungebat Thomas: Video, quo vergat fortuna regni: quia spernuntur preces, quæ Deum reddunt propitium: sine religione nullum unquam imperium diu stetit. Nobilium Orator erat Eques Joannes Cheinius, qui, cum esset Diaconus, rediisse ad vitam profanam ferebatur.

Benedicti Legati relicta post electum Innocentium Roma Florentiæ subsistebant: unde Romam redeundi copiam petebant de concordia Ecclesiæ acturi. Tum Papa Innocentius epistolam similem illi, quam ad Universitatem Parisinam miserat, Florentiæ, ac Fesularum Episcopis, duobusque aliis Doctoribus scripsit conquerens, quod Benedicti Legati dixissent se nullam habere potestatem approbandi cessionis viam, nec proposuissent aliam, præter Paparum congressum. Rem ad concilium rejiciebat in Calendas Novembris indictum; jubebatque duos Præsules ea, quæ hac in re Romæ acta fuis-

Rayn. 1405. n. 12.

fuiſſent, in lucem proferre. Dabat 23 Apr. 1405.

Sæcul. XV. A. C. 1405.

§. XLIX.

Novi Cardinales Innocentii.

Die Veneris intra hebdomadem Pentecoſtes undecimo, vel potius duodecimo Junii Papa Innocentius creavit undecim Cardinales, octo Presbyteros, ac tres Diaconos. Primus erat Conradus Caracciolus Nobilis Neapolitanus, qui fuerat Patriarcha Gradinus, & Archiepiſcopus Nicoſianus, dein Melitenſis Epiſcopus, modo Cardinalis Presbyter de S. Chryſogono, ac ſupremus Eccleſiæ Romanæ Quæſtor. Secundus, Angelus Corrarius Nobilis Venetus Conſtantinopolitanus Patriarcha honorarius, antehac a Bonifacio IX miſſus Neapolim ad Ladislaum Nuncius, modo Cardinalis Presbyter de S. Marcello, poſtmodum Papa ſub nomine Gregorii XII. *Rayn. n. 7.*

Tertius de Quatuor Coronatis Franciſcus ab anno 1389 per Bonifacium IX Burdigalenſis Archiepiſcopus. Quartus de S. Martino *in Montibus* Jordanus Urſinus Archiepiſcopus Neapolitanus. Quintus de S. Cruce *in Jeruſalem* Joannes Melioratus, cui Papa ſuus patruus archiepiſcopatum Ravennenſem transmiſerat. Sextus, Petrus Cretenſis Mediolani Archi- *Gall. Chriſt. to. 1. p. 221.*

Sæcul. XV. A. C. 1405.

chiepiſcopus, modo Cardinalis de duodecim Apoſtolis, poſtea Papa Alexander V. Septimus, Antonius Archionus Romanus Aſculenſis Epiſcopus, modo Cardinalis de S. Petro *ad vincula;* ſed 21 Julii ſequentis obiit. Octavus de S. Praxede Antonius Calvius Nobilis Romanus Tudertinus Epiſcopus. Nonus, Odo Columnius ex una de præcipuis Romæ familiis Cardinalis Diaconus de S. Georgio *ad velum aureum*, poſtmodo Papa Martinus V ab Eccleſia tota ſchiſmate finito agnitus. Decimus, Petrus Stefaneſcus, ſeu potius Annibaldus itidem Romanus Nobilis, Cardinalis Diaconus de S. Angelo. Poſtremus, Joannes Ægidius natione Normannus, Doctor Juris, ac Eccleſiæ Pariſinæ Præcentor: ſed relictis partibus Clementis delatus Romam, & ab Urbano VI factus Præpoſitus Leodienſis, modo per Innocentium Cardinalis Diaconus de SS. Coſma & Damiano.

Quinque Romanos Innocentius ſacra ornavit purpura, ut populi favorem ſibi conciliaret: at ſpes eum ſua deſtituit. Septem Quæſtores urbis vocati Viri Providi, ac ærarii Curatores erant partium Gibellinarum: tantumque aberat, ut ſtarent pactione cum Innocentio confecta, ut novam quotidie rem aliquam ab eo poſcerent. Inſuper Joannes Columnius ſe ſtudere partibus Benedicti ſimulans prope

pe Romam collocaverat magnum armatorum numerum urbis Quæſtoribus contra Papam, & Curiam ejus ſuccurrere paratorum. Innocentius natura bonus, & pacificus illis gratificabatur, quantum poterat: ſed tandem per malitiam poſtulabant tam iniqua, ut iratus reponeret: An non egi omnia, quæ cupiiſtis? Quid facere ultra poſſum? Niſi forte, quod quod gero, pallium quoque petitis. Volebat dicere, ſe abiturum potius pontificatu, quam eorum importunitates laturum diutius. Sæcul. XV. A. C. 1405.

Cum haud poſſet efficere, ut rationi locum darent, cogebatur pro corporis ſui cuſtodia tenere aſſidue Ducem Muſcardam nomine cum numeroſa militum manu in vico S. Petri habitantium, quorum ſuſtentatio majorem forſitan ſumptum exigebat, quam dignitas ei ſua ſuppeditabat. Rex Ladislaus ſe ſtare a Papa fingens cum Quæſtoribus pecunia corruptis, multisque civibus primariis colludebat, urbis dominio potiturus. Papa habebat etiam nepotem Ludovicum Melioratum triginta natum annos, intrepidum, & ad magna promptum molimina: qui, cum jam eſſet Nobilis ſcutarius, ſe Muſcardæ junxit, ac moleſtiſſime ferebat Papam ſuum patruum tam indigne tractari a Quæſtoribus.

Sæcul. XV.
A. C. 1405.

§. L.

Romani quidam necantur.

Sexto Auguſti anno 1405 mane Quæſtores cum aliis quibusdam Romanis venerunt ad Papam, ut cum eo tranſigerent. Diu collocuti, cum nihil ſtatuiſſent, ſub horam prandii e palatio exierunt cum nonnullis Cardinalibus. Adhuc erant in vico S. Petri, ac prope valetudinarium publicum S. Spiritus in Saxia; cum illic habitans Ludovicus Melioratus illos ab armatis ſatellitibus ſuis capi, & per vim ad ſe adduci voluit. Undecim, & inter eos duo Quæſtores comprehenſi, omnes aſcendere in quoddam conclave juſſi, veſtibus ibi ſuis ſpoliati, & occiſi; cadavera in vicum projecta ſunt: ubi ad veſperum usque jacebant. Duodecimo cum reliquis capto ſuperveniens Cardinalis quidam ſaluti fuit.

Sup. §. 49. Th. Niem. l. 2. c. 36.

Cum rumor de hac violentia per urbem percrebuiſſet; Quæſtores fuga elapſi populum in Papam, & Curiam ejus concitabant pulſando ſæpius æs campanum Capitolii: ut moris erat, cum Romani capeſſerent bellum contra hoſtes ſuos. Populus it turmatim in Clericos de curia: domos eorum diripit, veſtes, quas gerunt, dilacerat: ipſos fuſtibus excipit: multos carceri mandat: Curia Romana tota trepidat.

§. LI.

§. LI.

Sæcul. XV.
A. C. 1405.

Innocentius Viterbium petit.

Papa cædem se inscio factam mirifice dolens sublatis identidem ad cælum oculis, quasi testem innocentiæ suæ appellaret Deum, infelicitatem lugebat suam, quid consilii caperet, ignarus. Suadebant aliqui, ut protinus exiret Roma, nec expectaret impetum populi tam acriter exulcerati: alii manendum ei putabant, & sustinendam obsidionem, donec adessent urbium amicarum subsidia. Vicit tandem sententia prior: Papa eodem vespere cum Aulicis, quotquot sequi poterant, profectus die tertio Viterbium advenit, ubi reliquum agebat annum. *Leo. Aret. Rer Ital. p. 254.*

Post ejus abitum Joannes Columnius cum suo milite S. Petri vicum ingressus tres circiter hebdomades in palatio habitabat, idcirco dictus a populo ludibrii causa Joannes XXIII, quasi se facere Papam voluisset. Interim Quæstores urbis ob cædem suorum civium exacerbati de Papa Innocentio, & hujus nepote Ludovico per litteras conquerebantur: delebant ubique, aut luto fœdabant illius insigne gentilitium, dicebantque, se illum non agnituros Papam amplius, sed ut Ecclesiæ pacem conficerent, omnia tentaturos. *Th. Niem. c. 36.*

§. LII.

Sæcul. XV. A. C. 1405.

§. LII.

Benedictus venit Genuam.

J. Juven. p. 170. Labour. p. 507.

Benedictus concordiæ desiderium præ se ferebat, nunquam discedens a consilio colloquii cum suo æmulo. Proinde Genuam, atque si opus esset, Romam usque ire constituit: & pro itineris sumptibus decimam Franciæ, cunctisque regionibus sibi obnoxiis imperavit. Cum id Parisinæ Universitati displiceret; Rector, & alii quidam de illius corpore Principes ægroti Regis vicem fungentes orabant, ut ne decima hoc in regno colligeretur; vel saltem Universitas immunis esset, cum tantas jam impensas fecisset in concordiæ negotium. Sed auditi non sunt: atque Principes, vel horum domestici decimæ partem nacturi dicebantur. Universitas ergo statuit ad Benedictum legationem mittere: in quam insumpsit bis mille nummos sexaginta Gallicorum assium.

Haud multo ante Legati Franciæ Genuam profecti Rempublicam, Archiepiscopum, quin etiam Cardinalem Fiescum ibi Papæ Romani vices gerentem ad Benedicti causam adjunxerant. Tum Pisas delati effecerunt, ut civitas, ac territorium ejus totum ab Innocentio ad Benedictum desciscerent.

S. Ant. to. 3. p. 460.

Hic

Hic Nicææ in Provincia conſcenſa nave menſe Majo anno 1405 Genuam attigit, ſic receptus, ut eum ibi expectatum eſſe conſtaret. Et vero hanc Rempublicam tunc protegebat Francia: & Caſtrorum Præfectus Bucicaltus Regis nomine ibi copiis præerat. Benedictus ſe pacis eccleſiaſticæ curandæ gratia veniſſe perhibens naves a Genuenſibus poſtulabat ſe deducturas Romam. At interveniens peſtis eum haud ſinebat diu Genuæ commorari, ſed redire Maſſiliam coëgit.

Sæcul. XV. A. C. 1405.

Labour. p. 513.

Juven. p. 171.

§. LIII.

Negotium concordiæ retardatum.

Exeunte Septembri Benedictus Innocentium Viterbii agentem curavit impelli, ut Nunciis tractandæ concordiæ cauſa ad ſe mittendis commeandi poteſtatem faceret. Recuſabat Innocentius haud credens illum bona fide id poſcere. De repulſa conquerens Benedictus ajebat per ſe non ſtare, quo minus fieret concordia: ita ſcribebat multis in epiſtolis ad varia miſſis loca. Innocentius ad eas reſpondit per litteras longiores, quas in multis Italiæ locis promulgari voluit. Sic ambo per ſua ſcripta ludentes orbem ducebant tempus, ne cedere cogerentur, veriti.

Th. Niem. l. 2. c. 38.

Inno-

Sæcul. XV. A.C. 1405.

Innocentius concilium, quod in hunc annum Romam convocaverat, tum non posse celebrari videns, edebat litteras in hanc sententiam: Ut hoc infaustum schisma finiremus, obnoxios nobis Reges, Principes, Præsules, ac Universitates per litteras, & nuncios precati sumus, & hortati, ut in Calendas Novembres hujus anni ad nos, ubicunque resideremus, venirent consultatum de modis renovandæ concordiæ. Postea per rem, quæ Romæ 6 Augusti accidit, Viterbium petere coacti cogitavimus rumorem de hoc casu non modo in viciniam, sed etiam longe, lateque manaturum celeriter, aversurumque invitatos ad concilium. Itaque huic diem S. Martini destinavimus. Nunc per nuncios e propinquis, remotisque locis acceptos edocti vias non esse tutas, nec facile agi conventum posse, Calendas Majas anni proximi præstituimus iis, qui venire volent, aut mittere Oratores ad deliberationem de tollendo schismate habendam non ad modum concilii generalis, sed instar peculiaris consilii. Dabat Viterbii 20 Nov. 1405. Sed ista convocatio effectu caruit.

Rayn. n. 15.

Sup. §. 47.

§. XLIV.

Sæcul. XV.
A. C 1406.

§. LIV.

Innocentius Romam redit.

Interim Romani a Joanne Columnio, Ducibusque, qui a Rege Ladislao ſtabant, liberi per Oratores Papam Innocentium rogabant, ut Romam repeteret ibi permanſurus; ſpondebantque ſe reddituros ei dominatum urbis integrum, qualem Bonifacius habuiſſet. Lætiſſimus hac de re Innocentius Bartholomæo deſignato Epiſcopo Cremonenſi, ſuoque in urbe Roma, & hujus vicinia Procuratori fecit poteſtatem capiendi poſſeſſionem urbis, & arcium, ut ipſi præpararet vias: mandatum dedit Viterbii 27 Jan. 1406. Secunda Martii pariter, ac jejunii verni hebdomade ingreſſum Romam Innocentium debito honore, ac ingenti gaudio excepit populus.

Th. Niem. l. 2. c. 37. 38.

Rayn. 1406. n. 1.

Th. Niem. c. 39.

Reſtitutus in ſtatum priſtinum 18 Junii edebat litteras contra turbarum authores Nicolaum, & Joannem Columnios fratres, quibus irrogatas a Bonifacio IX cenſuras ibi renovat, pœnasque ſeveriſſimas injungit. Poſt biduum ſimiles in publicum dabat litteras adverſus Regem Ladislaum; quem omnibus terris, ac juribus ibi privat, pœnisque graviſſimis afficit, annexis clauſulis terribiliſſimis. Rex effectum timens ad Papam protinus

Rayn. n. 3.

n. 6.

Th. Niem. c. 41.

Sæcul. XV. A.C. 1406.

nus misit Legatum: qui rem tam bene gessit, ut Innocentius Paulum Ursinum, suumque nepotem Ludovicum Melioratum ad Regem legaret. Pax, quæ 13 Aug. 1406 confecta fuit, haud videbatur sincera: quamvis Papa simul Ladislaum creasset Ecclesiæ Vexillarium.

n. 47.

§. LV.

Conventus Parisinus concordiæ causa factus.

Oratores, quas Parisina Universitas ad Papam Innocentium miserat, retulere Roma litteras 20 Nov. 1405 datas, quibus is in Majum conventum convocabat. Benedictus re comperta mox Parisios misit Cardinalem Challandinum ut Legatum *a latere*, qui obstaret, nequis hunc consessum adiret. Cardinalem impediendæ concordiæ causa venisse cum intelligerent Galliæ Principes, eum nec agnoscebant Legatum, nec pro tali dignitate coli volebant: atque in finem Paschatis, immo Aprilis, distulerunt ejus alloquium, Regem ipsum huic affore causati. Pascha hoc anno 1406 incidit in undecimam Aprilis.

Labour. p. 537.

Vigesima nona hujus mensis erat, qua Cardinalem Challandinum in palatio audiebant Principes. Sermone Lati-

p. 542.

no

no defendebat, quantum poterat, Benedicti causam, laudibus extollens super omnia susceptum ab eo consilium Romæ cum Innocentio colloquendi: denique hortabatur præsentes omnes, ut Benedicto firmiter adhærerent, si vellent cernere finitum schisma. Postea surgens loco Rectoris, qui aderat, Doctor Joannes cognomento Parvus pro Universitate dicendi copiam petebat a Principibus: quam tum quidem denegatam diutius instanti promittebant in decimam septimam Maji. Ea die Joannes exposito facto toto concludebat statutam octo abhinc annos Benedicto parendi detrectationem observandam esse, damnandam Tolosanæ Universitatis epistolam, Ecclesiamque Gallicam exactionibus Romanæ Curiæ liberandam. Punctum postremum maxime angebat Benedicti fautores. Principes eorum solicitationibus fatigati, occupatique insuper regni negotiis rejecerunt causam ad senatum nonis Juniis habendum.

Sæcul. XV. A. C. 1406.

Sup. §. 19.

§. LVI.

Universitatis Tolosanæ epistola condemnatur.

Joannes Plaulius Theologiæ Professor Parisinæ Universitatis nomine loquens

Sæcul. XV. A. C. 1406.

impugnavit epistolam Universitatis Tolosanæ, quæ recusationem obedientiæ vocabat noxam, pro certo ponens Benedictum esse Papam legitimum, minime que dubium. Inferebat, de illius audacia ut criminosa judicium faciendum, ac epistolam damnandam esse ut rem exempli pernicioſi. Deinde Doctor Joannes Parvus memorabat, quomodo ad detrectationem gerendi moris ventum esset: & addebat, ejus revocandæ animum non habuisse Galliam; atque si ad tempus ab ea decessisset, id esse factum certis conditionibus, quas Benedictus haud observasset. Exaggerabat admodum pensiones, quibus Benedictus Clerum opprimeret, ac eas colligentium asperitatem, poscebatque, ut Ecclesia Gallica iis liberaretur.

Labour. p. 544.

p. 546. Ms. f. 234. J. Juven. p. 179.

Postero die 6 Junii Joannes Juvenalis Ursinus Regis Advocatus Tolosanæ Universitatis epistolam vocabat ridiculam, impotentium animorum indicem, ac in Regem injuriosam. Postulabat, ut lacerarentur in loco, ubi esset composita; & ut authores ejus punirentur tanquam rei læsæ majestatis. Petebat postea, ut obedientiæ recusatio continuaretur. Denique a Benedicto imperatas Clero pecunias improbabat, præsertim decimas; contendens debitas non esse, sed subsidium voluntarium, neque colligendum sine

sine permissu Regis. Primum de Tolosana epistola 17 Julii lata fuit sententia, ut Avenione, ac Tolosæ palam concerperetur: epistolæ authores infectandi facultas Procuratori generali reservata est. Igitur, qui cum illa venerant, & Cardinalis Challandinus velociter se submoverunt. Sæcul. XV. A.C.1406. *Bourg. Prouv. p.* 240.

Die sabbati 7 Augusti denegata Benedicto obedientia, quatenus ad ærarium pertinebat, vetitumque, nequa pecuniæ summa extra regnum asportaretur. Undecimo Septembris editum comitiale decretum hujusmodi: Benedictus ac Ministri ejus toto in regno desinent exigere annatas, seu primos fructus annuos beneficiorum vacantium, & jura procurationis; exigent vero Præsules, & Archidiaconi, dum illa obibunt. Cardinales, & Collegii Camerarius itidem cessabunt capere partem annatarum, usurarumque, ac reliquorum jurium: atque siquid inde perceperint, in id regia injicietur manus. Qui ob memorata præscripti fuerint, absolventur. Hæc fient, donec aliud de iis Aula sanxerit. *Id. p.* 86. 92.

Sæcul. XV.
A. C. 1406.

§. LVII.

Alter conventus Cleri.

Quia hoc decretum in rem præsentem duntaxat interpositum erat: in festum S. Martini diem indictus est Cleri conventus generalis Lutetiæ celebrandus; quo cuncti Franciæ Præsules convocarentur decisuri denique, an Benedicto rursus obedientia omnis omnino deneganda esset.

J. Juven. p. 180.

Facto conventu, cum Præsules, ac Doctores non idem omnes sentirent, statutum est; ut ex iis seligerentur duodecim Theologi, & Canonici Juris periti, quorum alii pro Benedicto, alii adversus eum dicerent: quibus auditis Rex decerneret, quid sibi esset agendum. Duo primi erant Theologiæ Doctores, qui contendebant Benedicto negandam esse obedientiam.

p. 181.

Tertius fuit Simon Cramaldus Alexandrinus Patriarcha honorarius, ac Episcopus Pictavienſis, qui loquebatur die sabbati ante primam hebdomadem Adventui Christi sacram, nempe vigesima septima Novembris. Ut Universitatis Parisinæ authoritatem augeret, ac tolleret altius, inter alia dicebat, Julium

lium Cæsarem illam Athenis Romam, & Carolum Magnum eandem Roma Parisios transtulisse. Talis erat eruditio maximorum Doctorum illius temporis. Atque ut semel dicam, non est standum præconiis, quæ iis ejusdem temporis scriptores tribuunt: e scriptis illi suis sunt judicandi; si tamen legi patienter queant: sunt enim longissima, verbisque multis pauca comprehendunt argumenta: hinc factum, ut deliberationes finiri haud possent. Sæcul. XV. A. C. 1406. *Bourg. Præf. 123.*

Ubi Simon Cramaldus sermonem absolverat suum; Cancellarius illos, qui Benedicti causam debebant agere, rogabat, an parati essent. Cum peterent moram, rejecti sunt in proximam diem lunæ. Hac die Guilielmus Fillastrus Juris Doctor, Ecclesiæ Remensis Decanus obedientiæ recusationem improbans, Papæ authoritatem amplificando Regis, ac Ecclesiæ Gallicæ propriam nimis minuebat sequens præjudicatas opiniones tum in Romana regnantes curia. Sabbato pridie Nonas Decembris Armelus Brevilius Archiepiscopus Turonensis a Benedicto stabat; sicut undecimo ejusdem mensis celeber Petrus Aillius Episcopus Cameracensis, qui volebat concilium generale. *Juven. p. 182. Bourg. Pr. p. 125.*

Sæcul. XV. A. C. 1406.

Postea Petrus cognomine Rex Juris Pontificii Doctor, Michaëli-Montanus Abbas, ac Petrus Plaulius Theologiæ Doctor partes Parisinæ Universitatis defendebant. Remensis Decanus, quæ nimia pro Benedicto dixerat, excusare cupiens in sermone tamen suo affirmabat Christum S. Petro potestatem sacram profanamque tradidisse. Tandem die lunæ 20 Decembris factus congressus ultimus: in quo primus Regis Advocatus Joannes Juvenalis Ursinus de potestate Regis agens demonstrabat eum habere jus congregandi Cleri Gallici ob Ecclesiæ negotia, etiamsi nemo id postularet; illumque insuper tenere jus præsidendi consessui, curandique, ut ejus decreta executioni mandentur. Cæterum Universitati se adjungebat poscendi convocationem generalis concilii, ac detrectationem ulla in re parendi Benedicto. Rogatis dein sententiis utraque statuta fuit. Post totum tempus religioni consecratum 16 Jan. 1407 conventum clausit habita Lutetiæ solemnis supplicatio publica, cui aderant sexaginta quatuor Episcopi cum magno Abbatum numero.

p. 202. *Juven.* p. 184.

§. LVIII.

Sæcul. XV.
A. C. 1406.

§. LVIII.

Mors Innocentii VII.

Interim Romæ novus dabatur Papa, postquam Innocentius VII sexta Novembris anno 1406 derepente mortuus in S. Petri sepultus fuerat. Conclave 18 ejusdem mensis intrarunt quatuordecim Cardinales, scilicet Florentinus, Angelus Episcopus Ostiensis; Neapolitanus, Henricus Tusculanus Præsul; Aquilejensis, Antonius Prænestinus Antistes; Laudensis, Angelus Presbyter de S. Potentiana; Melitensis, Conradus de S. Chrysogono; Constantinopolitanus, Angelus de S. Marco; Ursinus, Jordanus de S. Martino; Ravennensis, Joannes de S. Cruce; Tudertinus, Antonius de S. Praxede; Brancacius, Rainaldus Diaconus de S. Vito; Barianus, Landulfus de S. Nicolao; Columnius, Odo de S. Georgio, Leodienses, Petrus de S. Angelo, & Joannes de S. Cosma. *Gobel. p. 283. Rayn. 1406. n. 8. 9. 11.*

Hi Cardinales congregati dubitabant aliquamdiu, an novum eligerent Papam. Audierant enim Galliæ Principes, ne schisma perpetuum esset, veritos effeciisse, ut Benedictus se cessurum *Th. Niem. l. 3. c. 1. Leo Aret. Ital. p. 256.*

Sæcul. XV. A. C. 1406

promitteret, si cederet Papa Romanus, vel huic extincto non sufficeretur novus: hæc ad concordiam via videbatur certissima. Ex parte altera metuebant, ne hæc intermissio, quæ necessario diuturna foret, gravia crearet incommoda; & interim carentes Domino Romani profanam rursus authoritatem sibi assererent. Cardinales se mediam ituros viam putabant, si eligerent Papam, qui quasi Procurator duntaxat esset, ut pontificatu abiret.

Th. Niem. l. 3. c. 2.

Ibid. c. 3. Rayn. n. 11.

Igitur die Martis 23 Nov. in conclavi tabulas confecerunt in hanc sententiam: Quatuordecim Cardinales voverunt singuli, & promiserunt Deo, ac sibi mutuo, si quis e suo numero cooptetur in summum Præsulem, eum post antipapæ cessionem, aut mortem de jure suo decessurum, dummodo commentitii hujus Cardinales cum ipsis consentiant ita, ut omnes simul unum, solumque Papam legitimis declarent suffragiis. Si quis Cardinalium absentium, vel alius quispiam sacro Collegio non aggregatus in Romanum Pontificem eligetur; Suffragatores bona curabunt fide, ut is promissum idem faciat; & intra mensem post conscensum solium Romanorum Regem, antipapam, & falso creditos ejus Car-

Cardinales, Regem Franciæ, ac reliquos Principes, Præſulesque cunctos per literas memorata omnia edoceat. Tres intra menſes mittet, quo mittendos Collegium ſacrum cenſuerit, Legatos cum poteſtate condicendi locum congreſſus: & utraque pars ſpondebit ſe inter pacis negotium non creaturam Cardinales novos. Has tabulas jurejurando, & ſubſcriptis nominibus ſuis confirmarunt quatuordecim Cardinales. Sæcul. XV. A. C. 1406.

§. LIX.

Gregorius XII. Papa.

Pridie Calendas Decembres Angelum Corrarium Venetum Theologiæ Doctorem, Conſtantinopolitanum Patriarcham honorarium, Cardinalem Presbyterum de S. Marco annos ſeptuaginta natum, tanquam Virum vitæ ſanctimonia, & antiqua ſeveritate conſpicuum una omnes voce cooptarunt, perſuaſum ſibi habentes, illum Eccleſiæ pacem fide optima curaturum. E conclavi egreſſus tabulas, quas intus fecerat, liberrime confirmavit: & qua coronatus eſt, die orationem inſtituit, qua Cardinales, & Adminiſtros Curiæ hortabatur, ut cum ipſo ad bonum id opus incumbe- *Th. Niem. l. 3. c. 1.* *Labyr. p. 38.* *Leo Aret. Ital. p. 556.* *Th. Niem. c. 2. 12.*

Sæcul. XV. A.C. 1406.

rent: Quamobrem summo perfusi gaudio ubique Gregorii laudes etiam scripto divulgabant. Ipse identidem de suo concordiæ desiderio loquens affeverabat se velle congressus locum petere, etiamsi pedibus, & ope baculi, vel mari minima in scapha sibi proficiscendum esset. Cardinales, & Curia de firmo ejus proposito haud dubitabant: timebant solum, ne minus diu viveret, quam ut illud exequi posset.

HISTO-

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

LIBER C.

GREGORIUS XII, TUM ALEXANDER V, DEIN JOANNES XXIII SUMMI PONTIFICES.

RUPERTUS, DEINDE SIGISMUNDUS OCCIDENTIS, MANUEL PALÆOLOGUS ORIENTIS IMPERATORES.

§. I.

Gregorius, ac Benedictus per litteras colloquuntur.

Vix electus in Papam Gregorius, & nondum coronatus erat: cum ad Benedictum scripsit ex pactione in conclavi facta 23. Nov. 1406. Epistolæ summam habe! In hoc schismate infausto tuum est, ut videas, an conscientia tua

Sæcul. XV. A. C. 1407.

Sup. l. 99. §. 59. Th. Niem. l. 3. c. 4. Nemor. p. 196.

Sæcul. XV. A. C. 1407.

tua non sit in periculo. Ad me quod attinet: meam candide declaro mentem. Nolo tempus perdere: sed quanto clarius, & certius est jus meum, tanto laudabilius, ac tutius fore censeo, si de hoc decedam ob pacem orbis Christiani. Agedum, jungamus operam, ut concordiam renovemus! Spondeo me abiturum munere, si tu abeas a jure, quod ad id habere te contendis. Dabat Romæ 11 Dec. 1406. Has litteras Massiliam ad Benedictum detulit frater laicus ex Ordine S. Dominici, Legatus, ut videtur, tanto negotio parum congruens. Gregorius *p.* 198. eodem tempore ad Principes, Præsulesque circummisit epistolam suæ dignitatis indicem, ubi facit idem cessionis promissum; sed iterum cum eadem circumscriptione: Si cedat adversarius.

l. 3. *c.* 5. Benedictus in responso pariter affirmat se pacis ecclesiasticæ semper cupidum nunquam respuisse viam examinis, ut æquitatem causæ monstraret suæ. Pollicetur se cum suis Cardinalibus in loco tuto, & idoneo, quem Gregorius cum suis adire vellet, affore; ac ibi de jure suo decessurum, si Gregorius abiret a suo. Dabat Massiliæ ad S. Victorem pridie Cal. Febr. 1407. Sic Benedictus, & Gregorius eadem loquebantur: sed & eadem cogitabant, nempe contraria iis, quæ dicebant; ut postea videbimus.

§. II.

§. II.

Sæcul. XV.
A. C. 1407.

Gallorum Regis litteræ patentes.

Interim Rex Franciæ Carolus VI edidit litteras patentes, Chriſtianis inſcriptas omnibus; ubi ait: Poſtrema hyeme congregavimus totius regni noſtri concilium; in quo jacta eſſe credimus pacis eccleſiaſticæ fundamenta. Cum enim Benedictus, & Angelus Romæ nuper admodum electus per epiſtolas ſuas conſenſiſſent in ceſſionem: decrevimus actutum mittere Legatos Benedicto, & competitori ejus ſuaſuros, ut etiam ſcripto ſponderent, ſe intra decem dies, poſtquam id rogati fuerint, in abſentia alterius ab altero ſuæ quemque domi coram Cardinalibus ſuis per litteras, vel Procuratores pontificatum abdicaturos eſſe. Si hanc poſtulationem reſpicient: duo Collegia Cardinalium unum ac eundem adibunt locum, & ibi unum ſolum Papam eligent. *Nem. p. 205.*

Si duo æmuli non velint cedere niſi præſentes, ac in uno conjuncti loco: haud obſiſtemus; immo juvabimus eos potius. At ſi Benedictus quærat tergiverſationes, aut quocunque modo rem ducere longius conetur: vel ſi Romanus non niſi præſente Benedicto, aut ne tum quidem velit cedere: his in caſibus de ſententia Eccleſiæ Gallicæ congregatæ, ac Univerſitatum Pariſinæ, Arelianenſis,

&

Sæcul. XIV. A. C. 1407.

& Andegavenſis illum, qui decem intra dies poſt petitionem præciſe in ceſſionem non conſenſerit, aut in hujus executione, ac rei adjunctis intra decem dies proximos noſtris Legatis non ſatisfecerit, edicimus eſſe devitandum ut ſchiſmaticum Eccleſia extorrem, nullaque dignum obedientia, eo quod per eum ſolum ſteterit, quo minus pax fuerit Eccleſiæ reddita.

Deinde Cardinales nobiscum bonas amplexi partes cum Cardinalibus alterarum partium in eundem convenient locum, ut unicum cooptent Papam. Si, quod abſit, ne tum quidem fieret ſufficiens concordia: noſtri Legati ſtuderent eam cum altera parte conficere iis conditionibus, quas in mandatis ſibi traditis fuſius expoſitas habent. Dabamus Pariſiis 18 Febr. an. 1407 regiminis noſtri 27.

Monſtrel. vol. 1. c. 33.

In principio ejusdem menſis Rex, ac

Rayn. 1407. n. 3.

Univerſitas ad Benedictum miſerant octo & triginta omnino Legatos, ſcilicet Simonem Cramaldum Patriarcham Alexandrinum, Amelinum Mailliacenſem Turonum Archiepiſcopum, Petrum Ailium Cameraci Antiſtitem, Petrum Savoiſium Bellovaci Præſulem, Meldarum, Auguſtobonæ, ac Ebroicarum Epiſcopos, Dionyſiopolis, Gemetici, Michaëlimontii, Claræ-vallis, Divioni ad S. Stephanum Abbates, ac Doctores quam plurimos. Malſiliam delati Benedicto expoſuerunt Gregorium

gorium ſpondere ceſſionem ob pacem Ecclesiæ. Niſi tantundem facias, addebant, juſſi ſumus declarare tibi, Franciam univerſam, pluresque alias Chriſtiani orbis regiones, tibi, ac æmulo tuo denegaturas obedientiam. Benedictus ajebat, ſe paucos intra dies reſponſurum. Interim nullo Cardinalium conſcio ſanctionem fecit, qua volebat ſibi, & ſuis ſucceſſoribus perpetuo morem geri, ac inobſequentem quemcunque in anathema incidere. Hæc ſanctio per certum nuncium Pariſios ad Regem, ac Univerſitatem miſſa obſtupefecit animos: & Legati abſtulere reſponſum votis ſuis neutiquam conſentaneum. Sæcul. XV. A. C. 1407. *Id. c. 41. Spicil. to. 6. p. 182.*

§. III.

Conditiones congreſſus.

Interim Gregorius Maſſiliam tres Legatos miſit, Antonium Corrarium Methonenſem Epiſcopum nepotem ſuum, quem hac legatione fungentem renunciavit Bononienſem Antiſtitem; Guilielmum Normannum Præſulem Tudertinum Quæſtorem ſuum; & Antonium Butrium celebrem Bononiæ Doctorem. Poſt multos colloquii dies conſenſerunt, ut concordia fieret per ceſſionem Gregorii, ac Benedicti, peragendam Savone maritima Genuenſium urbe epiſcopali; quo in feſtum S. Michaëlis diem, aut, ut quam tar- *Th. Niem. l. 3. c. 13. Labour. l. 7. c. 1. Ughel. to. 1. p. 246.*

Sæcul. XV. A. C. 1407.

tardiſſime, in Calendas Novembres convenirent. Tabulæ pacti hujus 20 Aprilis an. 1407 confectæ continent viginti tres conditiones pro ſecuritate amborum, & comitum eos ſequentium: ſtatuebatur inter alias leges, ut neuter nuncuparetur antipapa, & neutrius Cardinales dicerentur commentitii.

Th. N. Nemor. p. 260. Art. 21.

Gregorius ex itinere Savonem faciendo capiebat anſam poſcendi ab Eccleſiis ſibi obnoxiis ſubſidii pecuniarii: ut docent circummiſſæ litteræ 23 Aprilis datæ, ac ſingulares ad Regem Angliæ Henricum IV Calendis Junii ſcriptæ. At ſub idem tempus Gregorius Cardinalibus ſuis, & Curiæ ſuæ Primoribus ſignificavit, ſe haud poſſe in deſtinatum tempus Savonem petere propter inopiam triremium, etſi a Venetis nanciſci aliquas magnopere conatus eſſet. Addebat: Triremibus Genuenſium non utar: ſuſpecti ſunt mihi, & merito, ob ſuum vetus in Venetos odium. Sed neque terra Savonem me conferam: haud forem ferendo ſumptui. Memineris lector Gregorium fuiſſe Venetum.

Rayn. 1407. n. 6.

Th. Niem. c. 17.

Maſſiliæ Benedictum Legati Gallici urgebant, ut promiſſa ſua, præſertim illud, quod ceſſionem contingeret, mandari litteris, & ipſis tradi juberet. At recuſabat, vivam vocem ſuam mereri fidem perhibens. Tum tripartito ſe dividebant:

Labour. c. 5. 6.

c. 9.

Ale-

Alexandrinus Patriarcha, & quidam alii ſtatuebant adire Romam; Turonenſis Archiepiſcopus, & Abbas Michaëlimontanus manebant Maſſiliæ, quid Benedictus ageret, viſuri: Dionyſiofanenſis Abbas Philippus Villetius, & Hugo Rothomagenſis Eccleſiæ Decanus in Franciam ſunt remiſſi: quo profecti etiam duo Epiſcopi Tudertinus ac Methonenſis Papæ Gregorii Legati Pariſios 10 Junii advenerunt. Sæcul. XV. A.C. 1407. c. 12. Th. Niem. c. 13.

Ad publicum Regis alloquium eodem die admiſſi Eccleſiæ pacem quaſi proximam nunciando tantum ſparſere gaudium, ut Lutetia Gregorium multis ornaret laudibus, & Angelum lucis appellaret, ad nomen ipſius luſtricum alludens. Magnis proin honoribus etiam ab Univerſitate affecti diu hærebant in Francia: quæ Benedicto diffidens ſemper, an is pontificatum deponeret, dubitabat. Singula, quæ Methonenſis Epiſcopus de pactione Maſſiliæ facta retulit, poſtridie confirmarunt Legati Gallici Abbas Dionyſiopolitanus, Decanusque Rothomagenſis. Reddebant etiam rationem, cur Benedicto petitas deneganti litteras recuſationem obedientiæ non indicaſſent. Exaſperare illum, ajebant, noluimus, nequo modo congreſſui Savonenſi obſtaret.

Sæcul. XV. A. C. 1407.

§. IV.

Legati Gallici Romæ agunt.

Labour. c. 13. Ms. p. 258.

Patriarcham Alexandrinum, & comites ejus 5 Julii Romam delatos Leonardus Firmienſis Epiſcopus, Papæ Gregorii nepos, & Camerarius honorifico excepit hoſpitio, ac poſtridie Papæ ſtitit. Oratores Benedicti jam Romæ præſentes cum illis ſe ſociabant, Gregorio inſtandi gratia, ut ex promiſſo ſuo Savonem peteret. Tandem die Jovis 21 Julii ad congregatos ſecum Gregorii Cardinales, Papa veſter, ajebant, jam ſexies rogatus a nobis, ut pactum Maſſilienſe confirmaret, per tres hebdomades, quibus hæremus Romæ, reſponſum non dedit. Nunc igitur in præſentia Legatorum Galliæ vobis aſſeveramus, per Benedictum non ſtare, quo minus fiat pax Eccleſiæ: atque ſi Gregorius nobis reddere reſponſum velit; hodie reddat, oportet: nec enim diutius hic agemus.

c. 17. Ms. p. 262.

Poſteaquam Alexandrinus Patriarcha eadem affirmaverat; Cardinales Legatis omnibus ad longiorem inductis moram poſtridie legendam præbebant ſchedulam, qua Gregorius poſcebat alium a Savone congreſſus locum; aut ut Benedicto pariter ac ipſi terreſtre placeret iter; & caſtrorum Præfectus Bucicaltus rediret in Franciam. Cum utraque pars etiam

quæ-

quædam alia propoſuiſſet: denique Legati Gallici Genuam adierunt: ubi Patriarcha 22 Auguſti Papæ Gregorio ſcripſit, ut ſtaret promiſſis, ſuadens, ſed fruſtra. Deinde in S. Honorati inſulam venerunt; quo Benedictus ſe receperat ob peſtem Maſſiliæ graſſantem. Iterabat promiſſum eundi Savonem: at renuebat exarmare triremes ſuas, quas reſervare ſemper ad ſecuritatem volebat ſuam. Sæcul. XV. A. C. 1407. c. 20.

§. V.

Gregorius Senis, dein Lucæ commoratur.

Interim Papa Gregorius 9 Auguſti Roma profectus Viterbium, cum tres ibi hebdomades egiſſet, ineunte Septembri cum ſua Curia Senas tranſiit: ubi per reliquum manebat annum. Ludificandis inibi Cardinalibus ſuis dicebat ſe abiturum pontificatu, ſed ea conditione, ut per vitam ſuam ſervaret omnia, quæ habuiſſet, antequam evaſiſſet Papa, nempe titulum Patriarchæ Conſtantinopolitani, epiſcopatus Methonenſem, Coronenſemque in terris Venetis, ac prioratus cujusdam adminiſtrationem. Præterea Eboracenſem Angliæ archiepiſcopatum petebat, qui falſo credebatur vacuus. *Th. Niem. l. 3. c. 19.* c. 21.

Imminente priore die ad congreſſum deſtinato nempe feſto S. Michaëlis Bene-

Sæcul. XV. A.C. 1408.

dictus cum suis Cardinalibus jam Savonem delatus expectabat Gregorium, & collegium ejus. Qui huic instanti, ut ex promisso illuc iret, reposuit: Nolo me, meamque Curiam totam temere offerre periculis. Transibo in Lombardiam, & per Marchionem Montis Ferrati tutus in Pedemontio manebo, donec illius opera perfectam Ecclesiæ pacem consequamur. Præsente tandem posteriore die congressui præstituta scilicet prima Novembris Gregorius scriptum quoddam continens rationes, ob quas nequivisse se Savonem petere perhibebat, Senis promulgari voluit, vulgarique lingua exponi a multis præsertim Ordinum Mendicantium Oratoribus sacris; quorum aliqui etiam contendebant eum salva religione haud posse pacem conficere.

Th. Niem. Nemor. p. 244.

De schism. l. 3. c. 23.

Sub initium anni 1408 Gregorius Senis Lucam cum suis venit. Dum primum senatum publicum ibi habebat, Benedicti Nuncii orabant, ut ille cum ipsorum Domino ad extinctionem schismatis reapse aggrederetur, nec eam differret amplius. Respondebat palam, esse se paratum cedere, dummodo Benedictus idem ageret per se ipsum, aut Procuratorem. Quæ verba Cardinales, & Curiam ejus perfundebant gaudio; sed effectu caruere, ut promissa priora. Theodoricus Niemius addit: Multi ajunt, hos duos competi-

Nem. p. 312.

petitores ad impediendam concordiam conspirare, similes duobus pugilibus, qui descenderent in arenam quasi sine missione pugnaturi, sed postquam condixissent omnem abfore læsionem; & abeuntes sibi applauderent de spectatoribus diu delusis; at horum fabula fierent. Sæcul. XV. A. C. 1408.

§. VI.

Aureliæ Dux occiditur.

In Francia tum temporis commissum est crimen, quod magnas consecutiones habuit, etiam religionem si spectemus. Ludovicus Aureliæ Dux Regis frater unicus Parisiis 23 Nov. 1407 publice necatus est jussu Joannis Burgundiæ Ducis patruelis sui, qui cædem palam fuit & aperte fassus. Nam cum Aureliæ Dux vidua suas ad Regem querimonias detulisset, Dux Burgundiæ mox in Flandriam, cujus erat Comes, se recepit; dein Parisios revertit tam numeroso cum comitatu, ut timeretur potius, quam ipse timeret sibi: & tunc voluit se purgare per Doctorem Theologiæ Joannem Parvum: qui 8 Martii anno 1408 pro eo dicebat in palatio Pauliano, ubi aderant Ludovicus Dux Aquitaniæ, Delphinus Regis filius natu major, Rex Siciliæ, Cardinalis Barensis, Biturigum, Britanniæ, ac Lotharingiæ Duces, multi Proceres, Rector *Monstrel. l. II. c. 36.* *c. 39.*

Sæcul. XV. A. C. 1408.

Universitatis, magnusque numerus Doctorum, civium, aliorumque de populo.

Doctor Joannes Parvus erat Normannus patria, & ex Ordine Minorum: nihilominus in exordio sermonis sui de suo in Burgundiæ Ducem studio sic reddit rationem; Tres abhinc annos ei mea juravi obsequia: tribuitque mihi largam pensionem annuam, unde haud modicam sumptus mei partem capio. In orationis corpore inter alia illud defendit, licere cuilibet privato tyrannum perimere: additque: Hujus rei veritatem stabilio duodecim rationibus in honorem duodecim Apostolorum. Tum laudat Joannem Salesburinum: & vero is annos abhinc ducentos quadraginta in suo Policratico hunc errorem sustinuerat. Denique Joannes Parvus rem transfert in Ducem Aureliæ, in quem atrocia crimina conjicit, at sine argumentis convincentibus. Ita comparati erant celebres illius temporis Doctores.

Vading. an. 1410. n. 19.

p. 40.

Lib. 3. c. 15. Sur. t. 70. f. 35.

§. VII.

Gregorii Cardinales novi.

Th. Niem. Labyr. c. 1. p. 284.

Duodecima Januarii hoc anno 1408 edebantur Christianis omnibus inscriptæ Regis litteræ de obedientia Gregorio, ac Benedicto neganda post anniversariam Ascensus Domini diem 24 Maji. Sed prius orta est inter illos, & Cardinales

les eorum dissensio. Cum Gregorius animum induxisset, ut verni jejunii tempore quosdam sacra ornaret purpura: Cardinales cum eo Lucæ agentes id tam naviter dissuadebant, ut rem differret usque in tertiam a Paschate Dominicam. Sed tum redibat ad propositum: neque tamen vel precibus, vel minis poterat Cardinales ad consensum adducere: coibant potius, & jurabant, nunquam a se agnitum iri collegas, quos ille adjungere ipsis vellet. At vero Gregorius quarta hebdomade, die Mercurii 9 Maji in absentia Cardinalium, sed coram nonnullis Præsulibus ob id unum accitis quatuor Cardinales fecit, ac sequente sabbato ex more in senatu publico declaravit.

Sæcul. XV. A. C. 1408.

c. 33. p. 370. *Schism. l. 3. c. 31.*

Novorum Cardinalium priores erant duo nepotes Papæ, nempe Antonius Corrarius ex ipsius fratre, atque Gabriel Condelmerius ex ejusdem sorore nati. Per Bonifacii IX authoritatem, & litteras mense Martii anno 1404 jam simul coeperant ad veterem sanctimoniam revocare cœnobium S. Georgii Venetiis *in Alga* situm; unde venit quædam Canonicorum societas, quæ stetit amplius annis ducentis quinquaginta. Antonio Corrario suus patruus officium Camerarii Ecclesiæ Romanæ, titulum Patriarchæ Hierosolymæ, ac episcopatum Bononiæ, ut jam dixi, contulit: sed hunc ille ob urbis seditio-

Heliot. Ord. Relig. to. 2. p. 537.

Ughel. to. 2. p. 36.

Sæcul. XV. A. C. 1408.

nem contra suum patruum possedit nunquam; & anno 1412 abdicavit, pensionem aliquam reservans sibi: obtinuit templum S. Chrysogoni: vocabatur vero Cardinalis Bononiensis.

Gabriel Condelmerius jam a Gregorio Sacræ Sedis thesauro præfectus, ac Senarum Episcopus Senensium ingratiis decretus, modo titulum ab æde S. Clementis traxit, factus postmodo Papa Eugenius IV. Tertius fuit Joannes Dominicus Florentinus ex Ordine Prædicatorum celeber verbi divini Præco, & unus ex iis, qui palam negabant Gregorium posse salva religione abscedere pontificatu. Et vero per illum evasit Ragusinus Archiepiscopus, modo Cardinalis Presbyter de S. Sixto. Quartus, Jacobus Utinensis dictus ex patria sua agri Forojulienſis urbe, Archigrammateus Apostolicus, modo Cardinalis Diaconus de templo S. Mariæ Novo.

§. VIII.

Cardinalium antiquiorum appellatio.

Th. Niem. ibid. & l. 3. c. 32.

Hac illorum promotione offensi gravissime Cardinales veteres aliquot diebus non adibant Papam; nec suos Collegas novos agnoscebant. Cardinalis Leodiensis die Veneris 11 Maji sub lucis ortum pone duos socios personatus Luca exiit;

exiit; ac Pisas decies mille passibus inde distantes adiit. Re comperta Paulus Corrarius Papæ nepos confestim multos equites armatos, qui eum captum Lucam reducerent, misit; ipse illius diversorium ingressus inventa interim asportari, & aliquot ejusdem domesticos, qui Lucæ remanserant, in carcerem compingi jussit. Sæcul. XV. A. C. 1408.

Eodem die 11 Maji sub occasum solis sex alii veterum Cardinalium suis cum domesticis Luca pariter egressi venerunt Pisas. Ibi magnis accepti honoribus, & in tuto positi die Domina decima tertia ejusdem mensis confecerunt tabulas appellationis, ubi sic nominantur: Angelus Cardinalis Ostiensis, Antonius Prænestinus, Conradus Cardinalis Presbyter de S. Chrysogono, Jordanus de S. Martino *in montibus*, Rainaldus Diaconus de S. Vito, Odo de S. Georgio *ad velum aureum*, ac Joannes de SS. Cosma & Damiano; scilicet Cardinalis Leodiensis. Tum Papam compellantes inquiunt: Novem abhinc dies comperimus, tuam Sanctitatem tria nobis interdixisse. Et primum quidem interdictum erat, ne ab illo die nimirum quarto Maji sine tuo permissu Luca exiremus. Eodem autem die, qui erat Veneris, palatium ingressi eam hujus partem, in qua habitas, etiam intus plenam armatis vidimus præter custodes ordina- *Labyr. v.* 311. 371. *p.* 304.

Sæcul. XV. A. C. 1408.

dinarios. Homines fide digni nobis dicebant, Cardinales aliquos eo die necatum iri. Hoc ut crederemus, effecit ſtructa Cardinali Leodienſi pernicies. Nam qui eum inſequebantur, niſi reducere poſſent, interficere juſſi fuerant. Inſuper priore nocte in ædibus tuis cuſa erant vincula, & catenæ Cardinalium pedibus impingendæ. At non commiſerant crimina talibus digna pœnis.

Altera interdictio fuit, nequem in locum ſine tuo præcepto claro conveniremus. Sic delebas jus ſacri Collegii noſtri, cujus officium primum eſt coire ad conferenda conſilia de fide, de hæreſibus, ac ſchiſmatibus. Dum nobis hanc demebas libertatem, non tantum nolebas Eccleſiæ pacem per te ipſum curare, verum etiam obſtabas, ne vos ei daremus operam. Interdictum tertium erat, ne cum Nunciis Petri Lunii, vel cum Legatis Franciæ colloqueremur. Sumus autem jurisjurandi religione obſtricti, ut omnia tentemus ad Eccleſiæ concordiam neceſſaria, vel utilia; quæ nequit fieri niſi per pactiones, & congreſſus cum parte altera.

Idcirco Sanctiſſime Pater omni cum reverentia tibi dicimus has interdictiones eſſe nullas; atque ſi vim haberent aliquam, injuſtas fore. Nos per eas incommodis affecti hoc ſcripto appellamus pri-

primum ad te ipsum rem melius edocendum, ac ex præscripto sanæ rationis judicaturum: at si opus sit provocatione ad personam aliam, appellamus ad Christum Dominum nostrum, cujus Vicarius es, & qui judicabit vivos, & mortuos. Provocamus ad concilium generale, ubi cunctæ actiones etiam Paparum discuti, & judicari solent. Appellamus insuper ad Papam futurum, cujus erit corrigere antecessoris acta iniqua: & reclamamus contra omnia, quæ inter cursum provocationis hujus damno nostro fieri, vel agitari possent. Sæcul. XV. A. C. 1408.

Hæ appellationis tabulæ mox promulgatæ Pisis, ac postero die Lunæ Papæ Gregorio in senatu publico indicatæ sunt, cum pro more recens creatis Cardinalibus annulos, ac reliqua novæ dignitatis insignia præsente sua Curia universa traderet. Negabat illico se respecturum hanc provocationem. Eodem die Lunæ 15 Maji an. 1408 versantes Pisis Cardinales confecerunt litteras, quas ad diversas Principes, Præsulesque circummittebant, ut orbi Christiano de suo agendi modo rationem redderent. Summa illarum hæc erat: Optime gnari, vos summa semper voluntate curasse honorem, statumque bonum sanctæ Ecclesiæ matris nostræ, decrevimus vobis, quid in ea acciderit, significare, ut ope vestra possimus *Labyr. p.* 372. *p.* 308.

Sæcul. XV. A C. 1408.

simus consequi concordiam tot cupitam votis, & unicum finem nostrum. Referunt ea, quæ post obitum Papæ Innocentii VII facta erant, præcipue juramentum in conclavi dictum, ostensasque a Gregorio XII bellas spes ingenue contendi ad pacandam Ecclesiam.

Exponunt ejus tergiversationes artesque ad fallenda promissa dein ab eodem adhibitas; creationem novorum Cardinalium; & suum abitum ad urbem Pisas. Hic sumus demum inquiunt, ob honorem, & pacem Ecclesiæ; oramusque vos, ac studiosissime hortamur, ut nobiscum amplectamini causam tam necessariam, vobisque ingenti gloriæ, ac vestris animabus saluti futuram.

§. IX.

Benedicti litteræ injuriosæ.

Preuv. Libert. p. 485. Duboulai to. 5. p. 158.

Parisiis eodem die 14 Maji mane Sanctius quidam Lopesius observata hora, qua Carolo nullus regii sanguinis Princeps aderat, illi præbebat clausas Benedicti litteras Regi, & cognatis ejus Consiliariis omnibus inscriptas. Carolus ad Sanctium dicebat: Ii, ad quos scriptæ sunt litteræ, modo hinc absunt: sed accersam illos: solvent earum vinculum; & cras tibi responsum reddent. Convenere igitur ad Regem Principes, nempe Ludovi-

dovicus Andegavensis Rex Siciliæ, Biturigum, & Burgundiæ Duces, Petrus frater Regis Navarræ, Comes Niverni frater Ducis Burgundiæ, ac frater Reginæ. Resignatæ sunt litteræ; quæ continebant, si summam spectem, quinque prositiones. Prima erat: Benedictus execratione devincit omnes omnino, etiam Reges, ac Principes congressum rejicientes, II approbantes cessionem, III opinionem suæ contrariam tuentes, IV denegantes sibi obedientiam, vel abjudicantes sibi collationem beneficiorum, aut exactionem pecuniarum. V. Siquis res mutare audeat, nec intra viginti dies in statum pristinum restituat, Benedictus pronunciat interdictum generale, contra beneficiarios functionum intermissionem, solutionemque a fide jurata Regi, cæterisque Principibus.

Sæcul. XV. A. C. 1408.

§. X.

Benedicti litteræ damnantur, & concerpuntur.

Duodecimo Calendas Junias in horto palatii prope fluvium excitati fuerant suggestus plures. In summo sedebat Rex Carolus: alterum Rex Ludovicus, tertium reliqui Principes, quartum Galliæ Cancellarius cum Præfectis supremæ Curiæ, ac Magistris libellorum supplicum,

Sæcul. XV. A.C.1408.

plicum, quintum ad ſiniſtram Caroli Pariſinus Epiſcopus, cæteri Præſules, ac Rector Univerſitatis tenebant. In medio, ac e regione Caroli erectum erat pulpitum, in quo ſtabat Joannes* Brevicoxius Theologiæ Doctor: qui hominum innumera multitudine infra circumdatus Univerſitatis nomine defendebat tredecim propoſitiones ſequentes:

* de Courtecuiſſe.

1. Conſtat, nec Regem, nec Principes eum ſanguine contingentes ob pacem eccleſiaſticam feciſſe unquam aliquid præterquam de conſilio, ac ſententia Præſulum, Clerique, ac Univerſitatum regni.

2. Petrus Lunius per ſuum agendi modum prodidit ſuam cum adverſario conſpirationem ad aſpernandam ceſſionis viam.

3. Per ſchedulam, quam in conclavi dedit, atque per actiones ejus patet, ipſum eſſe pertinaciter perjurum in materia fidei.

4. Aperte hæretica erant hæc ejus publica in ſenatu verba: Credo me peccaturum graviter, ſi pontificatu abſcederem.

5. Per ſuam agendi rationem convincitur pro viribus exagitaſſe curantes bona fide ac mente concordiam Eccleſiæ.

6. Certum eſt, eum in ſuis legationibus approbaſſe viam ceſſionis, & ut ſanctam, ac Eccleſiæ utilem commendaſſe.

7. Ex ſermonibus, & factis ejus evidenter apparet, ipſum cum fautoribus ſuis novum in Eccleſia ſchiſma moliri.

Per

Per hæc omnia liquet Petrum Lunium esse schismaticum pervicacem, quin etiam hæreticum, ac turbatorem pacis ecclesiasticæ. Nemo illum amplius Benedictum, vel Papam, vel Cardinalem, vel alio dignitatis nomine appellare, nemo ei obedire debet, qui nolit censeri fautor schismatis. Collationes beneficiorum, actiones ejus a quinta Nonas Majas anni prioris, qua litteras quasi Apostolicas dedit, & consecutiones illarum cunctæ sunt irritæ. Quisquis vel litteris, vel mandatis ejus obtemperat, habendus est fautor schismatis, hæresisque. In illos, qui eundem fovent, recipiunt, aut protegunt, animadvertendum est sicut in eum ipsum. Denique, quotquot in Francia consilium ei, aut opem afferunt, se faciunt manifesto reos læsæ Majestatis. Sæcul. XV. A. C. 1408. 8. 9. 10. 11. 12. 13.

Cunctas propositiones istas ut demonstraret, Joannes Brevicoxius sermonem longum instituit: quo finito surgebat alius Doctor, Regemque, ac hujus Consiliarios rogabat, ut accurate indagarentur ea, quæ litteras postremas contingerent; ut illi, qui suggessissent eas, aut recepissent, caperentur plectendi, prout res poscerent; ut Rex nullas in posterum Petri Lunii litteras acciperet; atque ut ultimæ conscinderentur tanquam seditiosæ, ac violantes fidem, & Majestatem regiam.

§. XI.

Sæcul. XV. A. C. 1408.

§. XI.

Epistolæ ad Cardinales Romanos.

Preuv. p. 500 Duboulai p. 162.

Postero die 22 Maji an. 1408 Rex ad Cardinales Romanos dedit epistolam: ubi malam in fidem alienosque a pace animos Gregorii, Benedictique invectus Cardinales per nomen Dei obsecrat, ut deserto illo (Angelum Corrarium vocat) cum Collegio altero in eundem conveniant locum. Id si faciant, se offerre ipsis suam opem, sua bona, suam Galliam, & quidquid suum esset. De cæteris rebus agendis loquerentur cum Alexandrino Patriarcha, & sociis ejus, quos haberent præsentes. Nondum constabat Parisiis, Cardinales Romanos relicto jam Papa Gregorio Pisas abiisse.

Libert. p. 502. Duboulai p. 163.

Quarto Calendas Junias etiam Universitas apud Mathurinos ad eosdem Cardinales scripsit litteras, in quibus ait: Res tota in vos recidit: vestrum modo est curare, ut congregato utroque collegio, & ambobus æmulis destitutis unum solum Papam accipiat orbis. Hac de materia scripsimus ad Cardinales nostrarum partium. Exponit nervosissimam contra duos Papas epistolam suam: denique obtestatur Cardinales Romanos, ut se conjungant Avenionensibus.

Sæcul. XV.
A. C. 1480.

§. XII.

Benedictus fugit.

Interim Universitas, seu potius Doctores quidam privato nomine suo induxerant Regem, ut exarari plures juberet epistolas, & unam quidem ad Bucicaltum Genuæ Gubernatorem, ut Petrum Lunium, si posset, caperet. Nam cum hic anno 1402 Avenione libertatem reciperet, ille mandatum habuit, ut duceret eum, ac reduceret, donec cum æmulo junxisset pacem. Bucicaltus Lunium comprehendi jusserat, & asservari, ut ne iret extra terras Regi obnoxias. At Lunius re comperta triremibus suis, quas semper armatas tenebat, se commisit; ac Genuensium littora per menses duos circumvectus, postquam in patriam suam Cataloniam transierat, Perpinianum urbem in confinio Arragoniæ, ac Franciæ sitam petiit, hoc tuto in loco procellæ finem expectaturus.

Libert. p. 498. Sup. l. 90. §. 40.

Labour. p. 645. Ms. p. 218.

§. XIII.

Gregorius se defendit.

Angelus Corrarius Lucæ continenter commorans studebat suam agendi rationem purgare scripto fusissimo, quod esset responsio ad tabulas appellationis Romanorum Cardinalium. Negat ibi

Rayn. n. 9. 10. &c.

Sæcul. XV. A. C. 1408.

res odioſiores, veluti voluntatem illos enecandi: ſed arguit eos ſeditioſæ conſpirationis cum inimicis ſuis, inter alios cum Rege Ladislao, qui ad dominatum Romæ aſpiraret. Et vero urbem 8 Maji hoc anno ingreſſum Romani tam honorifice receperant, quam ſi veniſſet Imperator. Angelus Corrarius perhibet novorum Cardinalium creationem ſibi opus fuiſſe ad muniendum ſe contra rebelles, quos novi ſchiſmatis accuſat. Dabat 12 Junii.

Rayn. n. 5. Labyr. p. 332.

Undecimo Calendas Julias edebat litteras Chriſtianis inſcriptas omnibus; ubi ait procedentem jam belle concordiam turbatam eſſe malis quorumdam machinis ſe pontificatu dejici unice cupientium. Petrumque Lunium Bucicalti ope potiri Roma velle. Conqueritur calumnias totum per orbem contra ſe ſparſas: denique aſſeverat iterum, ſe ſolam concordiam deſiderare.

§. XIV.

Litteræ Cardinalium concilium indicentium.

Cardinales Petri Lunii octo aut novem numero adierant diverſa loca prætextam per cauſam fruendi cælo liberiore, donec calores æſtivi ſe frangerent. At cum ſe a ſuo Papa deſtitutos cernerent, jun-

junxerunt se Cardinalibus Romanis: cunctique simul curabant scribi epistolam nomine tum suo, tum Collegarum absentium, tum illorum, qui adhærere ipsis vellent, ad omnes Episcopos, & Abbates circummittendam: ubi exponunt ea, quæ post obitum Innocentii VII facta fuerant; adduntque: Amissa spe concordiæ per Gregorium, ac Benedictum renovandæ, cum etiam de collusione suspecti essent, Luca intuta urbe (sic loquuntur Cardinales Romani) Pisas, & inde Ligurnum venimus altero cum Collegio de modis conficiendæ pacis ecclesiasticæ acturi. Sæcul. XV. A.C. 1408. *Rayn.* 1408. *n.* 22. *&c. to.* 11. *conc. p.* 2146. *p.* 1148. *E.*

Consideratis hac de re sententiis Universitatum Parisinæ, ac Bononiensis vidimus eas admodum inclinare ad septem has conclusiones: Crediti duo Papæ per 1. suum pastorale officium ex jure communi tenentur in hoc rerum statu cedere, cum aliter fieri nequeat concordia: nisi hoc agant, credentur suæ dignitati temporariæ posthabere salutem populi, pacem Ecclesiæ, ac vitam æternam. Ad cessionem 2. eo arctius adstringuntur per suum promissum, votumque, ac jusjurandum. Papa 3. in tali schismate recusans exequi, quod juravit, & facere deberet etiam sine juramento, committit crimen evidens, quod eum subjicit jurisdictioni Concilii. Præterea hinc infertur illum esse fautorem schismatis, cujus diuturnitas eundem con- 4.

Sæcul. XV. A. C. 1408.

jicit in hæresim: atque in dubio rursus ad Concilium pertinet judicium de his quæstionibus.

5. Est pariter Judex controversiæ de vero Papa tam ægre decidendæ ob difficultates insuperabiles facti, & juris: e quibus tamen eluctandum est, ut ne perpetuo sic distracta maneat Ecclesia tanta orbis offensione, tantoque animarum damno. 6. Quamdiu autem res hoc sunt loco, & ambo æmuli suo stare juramento renuunt; submissi hactenus eis populi possunt, ac debent ipsis denegare obedientiam, peccaturi, si non denegent, quia foverent schisma. 7. Demum manifesto patet, ambos deesse suo muneri, ac juramento, cum possent cedere saltem per Procuratorem, aut coram suis Cardinalibus. Nam jusjurandum illos suum adigit, ut omittant nihil eorum, quæ ad pacem Ecclesiæ necessaria, utilia, vel opportuna sunt.

His omnibus perpensis statuimus altero cum Collegio Ligurnum petere; ac sufficiente numero congregati consideravimus æmulos nunquam contra se ipsos integrum convocaturos concilium, aut certe rem dilaturos nimis, vel non bona facturos fide, utpote gnaros, ibi se de fastigio detractum iri: neutrum habere authoritatem ad congregandam utramque partem: neminem illis, ut coirent, persuasu-

suasurum, tum propter voluntatum alienationem, tum ob distantiam locorum, in quibus agerent nulla habita ratione negotii tantam poscentis celeritatem: cum interim errores invalescerent, ac schisma perennaret. Sæcul. XV. A. C. 1408.

Itaque partium nostrarum concilium convocandum in certum tempus ac locum, idemque Collegio alteri faciendum duximus. Id decretum nostrum vos edocemus, oramusque, ut Pisis mense Martio anni proximi anniversario die Salutatæ ab Angelo Virginis adsitis: in quem locum, ac diem etiam alterum Collegium obnoxios sibi Præsules, aliosque Viros convocat. Qui venire ipsi haud poterunt, rogantur, ut Oratores idoneos mittant. Cum præsentibus providere paci ecclesiasticæ cogitamus, nec obstabit aliorum absentia. Dabant Ligurni 24 Junii an. 1408.

Collegium alterum pariter in octavum Calendas Apriles anni 1409 concilium Pisas convocabat similem per epistolam itidem Ligurni, sed pridie Idus Julias scriptam: in qua inter alia noto hæc verba: Domino Benedicto suasimus, ut suo adversario se offerret ad cedendum per Procuratorem: qua de re responsum reddidit nullum: sed hanc pacis viam ei non probari vidimus, dum quatuor e nostro numero cum Collegio alte- *Concil. p.* 2145.

Sæcul. XV. A. C. 1408.

ro colloquendi gratia Ligurnum ex consensu suo profectis Portu Veneris in Cataloniam abiit, de concordia id solum memorans, se velle Calendis Novembribus Perpiniani habere concilium. Reliqua hujus epistolæ sunt ex priore prope ad verbum repetita.

Eodem die 14 Julii Cardinales iidem Benedicto scribebant, hunc etiam tum agnoscentes Papam. Indicabant ei convocationem concilii Pisani, & huc ipsum invitabant: hæc sunt epistolæ capita. Illi, quod observandum, inquiunt: Hunc convocandi modum communi consensu adhibuimus ob neutrarum partium studiosos, & quia, si tu convocares, non venirent sectatores Corrarii, ac hujus convocationem haud respicerent fautores tui. Ac deinde: Duæ partes tam commode, tamque utiliter convenire nequeunt extra Italiam: quia hæc concilia peculiaria, & in locis inter se multum distantibus finire schisma non possent. Et rursum: Oramus, ut mentem hac de re tuam nobis declares, ut tuæ securitati, libertatique, ac reliquis rebus necessariis providere queamus.

Conc. 2114. *Spicil. pag.* 200. p. 2115. *D.*

§. XV.

Gregorius concilium convocat.

Interim Romanæ Curiæ Ministri Pisis com-

commorantes ferebant multos sermones injuriosos in Papam Gregorium, ac novos Cardinales ejus, scriptaque has vituperationes continentia spargebant, quin etiam domibus Lucæ, ubi agebat Gregorius, affigenda curabant. Ut proin se purgaret, ac semper cupidus pacis crederetur, concilium generale indixit per litteras in hanc sententiam scriptas: Experientia nos docuit Ecclesiæ pacandæ viam optimam esse concilium generale: quale congregari nequit nisi per Papæ authoritatem: alioquin duntaxat foret conciliabulum. Igitur in Pentecosten indicimus concilium generale in Aquilejensi provincia habendum, eoque accersimus omnes Episcopos, cæterosque Præsules acciri solitos. Dabat 2 Julii an. 1408: & Pentecoste anno proximo futura erat 26 Maji.

Sæcul. XV. A. C. 1408.

Th. Niem. l. 3. c. 35.

c. 36. Concil. p. 3002.

Ad illud, quod Gregorius his in litteris ait, Papam solum esse, qui convocare concilium generale queat, Cardinales post aliquot dies respondebant scripto eum sic alloquentes: Contendimus plenam potestatem convocandi concilii generalis ex jure ad nos esse devolutam: nec enim vos duo simul possetis tale concilium eundem in locum congregare. Alterarum partium convocatio non faceret generale concilium: nil posset ibi decidi de altero Papa, quin is rogatus sententiam

Rayn. 1408. n. 38.

Sæcul XV. A.C.1408

tiam esset: ad id concilium non veniret cum suis partibus: pone autem venturum: si ambo præsideretis concilio, sicut faceret Papa non dubius: Ecclesia diceretur monstrum biceps. Præterea canones, qui de Papæ authoritate ad convocandum concilium agunt, nequeunt habere locum, quando æmuli duo dantur, qui parem per cessionem suam sine concilio conficere pacem Ecclesiæ possent.

Itaque si congregare concilium velles, videreris iterum rem ducere longius: & quorsum serviret convocatio tua? Num ad discutiendum amborum jus in alterarum partium absentia? Fac vero adesse: num vos duo, qui factum auditione duntaxat nostis, id sciretis concilio indicare melius, quam ii, qui viderunt illud, contrectaruntque, ut sic dicamus, & tam ubertim exposuere? Adhæc si partes ambæ convenirent, quis contra suas pronunciaret? Immo Præsules, Principesque vestrum agendi modum pertæsi ad severam pœnam aliquam vos damnarent. Denique Cardinales hortabantur Papas, ut concilio Pisano destinata die adessent. Hoc scriptum est Ligurni editum 16 Julii.

Biduo ante, nimirum die sabbati 14 ejusdem mensis Papa Gregorius Luca discesserat cum paucis tum curiæ suæ membris, tum militibus. Cum ejus comita-

Th. Niem. l. 3. c. 36. Labyr. c. 43.

mitatus primam itineris noctem perpotasset; mula pro more Divinam portans Hostiam tam male ducebatur, ut in fossam caderet; ubi velut extincta prope duas jacebat horas. Gregorius Marchiam Anconitanam aditurus erat: sed in via edoctus se illam tuto petere haud posse, Sienam redire cogebatur; quam attigit die Veneris 20 Julii. Bene ibi exceptus trimestri spatio manebat apud Augustinianos habitans. Sæcul. XV. A. C. 1408.

Parisios in Calendas Augusti Rex omnes regni Præsules acciverat: qui magno ibi præsentes numero in sanctam palatii ædiculam undecimo ejusdem mensis convenerunt. Sacrum de Spiritu Sancto fecit Vitalis Castellonovinus Archiepiscopus Tolosanus: & Joannes Montacutinus Senonensis Archiepiscopus electus est in Præsidem conventus; qui duravit usque ad Nonas Novembres. *Spic. p. 161. Labour. p. 646.*

§. XVI.

Puniuntur ii, qui litteras injuriosas attulerant.

Rex nominaverat Viros, qui pœnas decernerent Doctori Sanctio Lopesio, & cuidam Benedicti scutario Nobili, quippe qui contumeliosas ejus litteras attulissent. Postquam Judices die lunæ 20 Augusti sententiam suam promulgaverant: *Sup. §. 9. Labour. p. 652. Ms. p. 232.*

Sæcul. XV. A. C. 1408.

duo damnati induebantur dalmaticis nigris exhibentibus Benedicti insignia, & inscriptiones, per quas illi vocabantur falsarii, & perfidi a perfido missi: capitibus imponebantur infulæ papyraceæ. Hoc ornatu præditi vehebantur in plaustro ad palatii aream, ubi ludibrio populi exponebantur in pegmate. Sequente Dominica pariter monstrabantur in propylæo templi Dominæ Nostræ: ubi Judicum quidam ex Ordine Mathurinorum Doctor Theologiæ sermonem habens Petrum Lunium declarabat schismaticum, hæreticum, ac læsæ Majestatis reum, multisque onerabat conviciis Religioso, ac Theologo indignis.

§. XVII.

Alii Cardinales Gregorii.

Die Mercurii 19 Septembris Papa Gregorius Senis novem creavit Cardinales novos. Primus erat Ludovicus Bonetus Juris utriusque Doctor, & Archiepiscopus Tarentinus. Agrigenti in Sicilia natus, sed a Neapoli oriundus ex nobili, & antiqua familia ætatem juvenilem nondum excesserat, cum archiepiscopatum Panormi obtinuit anno 1383. Sed a Rege Martino anno 1391 inde pulsus Romam ad Bonifacium IX se contulit. Anno 1395 Archiepiscopus Antibarinus in

Rayn. n. 59. *Ughel. to.* 3. *p.* 550.

in Albania, sequente anno Thessalonicen- Sæcul. XV.
sis, dein Episcopus Bergami renunciatus A. C. 1408.
non huc venit unquam; neque Pisas, quarum archiepiscopatum tenuit ab anno 1400 usque ad 1406: tunc enim Tarentum invitus, ab Innocentio VII translatus est. Hanc tamen sextam, & ultimam sedem suam nunquam adiit: nam ab Innocentio ad Regem Ladislaum missus Nuncius apud eum mansit sub Gregorio XII, a quo appellatus est Cardinalis Presbyter de S. Maria trans Tiberim. Tam facile tum transferebantur Præsules: tam parum in locis residebant suis. *Ughell. to. 1. p. 132.*

Alter Cardinalis fuit Angelus Recinetinus Episcopus beneficio Urbani VI, sub quo jus *Spolii* collegerat in Marchia Anconitana. Servare administrationem sui episcopatus ei licuit, cum designatus est Cardinalis Presbyter de S. Stephano in monte Cælio. Tertius, Angelus Bar- *Id. to. 5. p. 912.*
baricus Nobilis Venetus Papæ Gregorii nepos, anno 1406 per Innocentium VII Episcopus Veronensis dictus rogante Veneto Duce, cui Antistes prior suspectus erat. Abdicavit sedem suam Barbaricus, quando nuncupatus est Cardinalis Presbyter de SS. Petro, & Marcellino. Quartus, Bandellus Bandellius Lucensis, *Id. to. 6.*
primum Tiferni Tiberini Episcopus, ab *p. 237.*
anno 1388 Collector *Spolii* in Umbria, & *to. 2. p. 435.*
Hetruria, anno 1407 Ariminum translatus,

Sæcul. XV. A.C 1480.

latus, modo Cardinalis Presbyter de S. Balbina.

Quintus, Philippus Repindonus seu Repingtonus Anglus Leceſtriæ Canonicus Regularis, & Abbas Theologiæ Doctor, anno 1400 Univerſitatis Oxonienſis Cancellarius, anno 1405 Epiſcopus Lindenſis factus, modo Cardinalis Presbyter de SS. Nereo, & Achilleo. Tenuerant eum aliquamdiu errores Wicleffi: ſed hos publice recantaverat ante ſuum epiſcopatum. Sextus, Matthæus Wormatienſis Epiſcopus, Polonus Cracoviæ natus, qui Univerſitatum Pariſinæ, ac Pragenſis Rector fuerat. Imperatoris Ruperti Legatum agebat apud Gregorium, dum nominatus eſt Cardinalis Presbyter de S. Cyriaco. Septimus, Lucas Manzolius Florentinus ex Ordine *Humiliatorum* vir doctus, probusque, cum monaſterii ſui Abbas eſſet, declaratus Fæſulanus Epiſcopus ſimul, & Cardinalis Presbyter de S. Laurentio *in Lucina*. Gregorius eum etiam Legati ſui munere in Hetruria fungi voluit, ita ſuſtinere labantem authoritatem ſuam ſtudens. Legationis litteras dedit ſexto Calendas Novembres. Octavus, Vincentius Riveſius Hiſpanus Doctor Juris, & ab anno 1394 Prior inclyti cœnobii Montis Servati, Martini Arragonum Regis Legatus apud Gregorium, Cardinalis Presbyter de

Godwin. p. 356.

Rayn. 1408. n. 39.

Ughell. to.3. p. 333.

de S. Anastasia. Nonus, Petrus Morosinus Nobilis Venetus, ac celeber Jurisconsultus, Cardinalis Diaconus de S. Maria *in Cosmedin.* Sæcul. XV. A. C. 1408.

§. XVIII.

Cardinales Benedicti.

Benedictus 23 Julii delatus Perpinianum, & adeuntis se Regis Navarræ Caroli officiosa salutatione inibi honoratus Cardinales se relicto Pisas profectos supplendi gratia die sabbati 22 Septembris ibidem quinque creavit novos. Primus fuit Joannes Armeniacus Comitis Joannis III filius haud legitimus, & frater Bernardi rei bellicæ summi in Gallia Præfecti. A Clemente anno 1391 Administrator archiepiscopatus Auscensis, & a Benedicto post mortem Guilielmi Viennensis anno 1406 obitam Archiepiscopus Rothomagensis decretus fuerat. Sed eodem tempore lata pro Ludovico Comitis Harcurtii filio suffragia Canonicorum Rothomagensium anno 1408 confirmavit Concilium Parisinum. Joannes Armeniacus continenter manebat apud Benedictum: nec diu sua dignitate nova fruitus octava Octobris eodem anno decessit.

Indic. Arrag. p. 276.

Gall. Chr. to. 1. p. 112.

Pomer. p. 541.

Cardinalis secundus erat Petrus Rabanus, seu Ravatus, an. 1398 factus Episcopus

Sæcul. XV. A. C. 1408.

copus Pontiofanenſis, anno 1404 a Benedicto Romam ad Bonifacium miſſus, poſtea translatus ad ſedem Toloſanam, etſi jam anno 1401 occupatam a Vitale Caſtellonovino Toloſate, Præpoſito ejusdem Eccleſiæ. Schiſma inter alia mala effecit, ut illuſtres Eccleſiæ multæ haberent eodem tempore duos Epiſcopos, quos crediti duo Papæ, aut diverſarum partium Præſules conſtituerant. Minus cogniti ſunt tres reliqui Cardinales, Joannes Martinius Morillus Abbas Montis Arragonii, Carolus Urrius, & Alphonſus Carillus.

Gall. Chr. p. 698.

§. XIX.

Cardinalium Piſanorum litteræ.

Ex altera parte Cardinales Piſis agentes 11 Octobris anno 1408 dabant litteras ad Præſules cum Gregorio Senis commorantes, & ad Miniſtros ejus, quos nuncupant Auditores controverſiarum ſacri palatii, & Cameræ Apoſtolicæ; Clericos Cameræ, ac ſacelli; Correctores, ſcriptores, & abbreviatores litterarum Apoſtolicarum, & Cameræ pœnitentiariæ; Procuratores cauſarum palatii; Præfectum Aulæ; Magiſtros hoſpitii, & culinæ, clavatores, oſtiarios, & curſores.

Rayn. n. 53 Conc. to. 11. p. 2279.

In epiſtola ſua Cardinales graviter conqueruntur de duobus æmulis, præſertim

sertim de Gregorio; & adjungunt: Cum sciremt nos statuisse convocare concilium, duo conciliabula, ut proposito tam salubri obstarent, indixere in diversos dies, ac loca inter se multum distantia, in Pentecosten, & provinciam Aquilejensem, seu Ravennanam alterum, alterum in Calendas Novembres, ac Perpinianum. Constat vero, diversarum partium concilia per tempus, ac locum sic disjuncta non posse gignere, vel parare concordiam, sed potius augere schisma. Denique illis, ad quos scribunt, suadent, quin etiam imperant, ut a Gregorio ad ipsos desciscant, & Pisas veniant. Sæcul. XV. A. C. 1408.

§. XX.

Concilium Parisiense.

Interim concilium Parisiis mense Augusto cœptum continuabatur; & 20 Octobris rei examen sedulum ibi declarati sunt defensores, complices, fautoresque Petri Lunii schismatici, ac hæretici. Sic autem illi nominabantur: Joannes se dicens Auscitanum Archiepiscopum; Petrus se perhibens Episcopum Pontiofanensem; Joannes antea Cabillonius, nunc Mimatensis Episcopus; Tolosanus ad S. Serninum Abbas, modo vocatus Episcopus Condomiensis; Bertrandus Malomontius Vaurensis primum, mox dein Blite- *Spicil. p.* 161. *conc. p.* 2520.

Sæcul. XV A.C.1408

Bliteranus Episcopus; Guido Flandrinus lator, ac ex parte author libelli Parisiis exhibiti sub nomine litterarum Universitatis Tolosanæ; Cardinales Auscenſis, Fiescus, & Challandinus; Præpositi Generales Fratrum Prædicatorum, Minorumque.

*Preuv. libert. p.*432.

In eodem concilio per totum tempus, quo durabat, scilicet ab undecimo Augusti usque ad quintum Novembris confecta sunt permulta monita de ratione agendi, quæ tenenda esset Ecclesiæ Gallicæ inter studium neutrius partis. Illa referuntur ad quinque capita præcipua, ut supplerentur ea, quæ Papæ reservabat Jus novum Decreti, ac Decretalium, quod erat solum Jus Canonicum tunc notum Ecclesiæ Latinæ. Primum caput attinet ad absolutionem a noxis, & censuris Papæ reservatis, quam cupienti per Concilium licet confugere ad Pœnitentiarium Summæ Sedis: si hunc adire nequeat, jubetur accedere ad suum Episcopum. Alterum contingit laxamenta legum. Si agatur de matrimonio, petitor ad Concilium provinciale, sed ad sacra ministeria inhabilis pariter ad Pœnitentiarium, aut Episcopum mittitur. Legum gratias a Petro Lunio ante promulgatum neutrius partis studium factas confirmat id Concilium.

Ter-

Tertium spectat ad justitiam administrandam: Archiepiscopi quotannis suum concilium provinciale habebunt; & huic aderunt ipsi cum suis Suffraganeis, cæterisque interesse illi solitis. Legitime impediti suis sumptibus eo mittent Procuratores sufficiente potestate præditos. Si Archiepiscopus recuset, aut differat convocationem concilii, ex Suffraganeis ille, qui primum in provincia tenebit locum, id convocabit, eique præsidebit. Quodvis concilium provinciale uno saltem mense durabit. Qui comparebunt quanquam æquo pauciores, poterunt peragere concilium, ac æqua ibi statuere in absentia reliquorum. Monachi Benedictini, & Canonici Regulares in posterum sua comitia provincialia ex præscripto Juris celebrabunt: & Concilium istud mittet, qui prima comitia convocent, ac hic præsideant. Sæcul. XV. A. C. 1408.

Caput quartum tractat appellationes: Qui provocabunt, gradatim hoc facient, & ab Archidiacono ad Episcopum, ab hoc ad Archiepiscopum, ab isto ad Primatem, si quis dabitur, sin minus, ad provinciale Concilium appellabunt. Qui anathemate devinctus appellat a Judice non habente superiorem; ac provincialis concilii celebrationem expectat, potest per cautionem absolvi ab Episcopo provinciæ, qui Collegis prior dignitatem obtinuit suam.

Sæcul. XV. A C. 1408.

Si quis appellat ab illo, qui jurisdictionem in exemptos habet, & a quo appellare ad Summam Sedem pro more deberet, provocabit ad provinciale Concilium. Causas Monachorum Cluniacensium, cæterorumque Ordinum peculiare caput habentium, generalia, quæ quotannis obeuntur, comitia decident, sicut id ageret Suprema Sedes. Generatim præcipitur, ut in hujusmodi actionibus Concilium provinciale Summæ Sedis authoritatem exerceat.

Postremum caput versatur in collatione beneficiorum: Præsules eligentur secundum regulas Juris, sine violentia, vel alia molitione hominum profanorum. Quando agetur de Archiepiscopo, aliove Præsule non habente superiorem, provinciale Concilium causæ cognitionem capiet, ac electum, si opus erit, confirmabit. Interea dum expectabitur concilium, Episcopus primum in provincia locum tenens necessario facienda faciet: quæ postea referet ad Concilium. Reliqua beneficia omnia conferent proprii locorum Episcopi. In albo Universitatis Religiosi secularium instar nominabuntur, ut illis beneficia regularia tribuant Abbates congregati. Dignitates, personatus, ut vocantur, cæteraque beneficia suffragiis obnoxia relinquentur Collegiis hæc ferre solitis. Ut vitentur fraudes illorum,

lorum, qui se albis plurium Universitatum, vel Principum inferendos curare possent; is, qui hoc fecerit, intra mensis spatium ex albis unum deliget, alioquin omni nominatione privandus. Beneficia non conferentur nisi partis neutrius studiosis. Hæc sunt, quæ mihi videntur ponderosiora in isto Concilii Parisiensis decreto: ubi maxime noto agnitam necessitatem, utilitatemque conciliorum provincialium. Sæcul. XV. A. C 1408.

§. XXI.

Perpinianense concilium.

Festo Sanctorum Omnium die Benedictus Perpiniani suum concilium solemnissime incepit. Conventus erat frequentissimus, & cum ille sacrificasset; Alphonsus Exea Constantinopolis Patriarcha, & Hispalensis Ecclesiæ Administrator elegantem dixit orationem: tum in gratiam absentium sessio dilata fuit in decimum quintum Novembris. Duodecimo Benedictus Custodem thesauri Magalonensis Ecclesiæ, & Astanæ Procuratorem dixit Patriarcham Antiochenum. Franciscum vero Chimenium ex Ordine Minorum Gerundæ in Catalonia natum, virtute, ac doctrina conspicuum renunciavit Hierosolymæ Patriarcham. Utrumque consecravit Cardinalis Joannes Armeniacus. *Indic. Arrag p. 277. conc. p. 2110.* *V. Vading. script. p. 140.*

Sæcul. XV. A.C.1408.

Concilii Perpinianenſis ſeſſio prima fuit 15 Novembris; altera die ſabbati decimo ſeptimo menſis hujus. Ibi poſt ſermonem recitata eſt profeſſio fidei, quam ſe tenere firmiter ajebat Benedictus. Die Mercurii 21 Novembris in ſeſſione tertia enarrata fuit ſeries Benedicti actorum a ſuſcepto pontificatu, laborumque pro Eccleſiæ pace ſumptorum: atque relatio continuata eſt per quinque alias ſeſſiones. Concilio huic intererant omnes fere Præſules Caſtellæ, Arragoniæ, Navarræ, Provinciæ, Vaſconiæ, ac Sabaudiæ, omnino centum viginti circiter. Memorantur ibidem inter alios Alexandrinus Patriarcha, Petrus Lunius Toleti, Garcia Ferdinandus Heredia Cæſar-auguſtæ, ac Petrus Zagarriga Tarraconis Archiepiſcopi.

§. XXII.

Comitia Francofordiana.

Interim Papa Gregorius tranſacto Semis trimeſtri ſpatio Ariminum delatus ibi hyemem traduxit. Inde in Germaniam ut Legatum miſit Antonium Corrarium nepotem ſuum Cardinalem Epiſcopum Portuenſem, qui Rupertum Romanorum Regem hortaretur, ut neminem ad concilium Piſanum mitteret. Legationis litteras dedit 13 Dec. 1408. Sed & Cardinales

Th. Niem. l. 3. c. 36.

Rayn. n. 60.

nales Pisani miserunt in Germaniam Cardinalem Barianum Landolfum Maramaurum; qui Francofordiam advenit sub festum diem Regum, nempe in principio anni 1409. In cunctis Germaniæ locis, quæ transibat, a Clero, ac populo perhonorifice acceptus Francofurti comitiis intererat. Sæcul. XV. A. C. 1409.

Aderant ibi Rex Rupertus cum suo consilio, Archiepiscopi Moguntinus, & Colonienſis, Henricus Brunsvici Dux, Hermannus Hassiæ Comes Provincialis, Fridericus Misniæ Comes tuendis Imperii limitibus præfectus, ac Fridericus Castellanus Norimbergæ Comes, multi Episcopi, Abbates, Comites, Barones, aliique Domini, Legati Franciæ, Angliæ, multarumque aliarum Regionum. Ecclesiæ pax erat argumentum comitiorum, quæ sex diebus duraverant; cum Papæ Gregorii Legatus eo advenit. Parum honorabatur; quia dicebatur venisse turbaturus concordiam: quod eum populo exosum reddidit. At Rex Rupertus eum per vias tuto ducendum curavit, & magnopere coluit. Legatus Regi, & quibusdam Principibus longo, ac molesto sermone Gregorii modum agendi probare studuit; atque in Cardinales Pisanos, Legatumque illorum Cardinalem Barianum contumelioſa, & mali exempli verba protulit: nam actio erat publica.

Sæcul. XV. A. C. 1409.

Quæ res vehementer displicuit Principibus, cæterisque præsentibus, Rege forsitan, & comitatu ejus exceptis. Biduo post hic Princeps abiit: pariterque reliqui paulatim suas redierunt domos.

Decretum in comitiis est, ut Rex, Archiepiscopi Moguntinus, & Coloniensis, ac Misniæ Marchio in Italiam suos quisque Legatos mitterent concordiam curaturos. Rex Rupertus Legatum Antonium Corrarium secum Heidelbergam ductum ibi diu retinuit, ei sumptus suppeditans: verbo: Gregorii partibus totus addictus perstitit. Francofurti quoque non audierat consilia Principum, Præsulumque contendentium, curam in pace ponendam esse, atque Gregorium modis omnibus eo impellendum. Postea suos in Italiam Legatos misit, nempe Archiepiscopum Rigæ, ac Wormatiæ, Verdæque Episcopos: qui primo ad Papam Gregorium profecti longo apud eum tempore hærebant. Episcopus Wormatiæ oblatam sibi ab eodem purpuram recusavit, fortasse metuens, ne, si acciperet, alius ipsi Episcopus substitueretur.

§. XXIII.

Concilium Pisanum.

Initium concilii Pisani factum est præfixo die 25 Martii anno 1409. Aderant

rant multi Cardinales, Episcopi, Abbates, Theologiæ, ac Juris Doctores, Oratoresque multorum Præsulum absentium. Institutæ primum solemnes supplicationes publicæ: Cardinalis Thurius in cathedrali templo peragebat sacrum: & Cardinalis Mediolanensis Petrus Cretensis patria orationem habebat. Post preces congruas duo Cardinales Diaconi, Archiepiscopi pariter duo, & totidem Episcopi multis cum Doctoribus, & Notariis ad templi portam contenta voce rogabant, an Petrus Lunius, & Angelus Corrarius, qui se dicerent Papas, adessent, aut quisquam pro eis alius? Nemine respondente reversi hoc referebant ad Concilium: quod constituit Promotores Ecclesiæ totius nomine facturos omnia, quæ opus essent, aut expedirent ad extinguendum schisma. Delecti sunt Advocati, & Notarii, qui causam persequerentur. Tum Promotores postulabant, ut duo æmuli censerentur contumaces in materia schismatis, ac fidei. Sed Concilium ex benignitate id distulit in sessionem die proxima futuram. Sæcul. XV. A.C. 1409. *Conc. to.* 11. *p.* 2117.

Hac die 26 Martii accersitis rursum, & accusatis æmulis causa prorogata fuit in diem sabbati ante Ramalia trigesimam illius mensis: qua Concilium sententiam pronunciabat per os Cardinalis Pictavensis Guidonis Malesii Episcopi Prænestini, *Sess.* 2. 3.

Sæcul. XV. A C. 1409

ac duos æmulos Petrum Lunium, & Angelum Corrarium ter citatos ob desertum vadimonium contumaces declarabat; procedendum ultra, & actionem contra eos instituendam; sessionem quartam fore die lunæ post Dominicam *Quasi modo*. Ita concilium non interruptum est nisi per hebdomadem sanctam, & posteram.

§. XXIV.

Legatio Regis Romanorum.

Interim Pisas advenerant Legati Regis Romanorum Ruperti Bavari, Joannes Archiepiscopus Rigensis, Matthæus Wormatiæ Antistes, Udalricus electus Verdæ Episcopus, & Conradus Sufatius Canonicus Spirensis. Die lunæ 15 Aprilis Concilium eis aures præbebat. Verdensis Episcopus omnium Legatorum nomine loquens & dubitanti similis contra convocationem concilii multas difficultates, & materias ibi tractandas proponebat. Facta est Legatis promissio responsionis reddendæ in proxima sessione die Mercurii 24 Aprilis. At cum difficultates suas litteris mandatas Concilio tradidissent, die altero nemine salutato Pisis abierunt.

Sess. 4. *p.* 2119. 2164. *Spic. p.* 261.

Difficultates eorum continebantur tribus capitibus, convocatione duorum æmulorum, recusatione obedientiæ, atque

que conjunctione Cardinalium e duobus collegiis. Erant vero potius tricæ, quam difficultates solidæ: ut jam tum ostendit quidam scriptor incerti nominis ad eas articulatim respondens. Imperator Rupertus, aut potius Papa Gregorius sub ejus nomine volebat monstrare contradictionem in diversis diebus obedientiæ recusationi appositis, suscepti consilii tempus non distinguens a tempore executionis. Imperator ita quærebat: Quando Gregorius desiit esse Papa? Reponebatur: Tum, cum per suam agendi rationem se aperte declaravit schismaticum, ac hæreticum: ex illo tempore nos ab eo sejungere coacti fuimus, ne fautores schismatis essemus: quanquam alius Papa eligi haud potest, nisi post sententiam damnationis. Sæcul. XV. A. C. 1409.

Quod attinet ad convocationem concilii, Imperator iterum altercabatur de die adscripto litteris illud indicentibus. Addebat: Convocatio concilii ad Papam pertinet: & aliquod indixit; quantum in ipso fuit. Respondebatur: Manifesto patet, convocationem a Gregorio factam tendere ad impediendum concilium generale. Igitur ejus loco, & in tanta necessitate concilium Cardinales indicere debebant; & tum quoque debuissent, si Papa fuisset certus, ac extra controversiam positus: quin etiam eorum loco Cle- *p.* 1268. *E.*

Sæcul. XV. A. C. 1409

rus id Romanus potuiſſet agere. *Imperator*: Si dubitant, an Gregorius ſit Papa: cur non etiam dubitant, an ipſi ſint Cardinales? *Reſponſio*: Quia dubium contingens Papam venit ex cauſa nova; inde nimirum, quod ille factus ſit ſchiſmaticus: aliter ſe habet res Cardinalium.

Obj. 17. *Imperator*: Plerique Præſules Piſis agentes ſunt partium Gregorio adverſarum, quas hic ſemper habuit pro ſchismaticis: reliqui denegarunt ei obedientiam, & contra eum faciunt. Itaque non poſſunt ejus eſſe Judices; nec is ſe illis citantibus ſiſtere tenetur. *Reſponſio*: Qui neutri parti ſtudent, aut obtemperant, ad judicium ferendum in hac ſchiſmatis materia ſunt aptiores, quam ii, qui firmiter ſtant ab altero æmulorum. Et neutrarum partium ſtudioſi non cenſendi ſunt inimici, vel adverſarii: quia obedientiæ recuſatio facta eſt illorum vitio, qui citati fuerunt, & accuſati.

Obj. 19. *Imperator*: Cardinales non habent jurisdictionem in illos, quos citant; nedum in concilium: proinde non pertinet ad Cardinales concilii convocatio. *Reſponſio*: Quando concilio eſt opus, ut in caſu præſente, ac Papa id convocare renuit, aut nequit, veluti tum, ſi deſiperet; ex Jure certum eſt, Cardinales id convocare poſſe: neque neceſſario ſubjectum authoritati convocantis eſt concilium. Pre-

vin-

vinciale est superius Archiepiscopo, qui hoc indixit. *Imperator:* Si Gregorius veniret Pisas, ac Benedictus huc non veniret, num ille deberet dignitatem deponere? Nam Benedictus posset dicere: Nunc solus sum Papa; nec æmulum habeo: cur petitis, ut cedam? *Responsio;* Cupimus præstari promissum cessionis ab utraque parte firmatum jurejurando. Sæcul. XV. A.C. 1409. *Obj.* 21.

Imperator: Præstituta concilio dies pro magna parte fautorum Gregorii est propinqua nimium propter locorum distantiam. *Responsio:* Negotii momentum, & celeritas, quam illud poscit ad vitanda pericula in dies augescentia, suaserunt, ut statueretur dies, quam proxima præfigi prudenter posset. *Imperator:* Quod ad conjunctionem Collegiorum attinet; Cardinales alteri sunt veri, alteri commentitii. Quomodo veri falsos reddere habiles, censuris, ac legibus exsolvere, denique Cardinales facere potuerunt? *Responsio:* In præsente casu licet agere cum proscriptis, & schismaticis sine horum absolutione, aut restitutione in integrum: ac electores sibi possunt ascisere alios eligendi jure carentes. *Obj.* 23.

Imperatoris Legati propositis difficultatibus suis illius nomine orabant concilii Pisani Patres, ut certum diem, locumque constituerent, quo iterum convenirent; atque si Gregorius tunc ibi non compareret, p. 2171. C.

Sæcul. XV. A. C. 1409.

reret, nec suo cedendi promisso staret, Papam unicum eligerent. Sic autem machinam commoliebantur, inquit Theodoricus Niemius. Erat æstas, & calor: ut tum esse solet, præsertim in Italia. Pisis exterorum multitudo ingens dabatur: & plerique pro se ac suis mari secum procul advexerant subsidia vitæ ad tempus, quo ibi hærerent. Non equos, non mulos habebant, quibus alio transveherentur: & multi, maxime Cardinales senio, & infirmitatibus confecti erant. Præterea Benedicto denuo e Catalonia evocando dilatio congruens fuisset danda: & interim ii, qui ad concilium jam advenerant, abiissent, forte nunquam redituri, quippe tam diuturnæ commorationis sumptui ferendo impares. Soli fere Cardinales remansissent, & incerti quidem, an Benedictus veniret. Denique nullus effectus verus Ecclesiæ pacem contingens ad exitum adductus esset.

l. 3. schism. c. 39.

§. XXV.

Appellatio Legatorum Regis Ruperti.

Imperatoris Legati postquam statuerant non expectato Concilii Pisani responso discedere; antequam id agerent, confecerunt provocationis litteras sub nomine unius e suo numero, nempe Conradi Sufatii

Rayn. 1409. n. 19. 29. &c.

fatii Canonici Spirenſis, ac Theologiæ Doctoris, qui 16 Aprilis libellum difficultatum exhibuerat. In litteris primum purgatur Gregorii modus agendi, ac fere repetuntur eædem difficultates, & querimoniæ de Cardinalibus ejus: at ſemper ibi vocantur *olim* Cardinales, quaſi dignitatem amiſerint, cum illum deſeruiſſent. Longiſſimæ ſunt litteræ: quarum in fine Conradus ut Imperatoris Procurator provocat ad Chriſtum Dominum, & Concilium generale legitime convocandum. Dabantur Piſis 19 Aprilis anno 1409 in Dominicanorum templo S. Catharinæ dicato. Die Dominica 21 ejusdem menſis Legati reliquere urbem.

Sæcul. XV. A. C. 1409.

Conc. p. 2239

p. 2248.

§. XXVI.

Æmulorum facta exponuntur.

Quinta Concilii Piſani ſeſſio fuit die Mercurii 24 Aprilis. Promotor per Advocatum Concilii puncta factorum æmuli utriusque proponens poſtulabat, ut, quamvis manifeſta hæc eſſent, interrogarentur teſtes, quo clarius res liqueret. Statutum id fuit; & proxima ſeſſio indicta in diem Martis ultimum Aprilis. Factorum puncta propoſita in hac ſeſſione quinta erant triginta ſeptem, atque continebant totam ſchiſmatis hiſtoriam, qualem retuli, fuſiorem tamen, usque ab electioni-

p. 2119. 2172.

Spic. p. 274.

Sæcul. XV. A. C. 1409.

ctionibus Benedicti, & Gregorii; ut apparerent eorum variationes, mala fides, & colluſio; utque conſtaret, omnem illorum agendi rationem tendere ad perpetuandum ſchiſma.

§. XXVII.

Seſſiones ſexta, ſeptima, & octava.

Poſtremo Aprilis erat ſeſſio ſexta, & audiebantur ſeptem Legati Angliæ, ac inter hos duo Epiſcopi, qui reliquis præerant, Robertus Halemius Salesburanus, ac Henricus Davidiſanenſis. Prior nomine cunctorum loquens Concilium ad æquabilem juris rationem tenendam hortabatur, & aſſerebat, ſe Collegasque ſuos ſufficientem habere poteſtatem perſequendi negotium pacis, conſentiendique in omnia, quæ per Concilium ſancirentur. Hic videmus Angliam Gregorio non ſtuduiſſe amplius: quod etiam patet e quadam Regis Henrici epiſtola, qua illum monet, ut juramentum obſervet ſuum, nec præbeat anſam credendi, per ſe ſtetiſſe, quo minus renovata eſſet concordia.

Conc. p. 2120 2194. 2214.

Valſing. p. 378.

Seſſio ſeptima fuit die Sabbati quarto Nonas Majas. Tum Petrus Ancaranus celeber Bononiæ Doctor ad difficultates a Legatis Imperatoris propoſitas reſpondebat, demonſtrans eas infirmas eſſe, ac frivolas, & ſolum tendere ad impedien-

diendam pacem ecclesiasticam. Dein legebantur nomina illorum, qui e qualibet regione delecti fuerant ad percontandos testes, ac discutienda scripta, quæ indicarent pervulgatam factorum notitiam in sessione quinta propositorum: moxque Concilium illis mandatum dedit, tabulis authenticis consignatum. Decrevit etiam ad Regem Ladislaum mittere, qui suaderent, ne obstaret ipsi, sed ea, quæ constituerentur, observaret. Sæcul. XV. A. C. 1409.

Octava sessio erat die Veneris 10 Maji. Promotoris impulsu decisum fuit, conjunctionem Cardinalium utriusque collegii bene ac rite factam esse; potuisse illos convocare concilium Ecclesiæ universæ, in hoc eam satis repræsentari; id convenisse in locum tutum, & congruentem sibi; & habere potestatem cognoscendæ, & dijudicandæ totius causæ præsentis, utpote hac ex parte nemini in terra obnoxium. Hæc solemniter pronunciata sunt per os Patriarchæ Alexandrini. Duo Episcopi Salesburanus, ac Ebroicensis negabant Collegia conjungi posse, quamdiu Benedicto Cardinales sui obtemperarent; sicut etiam tum facerent. Multa in hanc rem dicebantur. Tandem Promotor conscenso pulpito petebat, ut Concilium declararet, ex eo tempore, quo duo æmuli clare monstrassent se nolle Ecclesiam pacare per cessionem juratam, potuisse quem- *Concil. pag.* 2120. 2195.

Sæcul. XV. A. C. 1409.

quemlibet ac debuisse illis denegare obedientiam. Opponebant se duo Episcopi, Anglus alter, alter Germanus: sed Concilium ferebat sententiam ad mentem Promotoris; & addebat, neminem non debere in posterum jussa illorum abnuere.

§. XXVIII.

Sessiones nona, decima, & undecima.

Post dies octo, nimirum 17. Maji fuit sessio nona. Alexandrinus Patriarcha legebat publice sessionis ultimæ decretum de recusanda obedientia; & adjungebat, Cardinales, cæterosque Præsules hanc ad causam adhibitos ut testes fore tamen Judices; & cognitores proposita factorum puncta explicare, & addere nova, prout censuerint. Sessio proxima indicta fuit in diem Mercurii 22 Maji.

p. 2122. 2197.

Hoc die in sessione decima Promotor per Concilii Advocatum dicebat Cardinales Laudensem, seniorem de S. Angelo, ac reliquos Cognitores auditorum testium verba per Concilii notarios scribenda curasse, ita, ut essent parati ad ea referenda per unum e suo numero, nempe per Pisanum Archiepiscopum Alemannum Adimarum. Cum ad se referri ea jussisset Concilium, Advocatus poscebat, ut duo æmuli accerserentur ad audiendam denun-

denunciationem teſtium. Factum id eſt ad templi portam ritus gratia. Sæcul.XV. A.C.1409.

Poſtea Piſanus Archiepiſcopus in ſuggeſtum aſcendit cum notario ad informationum promulgationem a Cognitoribus ſic præſcriptam: Notarius leget alia ex aliis factorum puncta; & unicuique Archiepiſcopus adjunget teſtes ad id firmandum productos, quorum qualitates, ac numerum memorabit. Recitabat igitur notarius in hac ſeſſione viginti puncta; & poſt quodlibet trahebat moram aliquam: tum Archiepiſcopus ajebat: Hoc punctum conſtat per teſtes quindecim, e quibus quatuor ſunt Cardinales, unus Patriarcha, quinque Epiſcopi, quatuor Doctores inſigniti, & unus deſignatus: interdum numerabat teſtes decem, aut viginti, modo plures, modo pauciores: nullum tamen punctum non communitum erat ſaltem quinque teſtibus idoneis. Cum diſceſſum ſuaderet hora, Concilium imperavit, ut hic actus poſtridie continuaretur.

Igitur 23 Maji erat ſeſſio undecima, in qua referebantur ſeptendecim puncta reliqua, pauculaque alia iis adjuncta. Poſt hæc Eccleſiæ Advocatus e pulpito petebat, ut facta omnia his punctis comprehenſa declararentur vera, publica, & evidentia: qua de re proximo die ſabbati 25 Maji pridie Pentecoſten delibera-

Sæcul. XV. A. C. 1409.

tum iri asseruit Concilii nomine Pisanus Archiepiscopus.

§. XXIX.

Sessiones duodecima, decima tertia, & decima quarta.

Eo die in sessione duodecima Patriarcha Alexandrinus solemniter edixit Concilii decretum de pervulgata factorum notitia contra Benedictum, & Gregorium prolatorum. Deinde Concilium Cognitoribus jam munere perfunctis datam antea potestatem retexuit; sed contingentem scripta, vel facta, quæ recens forsitan producerentur, prorogavit usque ad pronunciationem sententiæ.

Die Mercurii 29 Maji fuit sessio decima tertia; in qua clarus Theologiæ Doctor Petrus Plaulius orationem habebat illis inceptam Oseæ verbis: *Congregabuntur filii Juda, & filii Israël pariter, & ponent sibimet caput unum.* Extollebat summe dignitatem Ecclesiæ, quam Papâ superiorem dicebat. Tum significabat ab Universitate Parisina Petrum Lunium censeri schismaticum, contumacem, ac hæreticum, etiamsi hæresis spectetur in sensu proprio; atque ideo excludendum Ecclesia, & gradu dejiciendum. Sic opinari etiam Universitates Juliomagi, Aurelliæ, ac Tolosæ. Petro descendenti de pul-

Oseæ. I. v. 11.

pulpito ſuccedens Epiſcopus Novarinus de papyro legebat ita exiſtimare centum tres Theologiæ Doctores inſignitos, plurimos deſignatos, multos poſt decem annorum ſtudium prima donatos laurea, natione diverſos, modo præſentes in concilio, denique Univerſitates Bononienſem, ac Florentinam. Sæcul. XV. A. C. 1409.

Decima quarta ſeſſio erat die ſabbati 1 Junii, qua ut anxia religione affectis ſatisfieret, Archiepiſcopus Piſanus ſummatim retulit indicia veritatis factorum, quæ declarata erant evidentia: & addidit, proximis diebus lunæ ac Martis apud Carmelitas verba teſtium monſtratum iri omnibus, qui ea legere vellent.

§. XXX.

Seſſio decima quinta. Sententia contra æmulos.

Decima quinta ſeſſio jam indicta in decima tertia habebatur die Mercurii 5 Junii, pridie ſolenne auguſtiſſimi Sacramenti. Eccleſiæ Advocatus e ſuggeſtu expoſuit, priore die Mercurii poſtremam citationem æmulorum, ut ſententiam decretoriam audirent, ſancitam eſſe, ac executioni datam per tabulas affixas portis templorum, aliisque locis congruentibus. Ideo poſtulare ſe, ut Cardinales, cæterique Præſules ad templi p. 2126.

Sæcul. XV. A. C. 1409.

portam rursus accederent visuri, an se sisterent æmuli, vel alii pro eis viri.

Igitur hæc etiam ceremonia iterum fiebat sed incassum, ut sæpius antea. Tandem Patriarcha Alexandrinus Antiochenum inter, ac Hierosolymitanum sedens in suggestu de scripto pronunciabat sententiam, cujus hæc erat summa: Sacrum Concilium universam Ecclesiam repræsentans, cujus est cognoscere, ac decidere hanc causam de schismate, ac Ecclesiæ concordia, perpensis omnibus, quæ contra Petrum Lunium, & Angelum Corrarium olim nominatos Benedictum XIII, & Gregorium XII producta sunt, ac demonstrata, post sedulam consultationem statuit, ac declarat, cuncta crimina comprehensa libello Patribus per Concilii Promotores tradito vera esse, ac manifesta; & memoratos Angelum Corrarium, ac Petrum Lunium esse schismaticos, contumaces, ac hæreticos, perjurii reos, Ecclesiæ toti præbentes exempla nequitiæ, ac nullum correctioni locum relinquentes. Quapropter omni honore, ac dignitate, omni præsidendi, aut imperandi jure se reddiderunt indignos, & ab Ecclesia ipsi se disjunxerunt.

Majoris tamen securitatis gratia Concilium eos privat his cunctis juribus; utrique, ne pro Papa se gerat, interdicit; Romanam Ecclesiam denunciat vacuam,

&

& omnes Christianos, quacunque dignitate floreant, etiam coronatos Principes ab omni munere parendi eis absolvit ita, ut nullum fidelitatis juramentum, nulla obstet obligatio. Prohibet sub anathematis pœna, nequis Christianorum alterutri obsecundet, faveat, tectum præbeat, opem, aut consilium afferat: atque si huic sententiæ per contemptum non obediant, etiam per potestatem profanam debent reprimi una cum fautoribus, ac sectatoribus suis. Postea Concilium cunctas æmulorum actiones, sententias, censuras, & creationes Cardinalium ab Angelo Corrario post tertium Maji, a Petro Lunio post decimum septimum Calendas Julias anni 1408 factas declarat irritas. Hac sententia pronunciata canebatur Hymnus Ambrosii; vetabaturque, nequis a Concilio sine permissu abiret. Sæcul. XV. A. C. 1409.

§. XXXI.

Sessiones decima sexta, & decima septima. Legati Arragoniæ.

Decima sexta sessio fuit die lunæ 10 Junii. Pisanus Archiepiscopus e pulpito recitabat schedulam, ubi Cardinales loquebantur in hunc fere modum: Spondemus fore, ut siquis e nostro numero electus in Papam fuerit, is concilium præsens continuet, nec solvi sinat, donec

Sæcul. XV. A. C. 1409. nec Ecclesia in capite, ac membris suis correcta sit. Si unus e Cardinalibus absentibus, vel alius quisquam Collegio sacro non adscriptus cooptabitur, omni curabimus opera, ut idem promissum faciat, priusquam promulgetur electio. Interim approbamus sententiam contra æmulos, concilii continuationem vacante summa sede, & commotam Ecclesiæ correctionem.

p. 2263. Huic sessioni aderat Cardinalis Challandinus, qui a Petro Lunio defecerat. Concilii Advocatus negabat sufficere pronunciationem sententiæ contra æmules, nisi hæc daretur executioni. Itaque postulabat, ut Concilium hujus Curatores ubique, aut saltem in regionibus, ubi opus essent, constitueret, istorumque Curatorum nominatio Cardinalibus committeretur. Annuit Concilium. Advocatus addebat: Angelus Corrarius sedem suam tenere in territorio Patriarchæ Aquilejensis huic faventis Concilio, nec sine illius damno populum provinciæ ad suas partes adjungere conatur. Igitur vobis placeat imperare hujus regionis Optimatibus, Ecclesiæ clientibus fiduciariis, ut Patriarchæ, non Gregorio morem gerant. Consensum fuit.

Sessio decima septima erat die Jovis 13 Junii. Postquam tres Patriarchæ in suggestum ascenderant; Alexandrinus legebat

gebat ſchedulam hujusmodi: Quia durante ſchiſmate nonnulli Cardinalium præſentium ab æmulis ſejunctis creati ſunt; & modo eligendus eſt Papa unicus, certusque: Concilium vult ita creatos pro præſenti rerum conditione ferre ſuffragia; neque novare aliquid, aut Cardinalium juri derogare cogitat. Hortatur vero, ut Papam eligant tanta cum charitate, & concordia, ut nulla diſſidii ſcintilla notari queat. Sæcul. XV. A. C. 1409.

In eadem ſeſſione comparebant Legati Regis Arragonum, tres Equites, ac Doctor, ea lege admiſſi, ut nihil proferrent, quod offendere Concilium poſſet. Doctor cunctorum nomine ſic loquebatur: Arragoniæ Rex edoctus hunc agi conventum ad curandam Eccleſiæ pacem ſibi chariſſimam, id vobis negotium commendat; nec impedire vellet ob peculiare commodum ſeu Petri Lunii, ſeu cujusquam alterius. Hic Papa cum Concilio Perpinianenſi decrevit aliqua; quæ, cum poſſe ſervire ad concordiam credantur, vobis per nos exponi Rex voluit. Oramus proin ejusdem nomine, ut hac in re nihil novi faciatis, antequam nos audieritis. Denique Rex Dominus noſter acta concilii veſtri nunc quidem approbare nequit, utpote nondum comperta habens: ſed ea doceri cupiens in cauſa Eccleſiæ ita gerere ſe cogitat, ut orbi toti

Sæcul. XV. A.C. 1409.

satisfaciat. Simul acta poscebat Doctor.

Tum singulis Præsulibus indicabatur ex mente Cardinalium respondendum, Concilium Regi gratias habere pro studio pacis; nominaturum, qui Legatis darent actorum notitiam; designaturum pariter, qui aures præberent Nunciis Petri Lunii, dummodo potestatem exhiberent suam; hos toto a consessu audiri non posse, cum discessum poscceret hora; & hæc sessio esset ultima ante ingressum conclavis. Postquam Advocatus id Legatis responsum palam reddiderat; finita fuit sessio.

Postero die Veneris 14 Junii fiebat solemnis supplicatio publica, cui aderant cuncti Præsules, ac totus concilii Clerus. Ibatur a templo S. Martini ad cathedrale, ubi Cardinalis Thurius peragebat sacrum de Spiritu Sancto, ut is collustraret mentes Cardinalium ad eligendum summum Pontificem. Eodem die postprandium Legati Arragoniæ in S. Martini ædem delati cupiebant Petri Lunii Nuncios ex promisso audiri. Qui clamores inter ac sibila, quibus eos potissimum domestici Præsulum consectabantur, per turbam ad fores stantem ægre ingressi templum parum colebantur, cum venissent in locum, ubi tres erant Cardinales auscultandis eis destinati. Legebatur illis sententia contra æmulos pronunciata:

p. 2128. 2206.

&

& dum Tarraconenſis Archiepiſcopus Papæ Benedicti XIII Nuncium ſe dicebat, exorto ingenti fremitu vocabatur nuncius ſchiſmatici, ac hæretici. Idem accidit Joanni Coſtio antea Epiſcopo Mimatenſi, & tunc uni e Nunciis. Volebant iterum loqui: & admiſſio eis promiſſa fuerat in poſterum ſabbatum: at comparere non auſi amplius inſalutatis Præſulibus reliquere Piſas. Sæcul. XV. A. C. 1409.

§. XXXII.

Alexander V Papa.

Eodem die ſabbati 15 Junii ſub veſperum conclave intrarunt Cardinales viginti quatuor Archiepiſcopi Piſani hoſpites. Magno Rhodiorum Magiſtro commiſſa eſt cuſtodia conclavis: ubi decem diebus integris illi hærebant usque ad diem Mercurii 26 Junii, qua in Papam elegerunt Cardinalem Mediolanenſem Petrum Cretenſem patria, qui nominari voluit Alexander V.

Natione Græcus, cognomine Philargus in Creta tum Venetis obnoxia tam inopes parentes habuit, ut non meminerit eos ſibi fuiſſe cognitos: ſed cum puerulus ſtipem poſceret, de pulvere ſublevatum quidam Italus ex Ordine Minorum linguam Latinam docuit. Paulo adultiorem veſte religioſa induit, ad Fratres adſcripſit ſuos, & quod egregia præditum *Th. Niem. Hiſt. l. 3. c. 51.*

Sæcul. XV. A. C. 1409.

indole videret, secum in Italiam duxit: ubi amœnioribus litteris imbutus in Angliam ad Universitatem Oxonienſem missus est. Plures per annos ibi prospero successu eruditus Parisios venit, Philosophiæque, ac Theologiæ inibi tamdiu dedit operam, donec magnus evaderet Doctor,

Reversus in Italiam, & Joanni Galeatio Pro-Comiti Mediolanensium Duci cognitus, anno 1386 in ejus gratiam factus Episcopus Placentinus, post biennium Vincentiam, tum Novariam, denique an. 1402 Mediolanum translatus ab Innocentio VII anno 1405 appellatus est Cardinalis Presbyter de duodecim Apostolis. Papa renunciatus archiepiscopatum Mediolanensem contulit Francisco Creppio sui Ordinis Religioso, ac Ministri Generalis Vicario: quem vero ejus possessionem capere nunquam sinebat Joannes Pro-Comes. Papa Alexander septuaginta circiter annos habebat, quando fuit electus: erat comis, ac liberalis, cibosque lautos cum vino generoso haud parum amabat.

Ughel. to. 12. p. 256. to. 4. p. 362.

§. XXXIII.

Sessiones decima octava, & decima nona.

Die lunæ 1 Julii Concilio in sessione decima octava præsidebat ut Pontifex Maxi-

Maximus. Cardinalis Challandinus legebat electionis decretum, cui Cardinales omnes ſua ſubſcripſerant nomina, & in quo illum concordiſſime cooptatum dicebant. Deinde Balthaſar Coſſa Cardinalis Diaconus de S. Euſtachio e ſuggeſtu promulgabat plures novi Papæ ſanctiones; ſcilicet approbationem rerum omnium per Cardinales a 3 Maji an. 1408 ſtatutarum præſertim in concilio; conjunctionem Cardinalium utriusque Collegii; abſolutionem Cardinalis Challandini diu cum Petro Lunio verſati extenſam ad cunctos earundem partium Præſules concilio præſentes. Alexander etiam exponebat ſe velle incumbere in Eccleſiæ correctionem ex promiſſo Concilii; ac e qualibet natione deligendos eſſe Viros doctos, probosque, qui hac de materia cum Cardinalibus conſultarent. Sæcul. XV. A. C. 1409. conc. p. 2207.

Sequente Dominica 7 Julii Alexander in cathedrale templo Piſano coronatus eſt inter ceremonias omnes, quarum memoria exſtabat. Cremabantur ſtupæ, ac dicebantur interim verba: Sic perit mundi gloria. In ſacro Evangelium legebatur Græce, Hebraice, ac Latine. Fateor incognitum mihi eſſe hoc Evangelium Hebraicum, ni Syriacum ſit. Papa corona triplici, & pontificio amictu ornatus, & cuncti Præſules pro dignitate veſtiti ſua per equos candidis inſtratos ſtragulis ſolemni-

Sæcul. XV. A. C. 1409.

lemniter & ad pompam circumvehebantur in urbe: ac Judæi librum Legis illi porrigebant.

p. 2133. 2207.

Decima nona seſſio fuit die Mercurii 10 Julii. Florentinorum Piſis dominantium Orator pulpitum conſcendit, ac eorum obedientiam Papæ ſpondebat, cujus electionem laudabat: & mox dein Orator Senarum agebat idem. Tum Cardinalis Challandinus de ſchedula legebat, Papam retexere cunctas æmulorum actiones, ſententias, ac cenſuras, & ab iis per cautionem abſolvere. Factæ ab æmulis gratiæ legum ad matrimonia, vel Cameram pœnitentiariam ſpectantes in eadem ſchedula approbabantur omnes, ſed tantum reſpectu illorum, qui Alexandro morem gererent. Poſtea idem Cardinalis ajebat: Papa Eccleſiam emendare cogitans conſtituit octo Cardinales, qui cum Procuratoribus Præſulum variis e regionibus videant, quænam ſint corrigenda. Demum vigeſima ſeſſio indicta fuit in diem lunæ 15 Julii.

Sed in diem Mercurii 24 illius menſis, & amplius in ſabbatum dilata fuit ob adventum Regis Siculorum Ludovici Andegavenſis, qui ei aderat. Cardinalis Challandinus legebat inibi decretum, quo Papa cum Concilio approbabat cunctas electiones, factasque ab æmulis confirmationes ſacrarum dignitatum, & collationes beneficiorum a deſignatis jam poſſeſſorum

p. 2133. 2209.

rum ante ſententiam in æmulos latam. Cauſam Genuenſis Archiepiſcopi Concilium arbitrio Papæ permittebat. Is ratas habebat cunctas collationes dignitatum, ac beneficiorum a deſignatoribus ordinariis factas tempore denegatæ obedientiæ, aut ſtudii neutrarum partium certis in locis obſervati. Volebat plecti ſtudioſos etiam tum ſectatores Petri Lunii, & Angeli Corrarii. Sæcul. XV. A. C. 1409.

Demum ob rationes magni ponderis imperabat, ut rurſus generale concilium intra triennium, nempe anno 1412 menſe Aprili haberetur Piſis, vel in alio congruente loco qui anno priore nominaretur. Tum Piſanus Archiepiſcopus contenta voce dicebat, Papam (aderat iſte) Eccleſiarum inopia tactum revocare quorundam anteceſſorum decreta, quibus ſibi reſervaſſent ſpolia mortuorum Præſulum, fructus vacante ſede provenientes, ac jura inſpectionum. Addebat, Alexandrum etiam remittere pecuniarum reliquias ærario Apoſtolico debitas ex annuis reditibus beneficiorum vacantium non ſolutis.

Subjungebat: Cardinales ſolent accipere dimidios fructus annuos vacantium dignitatum: & inde multum eis adhuc debetur non depenſum hactenus. Itaque rogandum cenſeo ſacrum Collegium, ut exemplo Papæ partem remittat ſuam.

Sæcul. XV. A. C. 1409.

ſuam. Cum aſſentirent cuncti Præſules, ad Cardinales converſus id omnium nomine precabatur. Nihil tum quidem reponentes orabat iterum, reſponſumque poſcebat. Sic impetrati conſenſus tabulas poſtulavit publicas. Duo tantum renuebant Cardinales, Neapolitanus, & Albanenſis, qui mentem hac de re ſuam jam expoſuerat.

Ughel. to. 4. p. 1238.

Genuenſis Archiepiſcopus, cujus mentio hac in ſeſſione fit, erat Pilus Marinus Nobilis Genuenſis, Canonicus Patavinus, & Notarius Apoſtolicus, anno 1402 per Bonifacium IX ad illam evectus ſedem. Anno 1405 Genuam delato Benedicto ſe ſuo cum Clero ſubmiſerat: ut ſuo loco dixi: & Cardinalis Ludovicus Fieſcus pariter ab Innocentio VII ad Benedictum deſcivit. At poſtea Marinus Gregorium cum Benedicto colludere, ac Genuam neutri ſtudere videns in deſertum Hetruriæ locum ſe abdidit. Videtur tamen reſtitutus in ſuam dignitatem; cum tanquam Genuæ Archiepiſcopus concilio Piſano ſuum nomen ſubſcripſerit.

Sup. l. 99. §. 55.

§. XXXIV.

Concilii Piſani exitus.

Viceſima prima, & ultima Concilii ſeſſio in diem Veneris ſecundum Auguſti indicta, ſed in diem Mercurii ſeptimum illius

illius menſis dilata fuit: ac legebatur ibi ſanctio in hanc ſententiam: Papa ex mente Concilii vetat, ne usque ad proximum concilium Eccleſiæ Romanæ, vel aliarum bona immobilia alienentur, vel oppignorentur. Præcipit, ut Metropolitæ ſua concilia provincialia, Epiſcopi ſuas ſynodos agant ex præſcripto Juris, ac ex decreto concilii generalis, nempe habiti anno 1215. Monachorum, Canonicorumque Regularium comitia fient ex mandato ejusdem concilii, ac ex ſanctionibus Honorii III, & Benedicti XII. Papa promittit, neminem invitum a ſe translatum iri qui non accitus antea, auditusque fuerit. Ad cunctos Reges, ac Principes mittet Nuncios, qui acta hujus concilii promulgent, ac executioni mandanda curent. Plenam noxarum veniam largitur iis omnibus, qui concilio huic interfuerunt, & adhærent. Denique dimittit omnes usque ad concilium anno 1412 celebrandum. Sic finitum eſt concilium Piſanum. Sæcul. XV. A C. 1409.

Fuit hoc frequentiſſimum. Numerabantur inibi Cardinales viginti duo, Archiepiſcopi decem, Epiſcopi ſexaginta, vel octoginta, Epiſcoporum abſentium Oratores centum, totidem Procuratores Collegiorum, Abbates octoginta, ducentorumque aliorum Procuratores, Præpoſiti Generales quatuor Ordinum Mendicantium,

Sæcul. XV. A. C. 1409.

cantium, Universitatis Parisinæ, aliarumque Oratores, Legati Imperatoris Ruperti, Regum Franciæ, Angliæ, ac Poloniæ, multorumque aliorum Principum. Diversa hujus concilii exemplaria recensent plures, vel pauciores Episcopos, ac Procuratores.

Ughell. to.3. p.212.553.

Archiepiscopus Pisanus erat Alemannus Adimarus Nobilis Florentinus, celeber Doctor, Florentiæ Canonicus, tum Episcopus, dein Archiepiscopus Tarentinus, demum anno 1406 Pisas translatus ab Innocentio VII, qui ejus antecessorem Ludovicum Bonitum nolentem ad Tarentinam sedem transire jusserat. En exemplum talium translationum, quales Alexander V respuit. Ludovicus Bonitus anno 1408 Cardinalis evasit per Gregorium XII, cui semper addictus mansit.

§. XXXV.

Concilium Perpinianense.

Sup. §. 21. Conc. p. 211.

Durante concilio Pisano Benedictus pergebat Perpiniani habere suum falsum concilium generale cœptum mense Novembri anno 1408. Erat satis numerosum, utpote comprehendens centum viginti Episcopos. Post multas sessiones rogati a Benedicto Præsules, quid pro bono Ecclesiæ agendum esset, contrarias in sententias abibant. Quidam volebant Bene-

Benedictum Pisas mittere Legatos, per quos protinus pontificatum deponeret: alii rem in longum tempus extrahi cupiebant. Ob istam opinionum differentiam cuncti fere Præsules Perpiniano discedebant ita, ut duodeviginti tantum remanerent: quorum nomine Alphonsus Exea Constantinopolis Patriarcha honorarius Benedicto Calendis Februarii anno 1409 libellum tradidit, quo ei potissimum suadebant, ut confestim cederet. Sæcul. XV. A. C. 1409.

Benedictus 26 Martii cum paucis Præsulibus, qui restabant, sessionem habuit, Pisasque misit Legatos, scilicet Petrum Zagarrigam Archiepiscopum Tarraconensem, Seguntiæ, Mimati, & Sanitii Episcopos, ac Bonifacium Ferrerium Carthusianum Priorem monasterii Cæsaraugustani. Sunt vero missi exploratum, quibus conditionibus posset transigi. Sed Archiepiscopus in Catalonia subsistebat Benedicti Legatum acturus apud Regem Galliæ: cæteri Nemausi hærebant detenti regiis a Ministris: & interceptæ sunt litteræ, quas illis Benedictus dederat. Sic abrupta fuit spes omnis eum adducendi ad cessionem, ac reconciliandi concordiam Ecclesiæ. *Indic. Arrag.* 1408. *Th. Niem.*, l. 3. c. 36.

§. XXXVI.

Secul. XV.
A. C. 1409.

§. XXXVI.

Bonifacius Ferrerius Carthusianus.

Boll. 5. Apr. to. 9. p. 484. 490.

Bonifacius Ferrerius fratre gaudebat S. Vincentio Ferrerio Ordinis Prædicatorum Viro celeberrimo. Valentiæ in Hispania ex familia veteri, ac parentibus virtute præditis nati fuere. Bonifacius navata Juri utrique opera inter Jurisconsultos sui temporis eminebat, eratque in numero illorum, qui vocabantur Patres jurati, & spectabile in urbe munus obibant. Uxore mortua persuasu fratris sui Vincentii Chartusianorum Ordini nomen dedit in cœnobio Valentiæ vicino, quod dicebatur Porta Cæli.

Marten. Thesaur. to. 2. p. 1435.

E schismate Ecclesiæ sunt etiam in Ordinibus religiosis orta schismata peculiaria. Quia Chartusia major erat in terra Clementi obnoxia, illius Prior hunc agnovit Papam: & Bonifacius Ferrerius anno 1402 factus ejusdem Prior Benedicto paruit. Interim Joannem Barensem Vicarium Generalem Urbanus VI Carthusianis sibi subjectis præposuit, & comitia Romæ anno 1382 habita agnoverunt. Illius successor tempore concilii Pisani fuit Stephanus Maco, qui post electionem Papæ Alexandri V generalem præfecturam suam abdicavit: quod egit etiam Bonifacius Ferrerius. Benedictus hoc minime probans eum coëgit resumere gubernacula

nacula majoris Carthusiæ. Sed tandem Benedictum obstinatum videns Bonifacius omnino deseruit. Sæcul. XV. A. C. 1409.

§. XXXVII.

Initia S. Vincentii Ferrerii.

Vincentius Ferrerius anno 1357 in lucem editus, ætatis suæ decimo octavo institutum S. Dominici amplexus, post sexennium dialecticam, & reliquam philosophiam tradere cœpit. Ad discendam postea Theologiam Barcinonem, tum Ilerdam missus, Doctoris nomen anno ætatis 28 obtinuit. Valentiam revocatus magnam ibi existimationem collegit; rogatu Episcopi, Canonicorum, & Magistratuum Theologiam tum concertatoriam, tum divini codicis interpretem sex annis palam docuit, ac per idem tempus sacrum Oratorem egit, ingente discipulorum, auditorumque concursu inclytus. *Boll. p. 479. p. 487.*

Interim Cardinalis Petrus Lunius Clementis Legatus ad Regem Franciæ Carolum VI missus Valentiam venit; ac Vincentium ex doctrina, & virtute clarissimum secum in Galliam ductum per totum legationis suæ tempus retinuit. Deinde in Papam electus eundem Valentia, quo redierat, Avenionem accitum suæ conscientiæ Arbitrum, sacrique palatii Magistrum constituit anno 1395.

Sæcul. XV. A. C. 1409.

Vincentius Avenione tantum biennio commoratus, anno 1396, ætatis suæ 40 Apostolicas expeditiones incepit suas, seu itinera varios ad populos Dei amore inflammandos: ut ipso a Christo Domino jussum se credebat.

p. 480.

p. 492.

Benedictus, ut Virum detineret, episcopatum ei Valentinum eodem anno vacantem ex obitu Jacobi Arragonii, rubrumque petasum offerebat. Utrumque renuit Vincentius se tantis honoribus indignum ratus, ac Ecclesiæ utiliorem spargendo sementem verbi divini, quam hærendo in pontificia curia, quod facere teneretur ut Cardinalis. Actis proinde Benedicto gratiis, ac exposita mente sua ubique concionandi copiam cum munere Legati Apostolici, & amplissima potestate ligandi, solvendique accepit.

p. 480. n. 10.

Anno 1398 in Cataloniam reversus duobus annis continuis ejus incolarum animos accendit. Anno 1400 Barcinone conscensa nave in Provinciam, inde anno proximo in Pedemontium, & anno 1402 in Delphinatum transiit: ubi maximam hæreticorum multitudinem catholicæ religioni reddidit, præsertim in diœcesi Ebredunensi. Hinc in Sabaudiam, tum in Germaniam rogatu Episcopi Lausanensis, postea in Lotharingiam se contulit. Anno 1405 Genuam ad Benedictum vocatus spatio mensis circiter ibi-

ibidem manſit: deinde totam Genuenſium oram maritimam percurrit. Sæcul. XV. A.C.1409.

Deinde Galliam usque ad Flandriam peragravit ſemper de rebus divinis verba faciens. Ob famam ſuam Rogatus a Rege Henrico venit in Angliam, Scotiam, & Hiberniam. In Franciam reverſus manebat aliquamdiu in Vaſconia, & apud Pictones. Annum 1407 finiit in Arvernia; & Claromontii per hebdomades Dominico Adventui ſacras e ſuggeſtu ad populum dixit. Anni ſequentis partem Lugduni, partem Aquis Sextiis egit; ubi verſabatur ſub finem Octobris: tum Maſſiliæ ſe commiſit mari Granatenſe regnum aditurus.

§. XXXVIII.

Concilium Aquilejenſe.

Gregorius quoque anno 1409 habuit ſuum concilium, cui Pentecoſten hujus anni præſtituerat per litteras 2 Julii anno 1408 datas. Indixerat illud in provinciam Aquilejenſem generatim, nullum locum ſingularem nominans. At per litteras 19 Decembris ſcriptas deſignavit Auſtriam prope Utinum in diœceſi Aquilejenſi ſitam: unde factum, ut hodierni quidam id concilium in Auſtria Germaniæ provincia celebratum putent. Seſſio prima erat anniverſario auguſtiſſimi Sacramenti die 6 Junii anno 1409. Tam *Sup. §. 15. Conc. pag.* 3003.

Sæcul. XV. A. C. 1409.

pauci aderant Præſules, ut Gregorius cogeretur ſeſſionem alteram differre in vigeſimum ſecundum ejusdem menſis, ac tres Epiſcopos Venetias mittere, qui provinciæ Præſules ad ipſius concilium alium accerſerent, in anathema incurſuros, niſi parerent. At Veneti de Doctorum ſententia Alexandrum V agnoſcebant Papam; etſi Gregorius popularis ipſorum erat.

Secunda ſeſſio abſolvebatur pronunciatione ſententiæ contra Petrum Lunium, ac Petrum Cretenſem: aliter enim Concilium haud nominabat Papam Alexandrum: illorum electiones declarabat nullas, & ſacrilegas; ipſos autem ſchiſmaticos manifeſtos, ideoque omni dignitate delapſos; & omnia eorundem quaſi Paparum acta reſcindebat. Hac in ſententia conſiſtebat effectus totus concilii: eaque lata Gregorius e diœceſi Aquilejenſi quamprimum abiturus die Jovis 5 Septembris anno 1409 ultimam ſeſſionem habuit: ubi promulgabatur ſcheda, cujus hæc erat ſumma:

Th. Niem. l. 3. c. 46.

Sanctus pater noſter Papa Gregorius XII iterum ſpondet abdicationem pontificatus; ſi Petrus Lunius, ac Petrus Cretenſis præſentes ipſi eodem in loco de ſuis juribus exiſtimatis deceſſerint. Atque ne loci difficultas impediat Eccleſiæ pacem, Ruperto Romanorum, Ladislao Hiero-

Hierosolymæ, ac Sigismundo Hungariæ Regibus jam nunc dat plenam facultatem communi consensu eligendi locum, ac destinandi diem, in quem Papa illuc veniat. Si adversariis hoc non placeat; Papa eis omnium partium dissidentium concilium generale convocandi, hujusque locum deligendi potestatem plenam jam nunc facit, paratus illuc venire ipse, stareque in eo, quod inibi decretum fuerit. Sæcul. XV. A. C. 1409.

Hæc scheda iterum nihil erat aliud, quam Gregorii machina, qua concordiam volebat avertere. Constabat enim Sigismundum, & Ladislaum ab annis viginti & amplius inter se capitali odio discrepare. Sigismundus pariter adversabatur Ruperto in locum sui fratris Wenceslai electo Romanorum Regi. Nec minor erat discordia Rupertum inter & Ladislaum hostem Imperii habitum. Sic fucum faciebat Gregorius perhibens hos tres Principes posse ad pacem Ecclesiæ communem conferre operam. *c.* 47. *c.* 48. *c.* 45.

Vide jam, quid eum impulerit ad relinquendum Aquilejense territorium! Suspecto sibi Patriarchæ Antonio Panciarino exauthorato suffecerat Episcopum Concordiæ Antonium Pontinum Venetum. Cum illius amotio Venetis displiceret, metuebat Gregorius, ne capiendum se ipsum curarent, exequendo sententiam Concilii Pisani. Igitur e terris eorum *Ughel. to.* 5. *p.* 131. 335.

Sæcul. XV. A. C. 1409.

properabat egredi, Regemque Ladislaum per litteras orabat, ut hoc ipsius iter adjuvaret. Rex ad portum Austriæ vicinum duas ei triremes misit, & armatos quinquaginta circiter, qui eum præsidii causa eo usque comitarentur.

Th. Niem. c. 45.

§. XXXIX.

Gregorius fugit.

Postquam advenerant, Gregorius ad abeundum cum eis, quam poterat, occultissime se parabat. At Veneti, quibus res subolebat, quorundam negotiorum se contingentium causa Oratores ad eum miserunt. His ille diem statuit, qua responsum acciperent: sed antea quadam die profanis indutus vestibus primo mane conscenso equo discessit duos inter pedestres comites. Ii, qui per Patriarcham Aquilejensem, aut per Venetos in insidiis collocati erant, illum pro mercatore, aliove laico habitum libere prætervehi sinebant, quod se ob unicum hominem equestrem in apertum conjicere nollent. Sed paulo post exiit ex urbe Paulus Gregorii Camerarius, & arcanus Judex in amictu rubro quasi magnus quidam Præsul, & inter armatos quam plurimos a Rege Ladislao missos. Sequebantur illum etiam mulæ, aliaque jumenta multa Gregorii sarcinas dorso portantia.

c. 49.

Insi-

Insidiatores Paulum esse Gregorium ipsum rati incitatis equis approperant: comites illius cunctos, ipsaque jumenta capiunt: Paulum non esse Papam, quantumvis ei similem vident: ubinam Gregorius agat, quærunt: solum equestrem duos inter pedites præteriisse audiunt: effusissimis eum habenis insequuntur usque ad locum Goritiæ Comiti subjectum: ibi comperiunt, illum conscensa statim navicula secundo flumine vectum in mare, triremibus se commisisse. Sæcul. XV. A. C. 1409.

Igitur pudore suffusi redibant ad socios, quibuscum repertos captivos Utinum ducebant. Sed in contemptum Gregorii Confessarium ejus Paulum rubra exutum veste supra thoracem fustuariis contundebant: & cum quidam obstaculum sensisset aliquod, illi detractum in thoracem insutos videbat quingentos florenos aureos quos cum sociis gaudentibus partiebatur. Alius veste indutus rubra, cum per Utinum equitaret, identidem ducta in crucis formam dextera Papam populo bene precantem simulabat.

Reliqui de comitatu Gregorii non audebant exire Austria, ubi remanserant. At sub medium Octobrem per conductum a se præsidium quingentorum de vicina equitum Germanorum ex illa urbe deducti sunt. Erat inter eos quidam ex Ordine Minorum Petrus Vasco, qui confiden- *Th. Niem. c. 50.*

Sæcul. XV. A. C. 1409.

ter prædicebat, Gregorium ſolum manſurum Papam; & publice contendebat, Papam non poſſe ſuam relinquere ſedem ſine ſalutis æternæ damno; editisque juramentis Gregorium non teneri. Sic Papæ iſti blandiebatur convictor ſuus. Gregorius conſcenſa triremi delatus in Aprutium, Cajetæ ſub tutela Regis Ladislai hærebat. Curia illius erat infrequens: ad eam parum pecuniæ afferebant, qui gratias poſtulabant: & partes illum ſuæ Regis metu potius, quam ſponte venerabantur.

§. XL.

Alexander V potitur Roma.

Papa Alexander adhuc Piſis agebat; cum illud advenit Rex Siciliæ Ludovicus II ex Andegavenſi proſapia, magno honore acceptus a Papa, & Cardinalibus, præſertim Gallis. Junxit ſe illi Balthaſar Coſſa Cardinalis Diaconus de S. Euſtachio tum pontificius apud Bononienſes Legatus: ac Eccleſiæ copiæ una cum regiis ſub medium Septembrem tranſiere in Hetruriam, & S. Petri patrimonium; ubi cunctæ urbes, arcesque ad Eccleſiam pertinentes Alexandro ſe ſubmittebant. Rex Ludovicus, & Cardinalis Legatus Romam usque progreſſi caſtellum S. Angeli obtinuerunt per Paulum Urſinum,

§. 52.

sinum, multasque arces alias rebellibus ademerunt. Sub finem Octobris Papa Pisis funesto morbo fœdari cœptis Pistorium, dein Bononiam venit. Sæcul. XV. A. C. 1409.

§. XLI.

Imbecillum Alexandri regimen.

Cardinalis Balthasaris Cossæ consilia, vel potius imperia omnino sequebatur Alexander. Per sui pontificatus curriculum emendabat nihil; placere omnibus studebat; & vix aliquid cuicunque petenti denegare poterat. Ita, ex quo Papa fuit, ampliſſima curiæ suæ munera depressit, ac sine necessitate ulla multiplicavit, postulantium importunitati cedens. In beneficiis conferendis prodigus nec differentiam hominum, nec formulas ordinarias, cum gratias concederet, respiciebat, rerum agendarum usu carens. Et vero Theologum, ac Oratorem sacrum, non Jurisperitum fuisse illum cernimus. c. 51.

Causidicorum actiones in senatu publico alii Papæ sæpenumero auscultaverant; ipse rariſſime audiebat. Interdum libellis supplicibus sibi traditis alios subscribere nomen jubebat suum; & supplicationum suo chirographo munitarum indices in addictos sibi Clericos per se ipsum distribuebat: cum illos Pro-Cancellarius inter litterarum Apostolicarum

Abbre-

Sæcul. XV. A.C. 1409.

Abbreviatores, ut vocantur, pro horum dexteritate, ac fide dispensare deberet. Illi autem Clerici Papæ gratia florentes neutiquam erant exercitati his in negotiis, quæ ipsis, ut ditarentur, committebat. Hinc multæ corruptiones veritatis, & fraudes ortæ intra breve tempus, quod tenuit Alexandri pontificatus. Sed qui hæc facta refert, Theodoricus Niemius, cum Romani tabularii ministrum egerit, nonnihil suspectus est de studio sui commodi.

c. 53. Ut idem memorat, Alexander vix electus, ac nondum coronatus varias, magnasque dignitates ecclesiasticas dispensavit, cunctisque Cardinalium domesticis, qui eis in conclavi servierant, beneficia, & gratias contulit tantas, & tam insolitas, ut nihil unquam simile auditum fuerit. Atque in albo pro his domesticis confecto, cui chirographum subjecit suum, declaravit se id egisse propterea, quod in conclavi Cardinalibus singulis spopondisset hoc se facturum, si fieret Papa. Ut possiderentur simul beneficia insociabilia, laxabat leges obstupescentibus curiæ suæ Ministris peritissimis. Titulos ecclesiasticos nihil pendere videbatur.

c. 51. Fratres Minores, e quorum numero evocatus fuerat, singulari favore prosequens, iis, quibuscum maximam familiaritatem junxerat, assignabat curiæ suæ mu-

munera quæstuosa, quæ plerumque ob- Sæcul. XV.
ibant viri profani habiles, ac experientes. A. C. 1409.
Etiam vacuos episcopatus plerosque Or-
dinis sui fratribus tradere conabatur. De-
nique 12 Octobris adhuc Pisis commorans *Duboulai*
edebat litteras, quibus renovabat Reli- *to. 3. p. 196.*
giosorum Mendicantium privilegia, quæ
Parochis fraudi erant. Vehementes in-
de motus Parisina in Universitate orti per
vernum jejunium sequentis anni.

Haud multo post Regem Ladislaum *Rayn. 1409.*
pervulgatis litteris perlongis arguebat, *n. 85.*
quod tuendo Gregorium, nec ad Pisanum
concilium veniendo, vel regni sui Episco-
pos mittendo schisma foverit; Romam,
Beneventum, Perusiam, pluraque loca
Ecclesiæ subjecta invaserit; Pisanis bel-
lum intulerit; & concilium dissipare stu-
duerit. Addebat alia crimina: & in fi-
ne illum per duos Cardinales ad tribunal
suum citari volebat. Dabat Pisis 1 No-
vembris; quo fructu, facile conjicias.

§. XLII.

Errores Joannis Hussii.

Interim Alexander comperit errorum *J. Cochl.*
Wicleffi progressus in Bohemia: quæ *hist. l. 1. p. 12.*
res altius est repetenda. Priore anno
1408 Pragensis Universitas solemniter
adiit nationis Bohemicæ domum, quæ
vocabatur Rosa Nigra: & Joannes Hus-
sius

Sæcul. XV. A. C. 1409.

sius præcipuos inter Doctores aderat. Ibi communi consensu fiebat sanctio hujusmodi: Nemo non sciat, præsentes hic Doctores cunctos uno animo rejeciſſe Wicleffi dogmata quadraginta quinque in sensibus hæreticis, errantibus, aut afferentibus offensionem, & interdixiſſe subjectis sibi omnibus, cujuscunque sint nationis, nequis tantam sibi confidentiam sumeret, ut ut illa palam, vel privatim defenderet, aut doceret, alioquin, ex albo nationis suæ delendus. Erat hæc maxima pœnarum, quas tum poterant imponere. Vetuerunt etiam, nequis Doctoribus inferior Wicleffi libros præsertim de Eucharistia, Dialogumve, aut *Trialogum* legeret.

Joannes Huſſius Universitatis Pragensis sententiæ refragari publice quidem non ausus, in clandestinis tamen colloquiis multorum animos Wicleffi erroribus inficere haud omittebat. Sed Germanos obstare suo consilio videns multo hinc acrius exardente odio in eos jam antea concepto Bohemis fuit author poscendi a Rege Wenceslao, ut scholis ipsos præficeret excluſis Germanis. Qui relicta idcirco Praga Universitatem Lipsiæ instituerunt sub istum annum 1409.

Sup. lib. 99. §. 47. Cochl. c. 16.

Præter sermones, quibus populum ad se allectabat Huſſius, etiam Optimatum gratiam sibi conciliabat per Wicleffi libros, in linguam vulgarem, nempe Sclavoni-

vonicam a se translatos. Clericos quoque sibi adjungebat. Quidam eorum alieno ære obruti, aut criminibus cooperti, ac ne in judicium vocarentur, veriti sperabant doctrinæ novæ amplexum sibi saluti fore: alii eruditione, moribusque probis conspicui molestissime ferebant beneficiis pinguibus ornari Nobiles scientia sibi multo inferiores. Per indignationem, ac invidiam deducti de priore sua sententia, qua Wicleffum condemnarant, ab Ecclesia Catholica ad Joannem Hussium desciscebant; nec tantum in Sacerdotes indoctos, vitiososque, verum etiam in omnem Clerum generatim declamabant, ne Summo quidem Pontifici parcentes. Sæcul. XV. A. C. 1409.

Hussio lectissimi concionatores erant Hieronymus Pragensis, & Jacobellus Misnianus, qui populum a Sacerdotibus, & Monachis alienabant. Hussius in sermonibus suis sæpe Wicleffi libros extollebat, nihil hos, nisi vera continere affirmans. Et vellem, addebat, post mortem adire locum, in quem ejus anima venit. Multi Hussium Doctores salutaribus monitis in viam reducere frustra conabantur.

Pragensis Archiepiscopus Svinco cognomine Lepus ex nobilissima ortus familia hærebat in suo castro Raudnicensi. Sed motus per Wicleffi dogmata in sua diœcesi concitatos audiens, ut erat vir fortis & impavidus, congregavit Doctores

Sæcul. XV. A. C. 1409.

res tanquam Legatus Supremæ Sedis, afferrique ad se jussos, & a Doctoribus perlustratos Wicleffi libros ducentis plures de illorum sententia comburi cunctos voluit. Erant optime scripti, ac pro temporis more lignis compacti, sed pretiosis contecti pannis, auroque compti. At non omnes ii, qui tenebant Wicleffi opera, ad Archiepiscopum ea deferebant, ut imperaverat.

Vindictam spirans Hussius cantiunculas ad irrisionem Archiepiscopi vulgari lingua componi, ac per profanos suarum partium homines cantari palam curabat. Turbas illæ faciebant tantas, ut Rex Wenceslaus edicto publico, ne canerentur, interdiceret proposita pœna capitis, & proscriptionis bonorum omnium. At Hussius alio effecit modo, ut populus Clerum haberet ludibrio, & in contemptum adduceret. Colloquia instituit publica, ubi nemini non liceret differere de religione. Itaque pelliones, sartoresque, ac sutores, & alii opifices concionibus, ac lectione divini codicis in vulgari sermone instructi cum Sacerdotibus disputabant. Quin etiam fœminæ se immiscebant his controversiis, ac libros contexebant.

p. 19. Tum ad Romanam curiam delato nomine suo citatus Hussius cum non paruisset, Alexander Archiepiscopo Svinconi

Rayn. n. 88. scripsit, ut quocunque demum gradu, vel privi-

privilegio gaudentes alibi, quam in templis, aut cœmeteriis de divinis rebus verba facere, ac Wicleffi dogmata seu palam, seu secreto tradere vetaret; hac in re quatuor Theologiæ, ac duorum Juris pontificii Doctorum consilia sequeretur; denique obedire, ac errores hos ejurare renuentes tractaret ut hæreticos, & carceri mandaret. Dabat Pistorii 20 Decembris anno 1409. Sæcul. XV. A. C. 1410.

§. XLIII.

Alexander impellitur, ut Romam eat.

Cum Romam a potestate Regis Ladislai liberam Alexander postremo hujus anni die comperisset; tota ei Curia suadebat sua, ut sedem illic poneret: ac Romani hoc cupiebant. At opponens se Cardinalis Balthasar, cujus consiliis ille omnino regebatur, eum induxit, ut Pistorio Bononiam iret: cui Balthasar ut Legatus præerat. Ibi Alexander perlongas edidit litteras, in quibus historiam schismatis fusissime narrans excurrit speciatim in agendi modum, malasque artes Gregorii, ac Benedicti, qui ad Pisanum vocati concilium, cum neutiquam se stitissent, damnati contumaciæ, ac schismatici fuerint declarati. Hanc sententiam, & omnia Concilii Pisani acta confirmat. Dabat pridie Calendas Februarii anno 1410, *Rayn.* 1410. *n.* 5. *n.* 7. *n.* 14. 15.

Sæcul. XV. A.C.1410.

& promulgabat iterum die Cœnæ Dominicæ sacro 22 Martii.

Missi a Romanis Oratores urbis claves, sigilla, vexillumque populi, & litteras plenæ submissionis testes Alexandro Bononiæ palam porrigebant in conspectu magnæ multitudinis gaudio triumphantis. Magnifice acceptis Papa tradidit responsum 15 Martii scriptum in hanc sententiam: Nihil optatius nobis, suaviusque dari potuit, quam notitia vestræ urbis fraudibus Angeli Corrarii feliciter expeditæ. Igitur nos habendi vobiscum, solemnissimamque indulgentiam consequendi desiderium, quod vos tenet, respicientes, eam vobis per has litteras indicimus in annum 1413. In absentia sua Petrum Cardinalem Presbyterum de S. Praxede (dicebatur Cardinalis Hispanus) Romæ gubernacula tractare voluit.

Rayn. n. 16.

Pluribus in epistolis, quas ad Wenceslaum Bohemiæ Regem scripsit, semper eum vocabat Regem Romanorum, quasi non detractum de fastigio: & tamen nihil moverat contra Rupertum tunc Germaniæ possessorem. Qui ægerrime id ferens Alexandri partes inibi magnopere turbavit, apud Principes Imperii de illo palam conquestus. Eodem tempore Alexander Joanni Nassovio Archiepiscopo Moguntino Legati Nati munus per ipsius provinciam cum juribus inusi-

Th. Niem. l. 3. Schism. c. 53.

tatis

tatis contulit: sed & aliis quibusdam Germaniæ Præsulibus nimiam potestatem dedit: quæ fraudi erat habentibus promissa dignitatum, quæ primæ vacarent. Denique in permittendis conjugiis interdum præter morem adeo laxavit leges, ut multi fremerent. Sæcul. XV. A. C. 1410.

§. XLIV.

Alexander moritur.

Hærebat continenter Bononiæ, ubi morbo correptus accitos Cardinales eleganti sermone Latino ad pacem, concordiam, & dignitatem Ecclesiæ conservandam exhortabatur; adjungens, se non firmius credere, sibi mortem imminere, quam omnia Pisani Concilii decreta facta esse bona fide ac secundum regulas. Triduo post obiit die sabbati 3 Maji anno 1410, atque in Bononiensi Fratrum Minorum templo sepultus est. Sedem supremam decem duntaxat mensibus, & octo diebus tenuit. *Platina in Alex.*

§. XLV.

Joannes XXIII Papa.

Sacrum Collegium tum temporis conficiebant viginti tres Cardinales, nempe sex Episcopi, Guido Malesecus Antistes Prænestinus, vocatus Cardinalis Pi- *Rayn. n. 17.*

Sæcul. XV. A.C. 1410.

ctavienſis; Henricus Minutulus Præſul Sabinenſis, dictus Cardinalis Neapolitanus; Nicolaus Meſſanenſis Albani Epiſcopus; Joannes Brognerius Oſtienſis Antiſtes Cardinalis Vivarinus; Antonius Portuenſis Præſul Cardinalis Aquilejenſis; Petrus Tuſculanus Epiſcopus Cardinalis Anicienſis; novem Cardinales Presbyteri, nimirum Petrus Turcius de S. Suſanna; Angelus Laudenſis de S. Potentiana; Petrus Hiſpanus de S. Praxede; Conradus Caracciolus Neapolitanus de S. Chryſogono, Patriarcha Gradinus, Cardinalis Melitenſis; Franciſcus Ungucio de Quatuor Coronatis Burdigalenſis Archiepiſcopus; Jordanus Urſinus de S. Laurentio *in Damaſo;* Joannes Melioratus de S. Cruce *in Jeruſalem* Archiepiſcopus Ravennenſis; Antonius Calvus de S. Marco; Ludovicus Barianus de Duodecim Apoſtolis; denique octo Cardinales Diaconi, ſcilicet Amadeus Salutinus de templo S. Mariæ Novo; Balthaſar Coſſa de S. Euſtachio; Raynaldus Brancacius de S. Vito; Ludovicus Fieſcus de S. Adriano; Landulfus Barianus de S. Nicolao; Odo Columnius de S. Georgio *ad Velum Aureum;* Petrus Stefaneſcus de S. Angelo; & Antonius Challandinus de S. Maria *in via lata.*

Onuphr. p. 260. Septem aberant: ac ſexdecim Bononiæ præſentes conclave intrarunt poſt noven-

novendiales exequias Papæ Alexandri, scilicet inclinante in vesperam die Mercurii 14 Maji anno 1410. Cardinalis Balthasar Cossa ad pontificatum se neutiquam aspirare simulans Collegas stimulabat ad eligendum Cardinalem Melitensem Conradum Caracciolum Neapolitanum, atque ita popularem suum. Is erat vir probis moribus, sed tardo admodum ingenio, & litteris aspersus potius, quam tinctus. Rex autem Siciliæ Ludovicus II Andegavensis magnam tum classem, qua Ladislaum invaderet, in mari Ligustico habebat; & Alexandri mortem edoctus per Legatum Bononiam missum conclave nondum ingressis Cardinalibus, præsertim Gallis Balthasarem Cossam in suffragia commendavit hunc suo molimini præsto futurum sperans. Et vero istum cooptarunt tertio post conclavis ingressum die decimo sexto Calendas Junias.

Sæcul. XV. A. C. 1410.

Th. Niem. Vita Joan.

Joannes XXIII nuncupari voluit: & quod Diaconus tantum esset, per Cardinalem Vivarinum Ostiensem Episcopum sequente sabbato Sacerdos, postera die Dominica 25 Maji Episcopus consecratus, post sacrificium per Cardinalem Diaconum Rainaldum Brancasium Neapolitanum ante portam templi coronatus solemnem per Bononiæ plateas equitationem ad pompam instituit.

Sæcul. XV.
A. C. 1410.

§. XLVI.

Joannis XXIII initia.

Th. Niem. Vit. Joan. XXIII. l. 1. Balthasar Cossa nobili genere Neapoli ortus ut adolescens, etsi jam Clericus cum fratribus suis piraticam fecit ex occasione belli Ladislaum inter ac Ludovicum Andegavensem. Ita consuevit vigilare noctu, dormire interdiu, pergebatque id facere per omnem vitam suam. Tum Bononiam litterarum causa delatus hoc sub obtentu multis ibidem annis traductis, quanquam non admodum eruditus Juris tamen lauream accepit, quin etiam a Bonifacio IX, qui de ipso inaudierat, vacuum archidiaconatum Bononiensem, munus profecto amplissimum, quippe connexum cum præfectura Universitatis, & cum jurisdictione in hujus discipulos.

Per ambitionem brevi profectus Romam, ac ejusdem Papæ Camerarius secretior factus gratiam, qua florebat, in rem suam cœpit vertere plus pecuniæ sibi offerentibus impetrando beneficia. Multas quoque noxarum condonationes vendidit in Germania, & pro regionibus ad septem triones sitis. Cum a Bonifacio anno 1402 creatus esset Cardinalis Diaconus de S. Eustachio, id ei magna vi argenti constitisse rumor erat in Romana curia. Anno proximo idem Papa Bononien-

Rayn. 1403. n. 9.

nonienſem illi legationem commiſit, ut tum hominem a concubina Catharina nomine, quam is Romæ fovebat, abſtraheret, iſtamque fœminam, & maritum ejus Neapolim remitteret; tum Bononiam Supremæ iterum Sedi ſubjiceret. Sæcul. XV. A. C. 1410.

Nam hæc urbs parebat liberis Pro-Comitis Joannis Galeatii, qui diu oppugnatam ceperat: & Bonifacius tam ærario, quod molitioni ſufficeret, quam viro ad eam perficiendam idoneo carebat: ſed neutrum ſibi defore cenſuit, ſi operam, fortunasque ipſi ſuas devoveret Balthaſar. Qui ſuſcepta legatione Roma Bononiam cum exercitu profectus, obſeſſam expugnavit. Perbene dein ſciebat factos compenſare ſumptus, & magnas inſuper opes conflare nova ſubſidia, & aurum mutuum ſeveriſſime exigendo. Imperabat enim inſtar Tyranni potius, quam Legati Eccleſiæ.

Bonifacii IX extincti ſucceſſorem Innocentium VII Bononienſes in urbem ſuam attrahere ſtuduerunt, ac ſe liberare jugo Balthaſaris: qui re comperta conſilii authores duriter mulctavit bonis, ſeque Innocentio ſemper oppoſuit; quem parvi pendebat. Nec melius ille convenit cum Gregorio XII, a quo diffidebat ob epiſcopatum Bononiæ. Nam hunc is anno 1407 contulit nepoti ſuo Antonio Corrario: qui vero nunquam iſtum poſſedit: *Ughel. to. 2. p. 36.*

Sæcul. XV. A. C 1410.

quia Balthasar percipiebat hujus Ecclesiæ reditus, quos ad conservandam Supremæ Sedi urbem sibi opus esse perhibebat. Animi eum sui alienatio a Gregorio permovit, ut Pisano faveret concilio. Ipse fuit, qui cum Florentinis egit, ut hoc in urbe sibi obnoxia celebrari sinerent: quin etiam pecuniis suis adjuvit Cardinales, qui idem convocarunt.

Proponebatur inibi Balthasaris in Papam electio: at causabatur sibi videri cooptandum tum quidem potius Petrum Cretensem, probe instructum litteris, ætate provectum, optima florentem fama, denique Græcum sine cognatis Ecclesiæ Romanæ futuris oneri. Ceterum spondebat se illi fore ducem in gerendis rebus profanis, & pro suis viribus adjutorem ad recuperandam Romam, ac Hetruscum S. Petri Patrimonium. Erat vir magnus profanis in negotiis, sed in sacris nullus. Itaque loquitur Leonardus Aretinus, qui ei a secretis fuit, & jam Innocentio VII, atque Gregorio XII servierat.

Ital. hist. p. 237.

Joannes XXIII ipso, quo coronatus est, die sui pontificatus indices litteras exarari voluit ad omnes Episcopos circummittendas. Relata ibi summatim historia schismatis scrupulos tollendi gratia confirmat collationes beneficiorum, & abrogat censuras ab utraque parte pronun-

Rayn. 1410. n. 21.

nunciatas. Per alias deinde litteras 21 Julii ſcriptas approbat ſententias a Concilio Piſano, & Alexandro V latas in Gregorium, Benedictum, horumque fautores. Sæcul. XV. A. C. 1410. n. 23.

§. XLVII.

Ruperti mors. Sigismundus Imperator.

Duodecimo Calendas Junias Imperator Rupertus Oppenhemii vitæ curſum confecit anno decimo ſui regiminis. Quod edoctus Papa Joannes ad Electores miſit Nuncios cum litteris, quibus illos magnopere hortabatur, & orabat, ut in Romanorum Regem eligerent Sigismundum Luxemburgium, tunc Regem Hungariæ, Imperatoris Caroli IV filium; ac Wenceslai fratrem. Reapſe hunc illi Francofordiæ poſt conſultationem ſedulam cooptarunt, poſtquam Virum digniorem haud invenerant. *Trith.* 1410.

Nam is erat Princeps prudentiſſimus, conſtans, magnanimus, pius, liberalis, præſtans corporis ſpecie ad majeſtatem appoſita, lectione crebra eruditus, & multas callens linguas: ſæpe pugnaverat cum Turcis, ac ex horum Ducibus triginta duos ceperat. Vigeſima Septembris fuit, qua eum eligebant Archiepiſcopus Trevirenſis, Comes Palatinus, & Marchio Brandeburgius: deliberabant *Gobel.* pag. 289.

Sæcul. XV. A.C. 1411

adhuc Archiepiscopi Moguntinus, & Colonienſis, ac poſtea Jodocum Moraviæ Marchionem cooptarunt: ſed grandis natu 20 Martii anno ſequente obiit. Tum Electores cuncti agnoſcebant Sigismundum: qui regnavit annos viginti ſeptem.

§. XLVIII.

Papæ Joannis Cardinales novi.

Die ſabbati intra octavam Pentecoſtes ſexta Junii anno 1411 Papa Joannes quatuordecim Viros genere inſignes alios, alios doctrina nobiles creavit Cardinales, ut ſe muniret contra Regem Ladislaum Gregorii defenſorem, cæterosque ſchismaticos. Primus illorum erat Franciſcus Landus Nobilis Venetus, ac Juris Doctor ex Epiſcopo Concordiæ Patriarcha Gradinus, poſtea Conſtantinopolitanus, Cardinalis Presbyter de S. Cruce *in Jeruſalem.* Secundus, Antonius Pancerinus ex Forojulienſi agro Aquilejenſis Patriarcha, Gregorii partibus, quas aliquamdiu ſecutus erat, ob malam ejus fidem in concordiæ negotio defertis, bello de ſede pulſus ſua; ſed per Papam Joannem Antonio Pontino, quem Gregorius ſubrogaverat, amoto reſtitutus, modo Cardinalis Presbyter de S. Suſanna.

Th. Niem. Vitæ c. 23.

Onuph. p. 281.

Ughell. to. 5. p. 132.

Tertius, Alemannus Adimarus Florentiæ inter Nobiles, Doctoresque Juris, &

& Canonicos cathedralis templi conſpicuus, Romanæ Curiæ Archigrammateus dein Tarenti, poſtea Piſarum Archiepiſcopus eo tempore, quo concilium ibi habebatur. Nuncium agebat in Gallia, cum nominatus eſt Cardinalis Presbyter de S. Euſebio. Quartus, Joannes natione Luſitanus ex Conimbricenſi Epiſcopo Ulyſſiponenſis Archiepiſcopus, unus de præcipuis Regis Luſitaniæ Adminiſtris, & ob illius commendationem decretus Cardinalis Presbyter de Petro *ad Vincula*. Sæcul. XV. A. C. 1411.

Quintus, celeber Petrus Aillius Pariſinus Doctor, & Cameracenſis Epiſcopus, cujus mentio jam facta, etſi non ageret Romæ, deſignatus Cardinalis Presbyter de S. Chryſogono. Sextus, Georgius Lichtenſteinius Epiſcopus Tridentinus, Cardinalis Presbyter, ſed ſine titulo templi, quia nunquam adiit Romam, brevique obiit. Septimus, Thomas Brancaſius Neapolitanus, Papæ nepos, Tricarcinus in Lucania Epiſcopus, Cardinalis Presbyter de SS. Joanne, ac Paulo, ſed bellicoſus, & diſſolutus. Octavus, Branda Caſtillonus Nobilis Mediolanenſis, Juris Doctor & Profeſſor in Univerſitate Ticinenſi, ſub Bonifacio IX *Auditor Rotæ*, per Gregorium XII Placentinus Epiſcopus, modo Cardinalis Presbyter de S. Clemente.

Nonus,

Sæcul. XV. A. C. 1411.

Nonus, ac decimus, duo Episcopi Angliæ, Thomas Langlejus Episcopus Dunelmensis, ac regni Cancellarius, & Robertus Halamus Sarviodunensis Episcopus, sed ambo sine titulo templi ob suam absentiam. Undecimus, Ægidius Campius Rothomagensis, inclytus Theologiæ Doctor Parisinus, schismatis extinguendi, ut dictum est, studiosissimus, Episcopus Cosedianus, Cardinalis Presbyter, sed sine titulo templi, quia non venit Romam, ac brevi vitam posuit anno 1413.

Duodecimus, Lucius Contius Nobilis Romanus Archigrammateus Apostolicus, Cardinalis Diaconus de S. Maria *in Cormedin.* Decimus tertius, Franciscus Zabarella Patavinus, Juris Professor suo tempore clarissimus, per Papam Joannem ab anno priore Episcopus Florentinus, modo Cardinalis Diaconus de SS. Cosma & Damiano. Frequens in posterum sermo de illo erit. Ultimus, Guilielmus Filastrus Gallus e Cenomania, Juris Canonici Doctor, ac Remensis Ecclesiæ Decanus, in Parisino conventu anno 1406 illustrem adeptus fama, Cardinalis Diaconus, & paulo post Presbyter de S. Marco.

Ughell. to. 3. p. 215.

Sup. l. 99. §. 56.

§. XLIX.

Tumultus Pragenſis.

Interim Gregorius hærebat Cajetæ sub præ-

præsidio Regis Ladislai, nec lassabatur in mittendis Legatis, & litteris, censurisque inutilibus irrogandis Papæ Joanni: qui paribus mulctabat Gregorium, quin etiam Ladislaum, in quem classicum sacrum cani voluit. Sæcul XV. A C. 1412.

Rayn. 1411. *n.* 1. 5. 1412. *n.* 1.

Igitur Hussitæ in Bohemia declamabant contra Joannem, qui Christianos impelleret, ut fidei sociorum sanguine manus imbuerent. Cum in Pragensi templo promulgarentur illius litteræ de bello sacro, opifices de plebecula clamabant Papam Joannem esse Antichristum: urbis Senatus eos addixit carceribus: at populus accinctus armis poposcit, ut hinc emitterentur omnes. Senatus rebelles alloquens ita pacabat, ut suam quisque domum repeterent, vitam captivorum salvam rati. Interim clam necabantur. Sed horum cruorem extra curiæ portam fluere videns populus eo accurrit, ablataque corpora aureis involuta pannis in omnia urbis templa circumtulit, Sacerdotibus suæ sectæ clamantibus: En Sancti, qui pro lege Dei vitam dedere suam. Tum peruncta balsamo cadavera quasi sacras reliquias posuere in sanctuario templi Bethlehem.

Æn. Silv. hist. Boh. c. 85.

§. L.

Papæ Joannis pactum cum Ladislao.

Joannes Ladislaum e regno Neapolitano pel-

Sæcul. XV. A. C. 1412.

pellendi causa se Regi Ludovico Andegavensi junxerat: eorumque copiæ victoriam initio aliquam reportarunt. Quam cum non persequerentur, Papa Ladislaum magis magisque firmari etiam in Æmilia, & reliquis Ecclesiæ terris videns, eum pretio delinire statuit; & hoc fine centies mille florenos aureos per Florentinum quendam ei misisse dicebatur. Decimo quinto Junii anno 1412 transactum est his maxime conditionibus, ut Ladislaus utramque teneret Siciliam, & Gregorium destitueret. Itaque Rex Papæ Joanni tradidit hujusmodi declarationem:

Th. Niem. Vitæ Joan. c. 22.

c. 24.

Rayn. 1412. n. 3.

Rayn. 1412 n. 2.

Dubitantes aliquamdiu, an recte ad pontificatum evectus fueris, ac rei veritatem modis omnibus indagantes demum æquitatem causæ tuæ cognoscere nos voluit Deus. Cæteros quoque Catholicos Reges, Principes, ac Respublicas tibi morem gerentes consideravimus. Idcirco per has litteras tibi denunciamus, nos tui electionem e Canonum præscripto factam firmiter modo credere. Atque ut totus id sciat orbis, nostro, nobisque subjectorum omnium nomine Sanctitati tuæ inter manus Rainaldi Cardinalis Diaconi de S. Vito Legati tui obedientiam addiximus. Dabamus Neapoli 16 Octobris anno 1412.

§. LI.

§. LI.

Sæcul. XV.
A. C. 1412.

Altera Gregorii fuga.

Interea dum hæc secreto gerebantur, Ladislaus quodam die Cajetam delatus aperto capite pro more Gregorium salutabat. Qui pactionem clam edoctus palam ad illum, Chare Domine, inquiebat, cur meo cum adversario pactus es me inconsulto & insscio? Rex id pernegabat: sed postridie per suorum quendam Gregorio curavit dici, ut postrema Octobris cum suis abiret e Sicilia. Tum vero certus de pacto Papa probe videbat, quo in periculo ipse, omnisque Curia sua versaretur: quam ad se congregabat ignarus consilii. *Th. Niem. c. 23. Gobel. p. 289.*

His in angustiis sub finem Octobris erant; cum Cajetam advenere duæ Venetorum naves oneratæ mercibus Orientis altera, altera Occidentis. Cajetæ cives, quod Gregorium, & Curiam ejus amarent, Ladislai in illum duritia offensi has merces emebant, ut illas naves vacuas Papa, & hujus comites conducere possent: quod etiam fecere protinus. Iisdem in altum provecti post plurium dierum navigationem feliciter attingebant Marchiam Anconitanam: ubi sub præsidio Caroli Malatestii tuto exscendebant in terram: & Gregorius cum secutis se tribus Cardinalibus pridie Natalem Christi *Rayn. 1412. n. 4.*

Ari-

Sæcul. XV. A. C. 1413.

Ariminum ingreſſus ſedem ibi ſuam poſuit.

Gobel. pag. 289. 290.

Interim Papa Joannes volebat Romæ habere concilium generale, quod Alexander V in concilio Piſano juſſerat celebrari poſt triennium, nempe hoc anno 1412; cujus ſub finem reipſa cœptum eſt: at Epiſcopi tam pauci aderant, ut fere nihil ſit actum. Apoſtolicas duntaxat ibi litteras invenio 2 Febr. 1413 datas, quibus Wicleffi errores centum condemnabantur.

Conc. to. 11. p. 2323. Rayn. 1413. n. 1.

§. LII.

Continuatio turbarum Bohemiæ.

Svinconi Pragenſi Archiepiſcopo Poſonii in Hungaria mortuo ſuffectus eſt Albicus natione Bohemus, arte Medicus. Erat etiam Doctor Juris, ſed avariſſimus; creditur que Archiepiſcopus factus ſolum per favorem Regis Sigismundi, cui medicam præſtabat operam. Illius inhabilitatem ſuppleturus Papa Pragenſis Eccleſiæ Adminiſtratorem conſtituit Conradum Olomutinum Epiſcopum: qui a Theologis Pragenſis Univerſitatis petiit exemplar ſeu apographum conſilii Svinconi Archiepiſcopo dati de modis ſedandi turbas contra religionem.

Jo. Cochl. p. 29.

Id conſilium conſiſtebat in duodecim punctis, quorum ſumma hæc erat: Pragenſis Univerſitatis Doctores cuncti convenient

venient ad Archiepiscopum; & in præ- Sæcul. XV.
sentia ejus, aliorumque Præsulum jura- A. C. 1413.
bunt se defensuros nullam ex propositionibus quadraginta quinque condemnatis: erant Wicleffinæ. Jurabunt etiam, se de septem Sacramentis, de potestate clavium, de censuris ecclesiasticis, de reliquiis sacris, de noxarum condonationibus, & Ordinibus religiosis idem credere, quod credat Ecclesia Romana, cujus caput sit Papa. Jusjurandum idem dabunt Universitatis alumni omnes, alioquin devinciendi anathemate, ac pellendi regno. Episcopi easdem propositiones in sua quisque diœcesi denunciabunt, ut omnes Bohemiæ populi damnatas sciant. Nemo canet cantiunculas probrosas, & quæ offensioni forent. Joannes Hussius nullam habebit concionem, donec Romana Curia eum absolverit.

Episcopus Olomutinus id consilium Baronibus regni, ac Senatui Pragensi tradidit. Quo comperto Joannes Hussius una cum suis pariter ad modum consilii litteras confecit in hanc sententiam: Ob- p. 32.
servetur regii Consilii præscriptum inter Svinconem piæ memoriæ Archiepiscopum ex parte una, & inter Rectorem, Doctoresque, ac Magistrum Joannem Hussium ex altera parte. Hic se sistat conventui Cleri, ubi, quicunque velit, ei ob-

Sæcul. XV. A. C. 1413.

jicere hæresim, aut errorem posset sub pœna talionis, si neutrum demonstraverit. Si nemo agat adversarium, Rex curet, ut singulis in urbibus & parœciis promulgetur, Magistrum Hussium ad reddendam suæ fidei rationem paratum esse: præterea Rex præcipiat, ut quisquis Hussium erroris arguendum sibi existimet, in archiepiscopatus tabulario suum inscribat nomen, ut ambæ partes publice audiantur. Si nemo se offerat, ii, qui multos in Bohemia hæreticos dari Romanæ Curiæ significarunt, planum faciant, quinam sint isti hæretici: sin minus, puniantur. Theologiæ, ac Juris Pontificii Doctores, & Canonicorum Collegia interrogentur, an quenquam noverint hæreticum: si negent, id declarent per litteras authenticas. Tum Rex, & Archiepiscopus sub certis vetabunt pœnis, nequis sine ratione insimuletur hæreseos, aut erroris. Rex ad Romanam curiam Cleri sumptibus mittat Legatos, qui asperſas regno calumnias ibi diluant. Denique non respiciatur interdictum afficiens templa, ubi adesset Hussius. Hoc istius consilium scriptum est 6 Febr. anno 1413.

Olomutinus Episcopus id confestim misit ad Joannem Episcopum Littomesci urbis postea dirutæ per Hussitas, & cujus episco-

episcopatus suppressius fuit. Episcopus Joannes erat Vir gravis, magnoque rerum usu præditus, qui decimo ejusdem mensis respondit hunc in modum: Eligendus est Pragensis Universitatis Pro-Cancellarius, qui errata Doctorum, discipulorumque indaget, & corrigat. Joannes Hussius, cujus a sermonibus tota profluxit discordia, omnino a suggestu sacro, ac templo Bethelem arcendus. Papæ sententiæ contra illum ac socios ejus executioni dandæ. Condemnandi libri, quos in lingua vulgari edidere ad inficiendos suis erroribus laicos. Sæcul. XV. A. C. 1413. *J. Cochl. p. 34.*

Transtulere autem vulgarem in linguam, nempe Sclavonicam non modo codicem sacrum, verum etiam libros Wicleffi, præsertim illos, qui Papam, & Clerum impugnabant: & quidquid Hussius hac de materia dicebat, ejus sectatores pro mero habebant Evangelio. *p. 38.*

§. LIII.

Ladislaus Romam occupat.

Ineunte Majo Rex Ladislaus numeroso cum exercitu Romæ imminebat specie pacis ibi conservandæ interea, cum Papa Joannes Concilium adiret. Hic illum velle in urbem irrumpere suspicatus *Th. Niem. c. 35. S. Anton. tit. 2. c. 6.*

Sæcul. XV. A. C. 1413.

eam per suos, Romanosque pro viribus defendendam curabat. At isti Papam oderant ob graves ipsius exactiones: & multi colludebant cum Ladislao. Sic Roma tam male custodiebatur, ut Regis copiæ 8 Junii noctu eam intrarent per editam muri ruinam. Papa cum plerisque Cardinalibus primo mane properam capessens fugam Curiam sequentem habuit. Postquam in locis variis substiterat, Florentiam profectus ibi manebat usque ad initium Novembris. Hæc civitas tum sciissa erat magnas in factiones: altera Papæ, Ladislao altera favebat: itaque illi extra urbem quædam Episcopi domus, quam incoleret, assignata, Curia tamen ejus intro admissa fuit.

Leonard. Arez. p. 257.

§. LIV.

Constantia eligitur ad concilium.

Rex Ladislaus non tantum Romam, verum etiam cunctas urbes reliquas usque ad terras Senarum, ac Florentiæ occupaverat. Idcirco Papa Joannes resistendo viribus ejus impar se convertit ad Imperatorem Sigismundum: & postquam cum eo per epistolas egerat, duos eidem Cardinales misit ad constituendum locum, tempus, modumque congregandi concilii generalis. Hoc enim unicum Ecclesiæ

cleſiæ malis remedium reſtare probe cer- Sæcul. XV.
nebant Papa, & Imperator. Ille ſuam A. C. 1413.
mentem aperuerat Leonardo Aretino ſuo a ſecretis miniſtro, qui rem ita enarrat:

Omnia pendent, ajebat, a loco concilii: nec volo ibi eſſe, ubi fortior ſit Imperator. Igitur Legatis meis decentiæ cauſa poteſtatem dabo ampliſſimam, quam exhibere queant: ſed per mandatum ſecretum eam ad certa adſtringam loca. Hæc mihi enumerabat. Multis diebus hoc in propoſito perſtiterat; cum advenit tempus mittendi Legatos. Tum remotis arbitris præter me omnibus diu cum Legatis loquens eos hortabatur, ut bene fungerentur officio ſuo, cujus momentum eis commonſtrabat, prudentiam ipſorum, fidemque laudans. Dein addebat: Statueram vobis nominare quædam loca, extra quæ nullum probaretis. Sed hoc puncto temporis muto conſilium, ac veſtræ ſapientiæ rem totam permitto. Concerpebat ſimul coram eis papyrum, in qua ſcripta erant loca; nec iisdem nominavit aliquem. Illi ad Sigismundum delati ſubjectam ei urbem Conſtantiam delegerunt: quod edoctum Papam incredibilis inceſſit dolor. Hæc Leonardus Aretinus.

Sæcul. XV.
A. C. 1413.

§. LV.

Lollardorum motus in Anglia.

Rex Angliæ Henricus IV 20 Martii anno 1413 deceſſit, poſtquam regnaverat annos tredecim ac dimidium. Succeſſit illi ſuus filius natu major Henricus V. Per id tempus Lollardi ſeu Wicleffiſtæ Londinenſium templorum portis affixere ſchedas, quibus denunciabant, ſe centies mille numero paratos eſſe ad inſurgendum in omnes alienos a ſecta ſua. Præerat illis Vir nobilis Joannes Oldcaſtelius Regi charus ob bellicam virtutem ſuam, ſed ſuſpectus ob ardens hæreſeos ſtudium. Cum Thomas Aruntinius Archiepiſcopus Cantuarienſis tunc Londini conventum Cleri feciſſet, Oldcaſtelius, ut compertum eſt, ſuæ ſectæ homines emiſerat, qui epiſcopis invitis, & contra interdictionem concilii provincialis conciones haberent, præſertim in dioeceſibus Londinenſi, Rutupina, & Herefordiana: interfuerat illorum ſermonibus: ac eos, qui ſe his opponere per minas vindictæ Magiſtratuum volebant, cohibuerat, inter errores alios contendens, nec Archiepiſcopo, nec Suffraganeis ejus fuiſſe poteſtatem edendi talem interdictionem.

Valſing. p. 574. Conc. to. 11. p. 2323.

Archiepiſcopus poſt expectationem longam, & Regis authoritatem incaſſum adhi-

adhibitam Oldcaſtelium in jus vocavit, ut 11 Septembris per ſe ipſum adeſſet. Tantum aberat, ut ſe ſiſteret, ut etiam ſe muniret in caſtro, quod incolebat. Contumacem proin, & anathemate devinctum declaravit Thomas, ac denuo citavit in vigeſimum tertium ejusdem menſis. Quo die cum Richardo Londini, ac Henrico Vintonii Epiſcopis in Londinenſi ad S. Paulum Senaculo ſeſſionem habens adduci ad ſe juſſit Oldcaſtelium captum paulo ante, ac in turrim Londinenſem miſſum. Sæcul. XV. A. C. 1413.

Exponebat ei, quomodo cum ipſo egiſſet, & abſolutionem ab anathemate humaniter offerebat. At eques eam poſcere recuſabat, adjungens, ſe libenter ipſi lecturum ſuam fidei profeſſionem. Simul depromptam e ſinu ſuo papyrum denticulatam legit, & tradidit Archiepiſcopo. Qui ad eum, Domine Joannes, inquiebat: charta hæc continet multa dogmata catholica. Sed hodie accitus huc es, ut reſpondeas de propoſitionibus aliis errorem, ac hæreſim redolentibus. Quæro, an ſacramentum altaris ſub ſpeciebus conſecrati panis manere, ac Sacramentum pœnitentiæ neceſſarium eſſe credas. Eques negabat ſe velle mentem ſuam explicare aliter, quam per chartam ſuam. Archiepiſcopus eum commiſe-

Sæcul. XV. A. C. 1413.

rans, Cave, ajebat, ne, si clare non respondeas, te declaremus hæreticum. At ille non dignabatur istum alio responso.

Tum Archiepiscopus affirmabat cuivis Catholico credenda esse, quæ Romana Ecclesia decidisset secundum authoritatem SS. Augustini, Hieronymi, cæterorumque Patrum. Joannes reponebat, se velle credere omnia, quæ sancta Ecclesia decidisset. Nolebat autem asserere, Papam, Cardinales, ac Episcopos habere potestatem faciendi tales decisiones. Itaque Archiepiscopus meliora sperans eum orabat, ut proximo die lunæ clara, plenaque responsa redderet.

Illo die, qui erat 25 Septembris, captivus iterum productus est ad Thomam Archiepiscopum Cantuariensem, Londinique, Vintonii, ac Benedictum Bangertii in Wallia Episcopos. Thomas illum rursus suaviter monebat, ut postularet absolutionem ab anathemate: sed Joannes asseverabat, se absolutionem non petiturum, nisi a solo Deo. Archiepiscopus primum quærebat de Sacramento Eucharistiæ. Oldcastelius respondebat: Quemadmodum Christus agens in terra habebat naturas Divinam, humanamque, sed Divinam invisibilem, ac tectam sub humana visibili: ita Sacramentum altaris est verum

rum corpus, verusque panis; quem cernimus: tametsi non videmus Christi corpus sub illo absconditum. Sæcul. XV. A. C. 1413.

Hujus Sacramenti fidem comprehensam scripto, quod Archiepiscopus ei miserat, liquido negabat, asserens hanc decisionem sacris litteris esse contrariam, factamque, postquam Ecclesia fuisset dotata, & infecta veneno. Volebat dicere, Ecclesiam fuisse corruptam post donationem Constantini, & adeptionem bonorum temporalium. Idem perhibebat de Sacramento pœnitentiæ, affirmans, hominem gravis peccati reum, a quo ipse non se posset erigere, acturum bene, si Sacerdotem prudentem, probumque consuleret; sed ad salutem non esse opus, ut illud suo Parocho, vel alii Sacerdoti confiteatur; solum animi dolorem de offensa Dei super omnia dilecti sufficere. Crucem vero neutiquam, sed Christi corpus, si ei affixum esset, adorandum dicebat.

De potestate clavium loquens Papam Antichristi caput, Episcopos ejus membra, Fratres Mendicantes ejusdem caudam esse ajebat; nec illos mereri obedientiam, nisi quatenus Christum, Sanctumque Petrum in moribus & vitæ ratione imitarentur. Tum extendens manus contenta voce ad præsentes alios, qui me judi-

Sæcul. XV. A. C. 1413.

cant, inquiebat, & qui damnare me volunt, vos cunctos, seque ipsos decipiunt: vos ducent ad inferos, nisi ab eis caveritis. Etiam tum conatus saniora homini persuadere Thomas Archiepiscopus tandem pronunciavit sententiam, & Joannem Oldcastelium declaravit hæreticum, Ecclesia extorrem, ac profano relictum foro.

Postea Regem cuncta edocuit, oravitque, ut quadraginta dierum spatium sonti daret, intra quod eum pœnitentiam subiret. Annuit Rex, ac Equitem in turrim Londinensem remisit. Sed antequam id tempus effluxit, elapsus e carcere, ac libertati redditus, nihil nisi vindictam cogitabat. Missis proin secreto litteris convocavit tam Nobiles, quam plebejos suarum partium: quæ res ineunte anno proximo apertam seditionem commovit.

§. LVI.

Joannes cognomine Parvus Parisiis condemnatur.

Monstrel. I. vol. c. 113. fol. 181. Sup. §. 6.

Parisiis sub finem anni 1413 Episcopus, & Inquisitor Fidei Doctores plurimos congregarunt, ut ferrent judicium de quibusdam propositionibus, quas Doctor Joannes Parvus anno 1409 fecerat, defendens Burgundiæ Ducem necati Aureliæ Ducis

Ducis reum. Nonnulli hoc conventu ter- Sæcul. XV.
riti Burgundiæ Ducis iram, & inimicitiam A. C. 1413.
metuebant. Doctores jussi sunt sententiam suam die Mercurii 20 Decembris dicere de septem assertionibus, quarum prima erat:

Quilibet tyrannus potest, ac debet perimi etiam ab homine subjecto sibi, & quovis modo, ex insidiis consulto structis, seu per dolum: estque actio bona, & cælo digna, cui nullum jusjurandum, cognatio nulla obstat, & quæ non differenda est ad sententiam, vel mandatum Judicis. Doctores responderunt: Hæc assertio tam generatim accepta pro ratione politica est error contra fidem, morumque bonorum doctrinam; tendit ad eversionem regnorum omnium, & ad perniciem Regum, ac Principum; munit viam perjuriis, proditionibus mutuis diffidentiis, multisque aliis malis. Sex reliquæ assertiones erant exempla sacro e codice deprompta, quorum accommodationem condemnarunt Doctores.

Sed suam sententiam non protulere *Labour. to.*
nisi 16 Januarii anno 1414: & 23 Februa- *2. p. 932. Mss.*
rii Parisinus Episcopus ac Inquisitor in magna exedra palatii episcopalis coram multis Præsulibus, Doctoribusque, ac ingente populi turba Joannis Parvi sermonem censura notatum in propylæo templi

Nostræ

Sæcul. XV. A. C. 1413.

Noſtræ Dominæ comburendum pronunciarunt: quod biduo poſt factum eſt: ac Doctor Benedictus Gentianus hunc ad actum concionem habuit.

§. LVII.

Congreſſus Laudenſis.

Leon. Arez. p. 158. Th. Niem. vit. l. 1. c. 37.

Prima hyeme Papa Joannes Florentia Bononiam, & paulo poſt Placentiam profectus ibi cœpit conferre conſilia cum Imperatore Sigismundo nuperrime delato in Italiam. Laudem poſtea venerunt, ubi fere menſis ſpatio hærebant. Inibi 9 Decembris anno 1413 Papa urgente Imperatore litteras concilium convocantes edidit, quorum ſumma hæc erat:

Tom. 12. Concil. p. 11.

Papa Alexander V Piſano concilio generali præſidens edixit, ut intra triennium rurſus fieret concilium generale, ubi ſtatuerentur ea, quæ agenda reſtarent ad emendandam Eccleſiam. Poſtquam illi ſucceſſimus, voluntati ejus facturi ſatis præſcripto tempore concilium Romam convocavimus. Sed cum adeſſet dies, Præſules, aliique, qui tali concilio intereſſe debebant, non venerunt tanto numero, quantum poſcere videbatur momentum, & gravitas negotiorum, quæ ibi tractanda erant. Itaque prorogavimus

concilii diem, necdum tamen locum ejus nominavimus. Tum dilectus filius noster Sigismundus electus Rex nos per litteras magnopere oravit, ut ne locum, ac tempus declararemus, antequam Legatos ad nos mitteret. Quibus Florentiæ auditis ad Regem legavimus Cardinales Antonium Presbyterum de S. Cæcilia, & Franciscum Diaconum de S. Cosma, cum Manuele Chrysolora Equite Græco: qui Rege consentiente Constantiam Moguntinæ provinciæ urbem in concilii locum, in tempus autem Calendas Novembres anni proximi elegerunt. Sæcul. XV. A.C. 1413. *Sup.* §. 54.

Deinde ipsi cum Rege congressi, postquam urbis Constantiæ amplitudinem, commoditatemque ac securitatem nobis affirmaverat, delectum ejus & Calendarum Novembris approbavimus; ut iterum per præsentes litteras confirmamus. Simul venerabiles fratres nostras Episcopos, ac dilectos filios nostros Abbates, cæterosque tum Ecclesiarum, tum cœnobiorum Præsides admonemus, ut concilio per se ipsos intersint. Hortamur etiam Reges, Principes, ac reliquos, qui ei adesse debent, aut esse utiles possunt, ut per se ipsos compareant, vel saltem Legatos mittant.

§. LVIII.

Sæcul. XV.
A. C. 1414.

§. LVIII.

Continuatio turbarum Angliæ.

In Anglia Wicleffiſtæ ſub Natalem Domini cœperunt in novum Regem Henricum V conſpirare duce Joanne Veterica-ſtrino: id enim ſonat vox *Oldcaſtel.* Die Mercurii poſt feſtum Regum decimo Januarii anno 1414 noctu venerunt magno numero in vicinum Londino pagum S. Ægidii, volebantque Weſtmonaſterium, S. Albani, S. Pauli, & cuncta Londini cœnobia diruere. At Rex id edoctus ſuos capere arma juſſerat, quibuscum eadem nocte ad locum, ubi rebelles erant, proceſſit: qui videntes ſe proditos fracti animis fugam arripuere: multique ſuſpenſi ſunt & combuſti.

Th. Vald. ep. ad Mart. V. Rayn. 1414. n. 15. Valſing. p. 385.

Paulo poſt per edictum publicum omnes Lollardi ſeu Wicleffiſtæ declarabantur in Deum, ac Regem perfidi; eorum bona addicta fiſco; ipſi ut rebelles ad furcas, ut hæretici ad rogos damnati: quod executioni datum in multis, nominatim in Oldcaſtelio: multi alii e regno migrarunt in exilium. Archiepiſcopus Cantuarienſis Thomas Aruntinius 22 Februarii hoc anno 1414 de vita exiit: ſucceſſitque illi Doctor Henricus Chichlæus Davidiſanenſis Epiſcopus. Elegerant eum Monachi

Godovin. p. 180.

chi Cantuarienſes: at Rex ſuffragia eorum approbare noluit, niſi Papa conſentiret. Qui hinc accepit anſam vendicandi ſibi plenam hujus Eccleſiæ collationem; poſtquam Monachorum electionem infirmaverat. Davidiſanenſis in Wallia Episcopatus traditus eſt Doctori Stephano Patringtono Carmelitæ Regis arcano Judici doctrinæ fama clariſſimo. Sæcul.XV. A.C.1414.

§. LIX.

Rex Ladislaus moritur.

Poſt Laudenſe colloquium Papa Joannes Placentiam, tum poſtremo Januarii anno 1414 Cremonam, inde Bononiam venit ſub initium verni jejunii, cujus prima dies hoc anno erat 22 Februarii. Interim Rex Neapolis Ladislaus continuos in Italia progreſſus faciens Papam, ut ex urbe Roma pepulerat, ita ex Bononiæ mœnibus extrudere ſtatuit: quo fine magnum exercitum ineunte Junio collegit. Quæ res pavore implevit Cardinales, totamque Papæ Curiam: at ipſe contrahebat copias, ac tueri ſe cogitabat. *Rayn. n.56. Th. Niem. vit. c.39.*

Sed cuncti ex terrore receperunt animos, cum audiiſſent, verſantem cum exercitu Ladislaum periculoſo correptum morbo ſecedere coactum eſſe. Reipſa Nea-

Sæcul. XV. A. C. 1414.

Neapolim reverſus ibi 6 Auguſti vitam edidit, cum annos viginti quatuor regnaſſet. Solium dein conſcendit ſoror ejus Joanna II quadraginta quatuor annos habens.

§. LX.

Papa Joannes urbem Conſtantiam adit.

Tum Papa Joannes Romam petere, ac reliquis cum terris Eccleſiæ recuperare voluit. Sed Cardinales fortiter obſiſtebant, ſi ſe illuc transferret, non inde rediturum ad agendum ex promiſſo Concilium, nec Eccleſiæ membra disjuncta conjunctum iterum, aut correctum iri prævidentes. Exponebant, ei præſenti curanda eſſe negotia ſacra, Legatis, ac Prætoribus permittenda profana. Tandem Conſtantiam proficiſci ſtatuit quanquam invito animo. Faciebat maximos apparatus veſtium, ſupellectilis pretioſæ, ac gemmeorum ornatuum, ut cum ſplendore compareret in concilio, ſuasque ibi opes monſtraret. Relicta Calendis Octobris Bononia Veronam, dein Tridentum venit.

Th. Niem. c. 40.

Tyrolim tranſiens ſubſiſtebat Meraniæ parva Curienſis dioeceſeos urbe, ubi reſidebat Fridericus Auſtriæ Dux, quem inviſit,

visit, de periculo, in quo versari se credebat, edoctum suppetias rogavit, easque pollicitum declaravit generalem suarum copiarum Ducem cum annua pensione sexies mille florenorum aureorum. Litteras hac de re publicas dabat 15 Oct. an. 1414. Denique Constantiam advenit die Dominica 28 ejusdem mensis. Intrabat eam sub umbella sublimis equo inter Cardinales novem cum comitatu sexcentorum hominum. Conventus tam frequens erat, ut interdum Constantiæ numerarentur triginta circiter equorum millia, e quibus conjici potest hominum multitudo.

Sæcul. XV. A.C. 1414.

Hart. to. 2. p. 146. to. 4. p. 7.

Leon. Aret. p. 258.

Per litteras convocationis inceptio concilii fuit indicta in primam Novembris, quæ hoc anno 1414 erat dies Jovis. At ob festum Sanctorum omnium, & ob memoriam Animarum flammas piaculares tolerantium Papa de consilio Cardinalium rem distulit in tertiam, postea in quintam ejusdem mensis. Interim die Veneris Constantiam attigerunt sex alii Cardinales Papæ Joannis.

Hart. to. 4. p. 10. 11.

Die lunæ 5 Nov. Papam cathedrale templum adeuntem comitabantur quindecim Cardinales, Archiepiscopi viginti tres, Episcopi viginti septem, & qui erat in urbe, Clerus omnis. Ibi hora septima matutina habebatur congregatio ad in-

p. 12. 13.

Sæcul. XV. A.C. 1414

ceptionem concilii, quæ fiebat per solemnem supplicationem. Hac finita Papa peragebat sacrum de Spiritu Sancto: & Cardinalis Florentinus Franciscus Zarabella conscenso pulpito Papæ, Concilii-que nomine sessionem indixit in diem Veneris 16 ejusdem mensis. Die sabbati 10 Novembris Roma venerunt litteræ Cardinalis Jacobi Isolani pontificii hac in urbe Legati referentis, ibi rerum summa potitum Petrum Matthenzium inde pulsum a se, ac profanam Papæ dominationem illuc restitutam esse. Qui nuncius ingenti gaudio Constantiæ fuit acceptus; Deoque gratiæ pro re tam fausta solemniter agebantur.

p. 14.

§. LXI.

Schisma Colonienſe.

Rayn. 1414. *n.* 12.

Interea Imperator Sigismundus Aquisgrani 8 Novembris in æde Dominæ Nostræ Canonicorum collegio clara consuetas inter ceremonias corona redimitus argentea mox rei notitiam Papæ Joanni dedit, se concilio quamprimum affore spondens. Hanc ei coronam impo-

Gall. Chri. to. 1. *p.* 266. *Gobel. c.* 93. *p.* 294.

suit Colonienſis Archiepiscopus Theodoricus Mursius successor Friderici Saverdii avunculi sui 6 Aprilis hoc anno mortui. Electio duplex fuit: pauci Canonici manen-

nentes Coloniæ postularunt Guilielmum Montensem jam electum Paderbornensem Episcopum: cæteri Bonnam profecti suum in Archiepiscopum ibi cooptarunt Theodoricum Mursium Bonnæ Præpositum, qui extincti avunculi sui thesaurum, ornatusque gemmeos, & quædam diœceseos castella occupaverat, quæ vendidit, aut oppignoravit. Sæcul. XV. A.C. 1414.

Ita congesta grandi pecunia ad Papam Joannem ornatissimos Oratores eximiis cum donis misit: & cum præterea per Imperatorem Sigismundum, ac Joannem Nassovium Moguntiæ Archiepiscopum commendaretur, reapse Papa Joannes illius electionem confirmavit. Ex parte altera pro Guilielmo Montensi apud Gregorium XII per Legatos dixit Montium Dux Adolphus frater suus, cui multi se Optimates cum adjungerent, res grave in bellum duos inter æmulos erupit. Paderbornenses Canonici civesque Guilielmum agnoscere suum Episcopum quinquennio recusantes Theodoricum, ad quem ab illo desciverant, 2 Octobris ad se delatum receperunt in Administratorem episcopatus. Demum tam potenti adversario imparem se videns Guilielmus juncta cum eo pace, remissoque ambabus Ecclesiis nuncio duxit neptem Theodo-

Sæcul. XV. A. C. 1414.

rici, qui sic permansit tranquillus possessor solii Colonienſis.

§. LXII.

Flagellantes hæretici.

Gobel. p. 295.

Hoc anno 1414 in Misniæ urbe Sangerhusio deprehensi sunt multi hæretici, qui se dicebant *Fratres Crucis*, ac perhibebant suam doctrinam esse haustam e scripto in Romanam S. Petri aram per Angelos delato sub annum 343: ita res hæc recidit in ætatem proximam a S. Silvestro. Ex illo tempore, ajebant, peragramus orbem nos cædentes flagris: tunc enim Deus Papæ, cæterisque Præsulibus abdicatis ademit omnem potestatem ligandi, solvendi, & consecrandi quidpiam. Quemadmodum Christus exturbando venditores e templo sacerdotium Judaicum repudiavit ob nequitiam Sacerdotum: ita cum veniſſent Fratres Crucis, Deus sacerdotium Evangelicum rejecit ob malitiam Cleri.

Sex Sacramenta obsoleverunt in Ecclesia. Nam quando Fratres Crucis cœperunt per orbem ire post crucem aliquam flagellis publice terga lacerantes sua, Deus abrogato baptismo aquæ instituit baptisma nostri sanguinis. Jam tum, cum in urbe Cana Galilææ Christus aquam

aquam in vinum rubrum converteret, in- Sæcul. XV.
dicabat ſub finem temporum baptiſmum A. C. 1414.
aquæ in baptiſmum ſanguinis mutatum iri. Proinde poſt adventum Fratrum Crucis nemo fuit verus Chriſtianus, nemo intrare cælum potuit, niſi per flagra ſui ſanguinis baptiſmo reſperſus fuit in memoriam cruciatuum Chriſti. Sacramentum altaris nec verum Chriſti corpus, nec verus Deus, ſed Sacerdotum *Cuculus* eſt. Confeſſio Sacerdoti facta, & hujus abſolutio nihil proſunt ad condonationem peccatorum: ſed quantumvis atrocia ſint, ſufficit flagellorum pœna cum acerbo dolore de offenſa Dei ſuper omnia dilecti. Quocirca quælibet noxarum venia eſt nulla; quisquis eam dederit.

Elias, ac Enoch jam pridem in orbe comparuerunt, & ſunt mortui. Elias abhinc annos quadraginta Erfordiæ concrematus eſt: Enoch erat Doctor Conradus cognomine Faber; qui hanc doctrinam primus in Thuringia tradidit. Deus omnes animas in principio mundi creavit ſimul, & cum primo homine in paradiſo poſuit: unde Angelus unam transfert in quamvis prolem animandam. Sic Enochi ac Eliæ animæ ſunt infuſæ ducibus inſtituti noſtri. Extremo die præſidebit judicio Conradus Faber, non Chriſtus. Poſt mortem non dantur flammæ

Sæcul. XV. A. C. 1414.

piaculares: ac exequiæ nil juvant mortuos; vivis duntaxat sunt solatio; Cleroque serviunt ad loculos implendos.

Non sunt celebrandæ feriæ præter diem Dominicum, Natalem Christi ac solemne Assumptæ in cælum sanctæ Virginis. Quando Christi Natalis est dies Veneris, abstinentia carnium haud omitti debet. Isti autem hæretici se conformabant ad reliquos Christianos in agitandis diebus festis, in servandis jejuniis, in cultu imaginum, quem tamen vocabant idololatriam. Sed metuebant scilicet, ne observarentur: & hæc errata, ut censebant, postea flagrorum ictibus expiabant.

* Schönfeld. Ab Henrico * Bellagrio Doctore Theologiæ ac Inquisitore convicti horum errorum omnium, damnati ad ignes, & Sangerhusii combusti sunt.

INDEX

INDEX
RERUM AC NOMINUM TOMI XXIV.

A.

Adamus Estonius Londinensis Episcopus & Card. Pag. 394.

Ægidius Alvarus Innocentii VI. in Italia Legatus. 112. Calumniis appetitur, sed creditur innocens. 198. Obit. 221.

Ægidius Campius Doctor Parisinus, Cosediadianus Episc. & Card. 700.

Alamannus Adimarus Pisanus Archiep. 672. Card. 698.

Albatæ centuriæ prædonum per Galliam grassantium. 175. Crucis militia contra eos indicitur. Ibid.

Alberti Hemipolitani Episcopi errores. 260.
Alduinus Audebertus Innocentii VI. nepos Lutetiæ, tum Antissiodori, dein Magalonæ Episc. & Card. 108.
Alexander V. in concilio Pisano electus Papa. 665. Vid. Petrus Cretensis. Nescit regnare. 683. Invitatur Romam. 690. Moritur. 691.
Alexandriam capit, ac relinquit sacræ Crucis exercitus. 201.
Amuratus Algazius Turcarum Ottomannicorum Sultanus tertius fines imperii profert. 173. Necatur. 444.
Andegavense concilium an. 1365. p. 200.
S. Andreas Corsinus Carmelita Fæsulanus Episcopus obit. 261.
Androinus Rupius Cluniacensis Abbas, postea Card. 179.
Andronicus Junior edicitur Imperator. 523.
Angelus Corrarius Card. 583. Vid. Gregorius XII.
Angliæ laici petunt bona ecclesiastica. 581.
Anglicus Grimoardus Urbani V. frater Avenionensis Episc. 186. Card. 207. Gubernator regionis ecclesiasticæ. 224.
Annatas exigit Bonifacius IX. p. 547.
Annus inchoatus a Natali Christi. 94.
Annus sacer declaratur trigesimus tertius. 450. Ut sacer celebratur Romæ annus 1390. p. 462. Extenditur in Germaniam. 472. Pro sacro tamen habetur annus 1400. p. 554.

Appella-

Appellatio Cardinalium Gregorii XII. p. 617.
Aquilejanam in provinciam concilium generale convocat Gregorius XII. p. 631.
Armeniam duo Legati Clementis VI. adeunt. p. 88.
Arnaldi Montanerii fratris Minoris errores. 267.
Avenio sub duobus Præsulibus Maximis caret Episcopo. 186.

B.

Bajazet Turcarum Sultanus. 522. Thessalonicam capit. 525. Moritur. 564.
Balthasar Cossa in urbe Bononia Papæ Legatus se adjungit Regi Ludovico II. Andegavensi. 682. Eligitur Papa dictus Joannes XXIII. p. 693.
Baptismus per aspersionem an valeat? 423.
Bartholomæus Brignanus Barianus Archiep. eligitur Papa. 315. In sede collocatur sua, & Urbanum se dicit. 317. Qualis vir fuerit. 318. Quid egerit per hebdomadem sacram. 319. Coronatur. 320. Agnoscitur cunctis a Cardinalibus. 321.
Bartholomæus Coturnius Genuensis Archiep. Card. 394.
Benedictus XIII. eligitur. 496. Vid. Petrus Lunius. Pertinaciter vult manere Papa. 537. Obsidetur in suo palatio Avenionensi. 542. Liberatur. 545. Elabitur. 565. Galliam rursum obsequentem habet. 569.

Genuam advenit. 589. Regi Carolo VI. mittit literas injurioſas. 620. Quarum latores puniuntur. 634. Perpiniani creat Cardinales. 637.

Beneficia non reſidentium occupantur in Anglia. 102. Beneficiorum plurium poſſeſſio reprimitur. 199. Prohibetur, ne poſcantur Romæ. 468. Indicem beneficiorum ad Benedictum XIII. mittit Univerſitas Pariſina. 498. Interdicit poſtea, ne id rurſum fiat. 511.

Bertholdus hæreticus Spiræ comburitur. 149.

Bertrandus Coſnacius Convenarum Epiſc. & Card. 254.

Bertrandus Latgerus Glandevanus Epiſc. & Card. 254.

Bliteræ habetur concilium provinciæ Narbonenſis. 95.

Bohemis afferuntur libri Wicleffi. 563. Cujus doctrina turbas commovet. 706.

Bonifacius IX. exigit a Clero penſiones. 467. Profundit indulgentias. 472. Conſpirationem in ſe factam audit. 517. 552. Pertinaciter recuſat cedere. 526. 527. Exercet mercatum ſacrilegum. 546. 548. laborat avaritia. 560. Moritur. 574.

Bonifacius Ferrerius Carthuſianus. 674.

S. Brigittæ Suecæ regulam confirmat Urbanus V, cujus reditum in urbem Avenionem illa improbat. 250. Petit terram ſacram. 268. Obit. 269. Refertur inter Cælites. 473.

Britan-

Britanniæ competitores Carolus Blesensis, & Joannes Montfortius. 182.
Bucicaltus. Joannes Maingrius agnomine Bucicaltus Castrorum Præfectus primarius Avenionem mittitur. 357. Papam Benedictum & cives ad deditionem impellit. 540. 541.
Bulgariæ ethnicos hæreticosque sanam ad religionem adducunt Fratres Minores. 211.

C.

Callistus Constantinopol. Patr. se submovet. 121. Redit. 140.
Candiæ Græcorum schisma extirpare studet Urbanus V. 269.
Capita SS. Petri & Pauli ornantur. 226.
Cardinales condunt præscriptum Papæ potestatem constringens. 106. Eorum jura. ibid. Præscriptum revocat Innocentius VI. p. 110. Cardinales alienis ab Urbano VI. animis Anagniam se conferunt. 322. Ejus electionem esse nullam perhibent. 323. Eum deponere dignitatem volunt. 327. Eligunt Robertum Genevatem, qui se dicit Clementem VII. p. 328.
Carolus IV. Imp. sanctionem edit faventem Clero. 169. Venit Avenionem ad Urbanum V. p. 196. Adit Romam. 235. Moritur. 336.
Carolus V. Franciæ Rex. 194. Decedit. 355. Ejus filii, & fratres. ibid.

Carolus

Carolus VI. Gallorum Rex inauguratur. 356. Ducit Isabellam Bavaram. 405. Petit Avenionem. 451. Beneficia conferendi potestatem accipit a Clemente VII. p. 452. Phrenitide infestatur. 477.

Carolus Comes Alenconius Dominicanus. 164. Lugdunensis Archiep. ibid.

Carolus de Pace Duracii Dux ab Urbano VI. ad possidendum regnum Neapolitanum vocatus. 352. Advenit in Italiam. 359. In Hungariam transit, & ibi coronatur Rex. 416. Obit. ibid.

Carolus Nobilis Rex Navarræ agnoscit Clementem VII. p. 435. 458.

Carthusianos Bonifacius IX. eximit Episcoporum jurisdictione. 477. Schisma inter illos. 674. Ad tollendum schisma Ecclesiæ adhibentur incassum. 479.

Casimiri Polon. Regis crimina. 102. pœnæ. 104.

S. Catharina Senensis. 293. Credulitas Viri, qui ei fuit a confessionibus. 294. Catharinæ scripta. 347. Mors. 350.

Clemens VI. ægrotans. 97. se submittit Ecclesiæ, si errasset. 98. Obit. 104. Ejus mores. ibid.

Clemens VII. male acceptus Neapoli. 342. Avenione sedem figit suam. 343. Moritur. 429. Vid. Robertus Genevas. Regis Franciæ Legati ad Cardinales vacante Sede. 494.

Colonienſis Ecclesiæ schisma inter Guilielmum Montensem, ac Theodoricum Mursium. 723.

Conce-

Conceptæ SS. Virginis festum antiquum in Anglia. 185.
Concilia provincialia præscribuntur. 199. Commendantur. 641. Concilium proponitur ad finiendum schisma. 339. Cujusnam sit convocare generale concilium? p. 631. 649. Tale in annum 1412. indicit Alexander V. p. 669.
Conclavis ad eligendum Papam instituti incommoda moderatur Clemens VI. p. 97.
Conquisitores collectæ ad obtinendas indulgentias. 462.
Constantia eligitur ad concilium generale. 709. Id convocatur. 717.
Constantinopolim convocat anno 1351. concilium Cantacuzenus. 80. Sessio prior. 81. Altera Sessio. 85. Tomus, sive decretum hujus concilii. 86.
Cosmatius Melioratus Bononiensis Ep. postea Card. 454. Eligitur Papa dictus Innocentius VII. p. 576.
Crucis Dominicæ Inventæ ac Exaltatæ officia auget Gregorius XI. p. 306.
Crucis militia in Turcas statuitur an. 1363. p. 188. Anglica contra Clementinos destinata, sed adhibita contra Urbanistas. 382.
Cyprus materia litis in Romania curia. 173.

D.

Damasceni Martyres. p. 91.
Decimam a Francia exigit Clemens VII. p. 474. Benedictus XIII. p. 588.

Delphi-

Delphinatus hæretici. p. 101. 282.
Detrectatio obedientiæ erga Benedictum XIII. præparatur per appellationes. 520. 521. Præcipitur per patentes Caroli VI. litteras. 539. Fit etiam Avenione. 535. In Castilia. 543. Iteratur. 598. Pronunciatur in concilio Pisano. 656. Quod finitur. 671.
Diaboli sub nomine epistola ad Papam. 98.
Dionysii Sulechati ex Minorum Ordine retractationes. 238.

E.

Eboracensis provinciæ concilium an. 1367. sub Archiepiscopo Joanne Tharsbio. 223.
Eduardus III. Anglorum Rex moritur. 304.
Elias Iteriofanensis Vectianus Ep. & Card. 153.
Emericus Magnacius Parisinus Ep. & Card. 386.
Episcopus falsus Ultrajecti punitur. 479.
Errores in Anglia condemnati. 236.
Erroris expertem non se credebat Urbanus V. 251.
Eucharistiam comitantibus conceditur indulgentia. 450. Propositiones de illa habentes offensionem. 257.
Exemptis decernitur conservatio suorum jurium durante schismate. 578.

F.

Factorum puncta Pisis proposita contra duos Papas controversos. 653. Inquisitiones evulgantur. 657.

Faiditus Acrifolius Avenionenſis Ep. & Card. p. 385.
Feſti dies parum obſervantur in Anglia. 185.
Flagellantes in Miſnia hæretici, qui ſe dicunt Fratres de Cruce. 724.
Florentini pangunt fœdus in Papam. 290.
Fontanerius Vaſſallius FF. Minorum Miniſter Generalis Ravennæ Archiep. poſtea Card. obit. 179.
Franciſcus Petrarcha Poëta celeber moritur. p. 276.
Franciſcus Prignanus, cognomine Batillus, Urbani VI nepos. 360. Illius crimina. 387.
Franciſcus Thebaldeſcus in Romano S. Petri templo Prior, Cardinalis. 234.
Franciſcus Tudertinus Ep. & Card. 154. Obit. p. 178.
Franciſcus Zabarella Profeſſor Juris, Florentinus Ep. & Card. 700.
Francofordiana comitia an. 1409. ad Eccleſiæ concordiam ſpectantia. 645.
Fratricelli Avenione combuſti. 131.
Friderici Auſtriæ Ducis pactio cum Joanne XXIII. p. 721.

G.

Gabriel Condelmerius Card. dein Eugenius IV Papa. 615.
Gentilii Spoletini congregatio diſſipatur. 135.
S. Georgii cœnobium Alganum corrigitur. 615.
Germanici Cleri diſciplina labans. 166.
Gregorius XI Papa. 252. V. Petrus Rogerius.

Quæ

Quæ prius munera obierit. 253. Statuit ire Romam. 280. Id ut agat, etiam minis ſtimulatur. 296. Avenione relicta. 297. Ultimum iter facit. 298. Ingreditur Romam. 300. Moritur. 308. Diſcordia in conclavi, & tumultus foris. 312.

Gregorius XII Papa. 601. V. Angelus Corrarius. Ejus ſubdolæ artes retardandi concordiam. 610. Sui eum Cardinales deſerunt. 617. Fugit Cajetam, 680, & Ariminum. 703.

Guido Maleſecus Lutevanus, tum Pictavienſis Ep. & Card. 286.

Guilielmus Acrifolius Junior Card. 216.

Guilielmus Chanacius Carnuti, dein Mimati Ep. Card. 255.

Guilielmus Curtiniacenſis Londini Ep. exinde Archiep. Cantuariæ. 370. Tuetur libertatem Eccleſiaſticam. 412.

Guilielmus Farinarius Minorum FF. Miniſter Generalis, & Cardinalis. 154.

Guilielmus Grimaldus Abbas ad S. Victoris Maſſiliæ. dein Papa Urbanus V. 184.

Guilielmus Philaſtrus Remenſis Decanus & Card. 700.

Guilielmus Valenius Ep. Ebroicenſis approbat damnationem Joannis Montiſonii. 448.

H.

Henricus Caſtiliæ Rex neutri adhærens Papæ moritur. 341.

Henricus III Valetudinarius Caſtiliæ Rex minor

nor annis dum est, de administratione regni diffident Præsules Proceresque. 484.
Henricus IV Lancastrinus coronatur ut Rex Angliæ. 551. Decedit. 710.
Henricus V Anglorum Rex. 710.
Henricus Minutulus Neap. Archiep. & Card. p. 453.
Hieronymus Pragensis Joannis Hussii discipulus. 687.
Hugo Lusinianensis Cypri Rex obit. 173.
Hugo Montalanius Nannetensis Ep. & Card. de Britannia. 286.

I.

Jacobellus Misnicnsis Joannis Hussii discipulus. 687.
Jacobus Arragonius Præpositus Barcinonensis, Ep. Valentinus, & Card. 434.
Jagellonus Lithuaniæ Dux fit Rex Poloniæ, baptismum accipit, & nominatur Ladislaus. 414.
Jesuatarum Clericorum congregationem an. 1367. approbat Urbanus V. p. 218. Supprimit an. 1668. Clemens IX. p. 221.
Innocentius VI Papa moritur. 183.
Innocentius VII Papa Romæ. 576. V. Cosmatius Melioratus. Concilium Romam convocat. 590. Pacem cum Rege Ladislao jungit. 592. Decedit. 599.
Inquisitio Venetiis constringitur. 148.
Inquisitor Parisiensis an. 1387. p. 436.
Invisentis B. Elisabetham SS. Virginis festum instituitur. 450.

Joanna Neapolis Regina moritur. 379.
Joanna II Regina Neapolis. 720.
Joannes XXIII eligitur. 693. V. Balthasar Cossa. Ejus initia. 694.
Joannes Arragonum Rex favet Clementi VII. p. 433. Decedit. 518.
Joannes Brognerius Vivarinus Ep. & Card. p. 406.
Joannes Burgundiæ Dux Ducem Aureliæ perimendum curat. 613.
Joannes Cantacuzenus abdicato Imperio fit monachus. 140.
Joannes Castellovetanus Caput Lollardorum in Anglia. p. 710. Conspirat aperte contra Henricum V. p. 718.
Joannes Castiliæ Rex neutri Paparum studet. p. 341. Agnoscit Clementem. 359. Urbani litteræ contra Joannem. 376. Hic moritur. 484.
Joannes Columbinus author congregationis Jesuatarum obit. 220.
Joannes Crosius Lemovicensis Ep. & Card. p. 254.
Joannes Exiguus Franciscanus Theologiæ Doctor Burgundiæ Ducem purgare conatur. 613.
Joannes Faber Abbas ad S. Vedasti, dein Carnutensis Ep. 333.
Joannes Flandrinus Ep. Carpentoractensis, dein Auscitanus Archiep. & Card. 461.
Joannes Franciæ Rex in prælio Pictavensi capitur. 152. Avenione invisit Urbanum V p. 187.

p. 187. Dat nomen ſacræ militiæ contra Turcas. ibid. Moritur. 194.
Joannes Grangius Fiſcamni Abbas, Ambianenſis Ep. & Card. 286.
Joannes Palæologus ſeu Calojoannes rurſum intrat Conſtantinopolim. 139. Paciſcitur cum Innocentio VI. 141. Mittit legationem ad Urbanum V. p. 225. Venit Romam. 241. Moritur. 524.
Joannes Rupicæſius ex Ordine Minorum fanaticus. 150.
Joannes Talaruæus Lugdunenſis Archiep. & Card. 452.
Joannes Vallius concionator in Anglia ſeditioſus. p. 365. Plectitur. 369.
Joannis Huſſii initia, 562, Errores ac progreſſus. 686. & ſeqq. Citatur ad Alexandrum V. p. 688.
Joannis Montiſonii Dominicani Doctoris Pariſini errores. 435. Avenione is damnatur. 447, Ob eum exagitatur Ordo Prædicatorum. 449.
Joannis Rubrœchii mors & ſcripta. 361. 362.
Joannis Vicleffi Sacerdotis Angli errores. 303. Defenſores, 440. Errores alii, 371. Mors & ſcripta. 442.

L.

Ladislaus adoleſcens Caroli de Pace filius coronatur, ut Rex Neapolis primum. 459. Tum Hungariæ. 572. Paciſcitur cum Joanne XXIII. p. 702. Occupat Romam fugiente Papa. 708. Moritur, 720.

Ladislaus Candidus vult ex monacho fieri Rex Poloniæ. 274.
Legatione ad Benedictum XIII funguntur Galliæ Principes. 502. Legationem in Angliam & Germaniam mittit universitas Parisina. 506.
Lithuani Christo adjunguntur. 423.
Lollardi seu Vicleffiſtæ turbant Angliam. 438. Eorum errores. p. 513. 560. Henrici IV sanctio contra illos. ibid. Corrumpunt populum sub Henrico V. 710.
Londinense concilium an. 1382. condemnat multos Vicleffi errores. 372.
Ludovicus Andegavensis Princeps Tarentinus obit. p. 182.
Ludovicus Andegavensis provinciæ Dux adoptatur a Regina Neapolis. 354. Urbani VI litteræ contra eum. 380. Ille Italiam intrat. 378. Mortitur. 389.
Ludovicus Andegavensis II agnoscitur Rex Neapolis. p. 431. Transit in regnum. 460. Venit Pisas, & Romam. 682.
Ludovicus Aureliæ Dux Parisiis per insidias interficitur. 613.
Ludovicus Donatus Venetus Minorum FF. Minister Generalis, & Card. 394.
Ludovicus Magnus Hungariæ Rex moritur. p. 416.

M.

Manuel Palæologus Joannis filius coronatur ut Imperator. 425. Venit in Franciam. 556.

Mar-

Martinus I. Arragonum Rex. 518. Recusat succurrere Benedicto XIII. 541.
Martinus Saloa Pompejopolitanus Ep. & Card. 458.
Martinus Siciliæ Rex. 518.
Massiliæ initur consilium efficiendæ concordiæ. 607.
Matthæus Cantacuzenus edicitur Imperator. 121. Corona redimitur. 124.
Mendus Cordula Ep. Cordubensis capitur a Clementinis. 340.
Milleccius Canonicus Pragensis hæreticus. p. 273.
Ministri Aulæ Romanæ. 638.
Minores Fratres Christo plurimos adjungunt in Hungaria 242, In Valachia 244, In Tartaria. p. 245. p. 259.
Monita de Gallica Ecclesia tempore schismatis regenda. 640.
Mons Flasconis fit sedes Episcopi. 240.
Montis Cassini episcopatus supprimitur, monasterium restituitur. 246.

N.

Nicephorus Gregoras se opponit concilio Constantinopolitano an. 1351. p. 80. Ibi nervose differit. 81. Ab Imperatore reprehenditur. 83.
Nicolaus Calaber hæreticus in Catalonia. 101.
Nicolaus Clemangius scribit ad Regem de concordia Ecclesiæ. p. 486.
Nicolaus Emericus Inquisitor in Arragonia. 256.

Nicolaus Laurentius Romam reversus ex Italia cedere cogitur; & Pragam se recipit. 114. Captivus mittitur Avenionem. ibid. Romam cum laude remittitur, ibid. A populo contra se concitato mactatur in Capitolio. 129.

Nicolaus Luxemburgius Patr. Aquilejensis. p. 135.

Nicolaus Oresmus celeber doctor Parisinus. p. 208.

Nicolaus Rossellius Dominicanus Inquisitor in Arragonia & Card. 155.

Nicopolitana Bajazeti victoria. 526.

O.

Oblatæ in templo SS. Virginis festum introducitur. 271.

Odo Columnius Card. Diaconus. 584. V. Martinus V.

Orchanus Othmanni filius Turcarum Sultanus moritur. 173.

P.

Palentinum concilium an. 1388. p. 446.

Papæ plena potestas ad mentem Innocentii VI. p. 111. p. 89.

Parisiis emendatur Universitas an. 1366. p. 213. Habetur an. 1395 concilium ad concordiam Ecclesiæ spectans. 500. Episcopus ibi est Universitatis Judex ordinarius. 436. Celebratur an. 1408 concilium. 639.

Paulus Tigrinus falsus Patr. Constantinop. 465.

Perpinianense concilium Benedicti XIII. p. 643. Finitur. 673.

Pestis

Peſtis Avenionenſis. 177.
Petrus Aillius Pariſinus Doctor, & magnus Magiſter Collegii Navarrini. 436. Ep. Cameracenſis, Romam ad Bonifacium IX miſſus. 529. Cardinalis. 699.
Petrus Arragoniæ Princeps dat nomen Ordini Minorum. 163.
Petrus Corſinus Ep. Volaterranus, tum Florentinus, & Card. 248.
Petrus Cretenſis Græcus Mediolani Archiep. Card. 583. V. Alexander V.
Petrus Croſius Archiep. Bituricenſis, dein Arelatinus, & Clementinus Card. 385.
Petrus Eſtainius Ep. Florofanenſis, tum Bituricenſis Archiep. & Card. 248.
Petrus Gomeſius Barroſinus Hiſpalenſis Archiep. Card. 254.
Petrus Iterius Taſtanus Ep. Card. 179.
Petrus Jugius Narbonis, dein Rothomagi Archiep. & Card. 285. Habet concilium. p. 95.
Petrus Lunius Arragonius Card. 288. Clementis VII Legatus in Hiſpania. 337. Tum Pariſiis per cauſam concordiæ. 486. Electus in Papam ſe dicit Benedictum XIII. p. 496. Utitur ſimulatione. 498.
Petrus Luſinianenſis Cypri Rex Avenionem venit. p. 187. A Papa reprehenditur in conſuetudine adulterii. 228. Moritur. ibid.
B. Petrus Luxemburgius nobiliſſimo natus genere. p. 425. Claret virtutibus, & obit. p. 428.

Petrus Montiracius Card. Pompejopolitanus. p. 154.

Petrus officiosus Arragonum Rex a Papa redarguitur. 92. Paciscitur cum eo. 93. Epocham Hispanicam an. 1350 abolet. 94. Secundo Avenionem petit. p. 141. Moritur. p. 432.

Petrus Rogerius Clementis VI nepos cooptatur in Papam. 252. V. Gregorius XI.

Petrus Sortenacius Vivarienſis Ep. & Card. p. 287.

Petrus Sylvius Ep. Tornacenſis, tum Parisinus, postea Rothomagenſis Archiep. & Card. 152. Obit. 178.

Petrus Thomacellus Card. 361. Romæ electus Papa Bonifacius IX. p. 452. Anno sacro flagrat avaritiæ infamia. 462.

S. Petrus Thomas Carmelita. 144. Ep. Pactanus in Sicilia. p. 147. Papæ Legatus in Cypro; Ep. Coronenſis, &c. p. 201. Moritur. 204.

Philippus Alenconius Ep. Bellovacenſis, Rothomagenſis Archiep. postea Card. 330.

Philippus Villetius Abbas Dionysiopolitanus electus a Monachis, & a Parisino Episcopo confirmatus. 536.

Philotheus Patr. Constantinop. 123. se abdit. 139.

Pilus Pratinus Ravennæ Archiep. Card. *trium pileorum.* 455.

Pisanum ad concilium præparatio. 624. Convocatio

vocatio ejus. 629. Initium. 646. Sententia contra duos Papas. 660.
Pœnitentes albati, deceptores. 552.
Pragæ tumultus, & falsi martyres. 701.
Privilegia Religiosorum constringit Urbanus VI. 390.

Q.

Quietistæ falsi in Occidente. 364.

R.

Raymundi Lulli errores damnat Gregorius XI. 288.
Reliquiæ, seu instrumenta cruciatuum Christi. 116. Festum sub illarum nomine. ibid.
Remensis conventus Gallorum Germanorumque propter schisma. 528.
Reservationes improbat Anglia. 468.
Residere suis in locis Episcopi &c. jubentur a Gregorio XI. 281.
Richardus II. Angliæ Rex. 305. Sustentat libertatem ecclesiasticam. 412. Abdicat regnum. 551.
Richardus Fixeraldus Armachanus Archiep. concionatur contra Fratres Mendicantes. 157. Avenione contra eos causam dicit. ibid. Partium scripta. 161. Ille moritur. 162.

Robertus Genevas Tervanus, tum Cameracensis Ep. & Card. 255. Dicitur Papa Clemens VII. p. 328. Agnoscitur a Rege Carolo. V. p. 333.
Romæ regimen profanum præscribit Innocentius VII. p. 577.
Romani continuam Papæ præsentiam cupiunt lucri sui gratia. 531. Romani trucidati sub Innocentio VII. p. 586.
Rupertus Comes Palatinus & Bavariæ Dux, Romanorum Imperator. 559. Mittit Legatos ad Pisanum concilium. 648. Eorum appellatio. 652. Ille obit. 697.
Russiæ novi episcopatus orante Ludovico Poloniæ Rege instituti. 284.

S.

Sabbatho a carnibus abstinere jubentur Clerici. 229.
Salisburgense concilium anno 1386. p. 413.
Schismatis Avenionensis effectus tristes in rebus sacris & profanis. 345. Multis in locis Episcopi duo eandem habent sedem. 430. Status Ecclesiæ durante schismate. 489. Schismata singularia plurium Ecclesiarum. 638. Et Ordinum religiosorum. 674.
Servitutem Deus authoritate sua firmavit in lege veteri & nova. 366.
Siciliæ seu Trinacriæ Regem Fridericum inter ac Reginam Neapolis Joannam pax conficitur. 265.

Sigismundus Lucemburgius coronatur ut Rex Hungariæ. 418. De solio detractus capitur. 571. Eligitur Rex Romanorum. 697. Et Aquisgrani accipit insignia Imperii. 722.
Simon Brussanus Doctor celeber, Mediolanensis Archiep. & Card. 286.
Simon Issipius Archiep. Cantuariensis an. 1362. duo agit concilia. 185.
Simon Langhamius Cantuariæ Archiep. & Card. 232.
Simon Lepus Pragensis Archiep. se Vicleffistis opponit. p. 688. Moritur. 704.
Simon Sudburinus Cantuariensis Archiep. 367. Obit. 369.
Stephanus Audebertus Card. Ep. Ostiensis eligitur in Papam. 107. Vid. Innocentius VI. Ejus initia. 108.
Stephanus Audebertus Innocentii VI. pronepos Carcassonensis Ep. & Card. 180.
Subsidium a Germanis postulans Papa repulsam accipit. 167.

T.

Tamerlani Mogolum Imperatoris progressus bellici. 564.
Thaboris lumen de se prædicant Palamitæ. 82.
Thomas Aruntinius Ep. Elianus tum Eboraci, demum Cantuariæ Archiep. 514. Premit Joannem Castellovetanum. 711.
Thomassuccius Fulginiensis ex Ordine tertio S. Franc. 306.

Tolosanæ

Toloſanæ Univerſitatis ſcriptum contra detrectationem obedientiæ Pariſiis condemnatur. 595.
Translationes Epiſcoporum frequentes. 405. 635.
Turcæ Anatolici. 173.
Turlupini hæreticorum genus in Francia. 266.
Tyrannos recte perimi contendentis Joannis Exigui doctrina damnatur Pariſiis. 716.

V.

Valdemarus III. Daniæ Rex Avenionem venit. 195.
Vauri celebratur concilium trium provinciarum, Narbonenſis, Toloſanæ, Auſcitanæque. 228.
Wenceslaus Caroli IV. filius. 176. Rex Romanorum. 296. Imperator. 336. Exauthoratur. 556.
Vicleffiſtæ. Vid. Lollardi.
Vilnenſis epiſcopatus conſtituitur, 424.
S. Vincentii Ferrerii initia. 675.
Univerſitas Pariſina ſequitur partes Clementis VII. p. 343.
Urbanus V. Papa. 184. Vid. Guilielmus Grimaldus. Statuit ire Romam. 207. Ceſſerone condit cœnobium. 214. Avenione abit in Italiam. 215. Diarium itineris. 217. Commoratur Viterbii. 218. Intrat Romam. 223. Moritur. 251.

Urbanus VI. a Cardinalibus ſuis deſertus creat alios. 330. Intrat regnum Neapolitanum. 384. Diffidet a Carolo de Pace. ibid. Agit Nuceriæ. 388. Amicitiam cum Carolo de Pace diſſolvit. 390. Audit Cardinalium contra ſe conſpirationem. 392. Sex mittit in carcerem. 394. Carolum de Pace anathemate ferit. 396. Nuceria oppugnata. 397. Capitur, diripiturque. ibid. Urbanus ſex Cardinales captivos quæſtioni ſubjicit ſemel, 398. Atque iterum 400. Cardinalium Neapoli hærentium litteræ contra Urbanum. 403. Qui diſcedit ex arce Nuceriæ. 407. Aquilenſem Epiſcopum necari jubet. 408. Tranſit in Siciliam, deinde Genuam. 409. Deſignat octo Cardinales. 410. Captivos Cardinales interfici curat. 421. Romam revenit. 445. Moritur. 451.

W. Vide V.

CORRECTA.

Pag.	*Menda.*	*Lege:*
11.	ſcripturarum	ſcriptarum
24.	Canones, quæ partem	Canones, qui partem
42.	Fratrum diſſidiam	Fratrum deſidiam
64.	ſapientibus	ſapientius
73.	mendicitatis	mendicitatem
85.	dilatata	dilata
87. 88.	Heracleenſis, Metropolita	Heracleenſis Metropolita
95.	dubitant	dubitabant
97.	eam cognoſcant	ea cognoſcant
107.	ultimæ ejusdem menſis	ultima ejusdem menſis
109.	de S Joanne ac Paulo	de SS. Joanne ac Paulo
148.	Michaël Piſanio	Michaëli Piſanio
153.	Benedicto XIII.	Benedicto XII.
162.	præmiſſum ſibi	promiſſum ſibi
182.	optime, reliquis	optime, ut reliquis
188.	Chriſtianos quam plurimis	Chriſtianos quam plurimos
204.	in Cyrum delati	in Cyprum delati
226.	Joannem peperiſſe	Joannam peperiſſe
233.	Epiſcopo ejusdem	Epiſcopus ejusdem
242.	ad oſculum pacis commiſſus	ad oſculum pacis admiſſus
Ibid.	egreſſus ſolium conſcendit	egreſſus Papa ſolium conſcendit
Ibid.	epiſtola, quæ Regi	epiſtola, qua Regi
251.	probe a cito	probe ac cito
316.	antefactam	ante factam
344.	Theologicæ, ac Medicæ	Theologicæ, Juridicæ, ac Medicæ
347.	Urbano parcebant	Urbano parebant
367.	Subdurinus	Sudburinus
376	Clementis partem	Clementis partes
364.	venerabantur	venerabatur
405.	Patavianus	Patavinus
411.	Itaque loquitur	Ita loquitur
428.	ut vinxerat	ut vixerat

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CORRECTA.

Pag.	*Menda.*	*Lege:*
448.	nunc ipſe reſponderet	nunc ipſi reſponderet
464.	pæne ne inutilia	pæne inutilia
465.	Sabaudiam tunc profectus	in Sabaudiam tunc profectus
471.	ad præſtandam ad Eccleſiæ	ad præſtandam Eccleſiæ
ibid.	copiasItaliam mittere	copias in Italiam mittere
473.	haberi cœpus eſt	haberi cœptus eſt
480.	Roma diſceſſerunt	Roma diſceſſerant
ibid.	piam ipſis mentem	piam ipſius mentem
496.	ſi quando	ſiquando
506.	munere ſua	munere ſuo
508.	§. III.	§. VIII.
511.	ut & hanc	ut hanc
517.	Sed iis poſtea	Sed is poſtea
520.	temere provocat	temere provocet
521.	a Romanis anno 1044.	a Romanis pulſi anno 1044.
536	& nec nocituram	nec nocituram
539.	introiſſet	introiiſſet
544.	libertati recepit	libertatem recipit
548.	nemo aliquas	nemo aliquam
ibid	exactis publicis	ex actis publicis
554.	quo tunc	quod tunc
ibid.	turmarim	turmatim
555.	privabantur	privabuntur
557.	defertos dies vadimonii	deſertos dies vadimonii
558.	Linanganis	Lininganis
563.	ac de Eccleſiæ	ac Eccleſiæ
578.	ſumma accipe	ſummam accipe
585.	quodquod gero	quod gero
595.	memorata præſcripti	memorata proſcripti
598.	adjungebat poſcendi	adjungebat poſcenti
615.	menſe Martii	menſe Martio
ibid.	anno 1404 jam ſimul	anno 1404 datas jam ſimul
617.	Domina.	Dominica

CORRECTA.

Pag.	*Menda.*	*Lege:*
618.	ne vos ei daremus	ne nos ei daremus
619.	ad diverſas Principes	ad diverſos Principes
621.	quinque profitiones	quinque propoſitiones
636.	Montis Servati	Montis Serrati
639.	20 Octobris rei examen	20 Octobris poſt rei examen
641.	hic præſideant	his præſideant
656.	cognitores propoſita	Cognitores poſſe propoſita
662.	& commotam Eccleſiæ	& commodam Eccleſiæ
667	in cathedrale templo	in cathedrali templo
677.	ibidem manſit: deinde	ibidem manſit: exinde
678	concilium aclium accerſerent	concilium accerſerent
681.	de vicina equitum	de vicinia equitum
682.	illud advenit	illuc advenit
684	nihil pendere	nihili pendere
686.	ut ut illa palam	ut illa palam
695.	ille convenit	illi convenit
ibid.	diffidebat	diſſidebat
696.	Itaque loquitur	Ita loquitur
697.	approbat ſententias	approbabat ſententias
700.	adeptus fama	adeptus famam

FLEURII
HISTORIA
ECCLESIASTI
TOM XXIV

Th
5178